INCARNATIONE
BI DOMINI, CONSONAN
QVATTVOR EVANGELISTA

um his quæ acta sunt erga puerum Iesum, ipsiusq;
tis usque ad sermonem in monte peractum. Ex
quibus pulcherrime conciones eliciuntur ad-
uersus recẽtiores Ecclesiæ hostes. Ioan
ne Maria Verrato Ferrarien.
Carmelita, Autore.

TOMVS SECVNDVS.

S VELVT CATENA IN QVO
torum Patrum quam plures connectuntur senten
tiæ ac dicta præclara Doctorum, summa
cum diligentia excussum.

spes eius, & non respexit



in uanitates, & insanias falsas.

VENETIIS AD SI-
gnum Spei, MDLI.

SERENISSIMO PRINCIPI DOMINO FRANCI-
ſco Donato Venetorum Duci F. Ioannes Maria Verratus
Ferrarieñſis Carmelita, perpetuam fœlicitatẽ.

INFELICEM *ab Eccleſia catholica ſeceßionem in animarũ exi-
tiũ, Sereniß. princeps, hac noſtra tẽpeſtate eſſe arbitror neminẽ, qui
nõ intelligat, doleat, excrucietur. Qua de cauſa cõtra recẽtiores hæreſes
(diuina aſpirãte gratia) uti alias ſcripſi nũc quoq; calamũ ſtringendũ
duxi De incarnatione ideo uerbi euangeliſtarũ cõcordia, geſtisq; erga
puerũ Ieſum ad ſermonẽ uſq; in monte peractũ, aßiduis uigilijs a me lu-
cubratũ, tibi dicandũ opus exiſtimaui Qui ſapientia, eruditione, inte-
gritate, cãdidisq; morib. tuis, religionis cauſa, pugnare nõ uereris. Non
fortuna, Amicorũ, diuitiarũq; copia: Nõ familiæ auctoritas, ſed in utra
que literatura pſtantia, tuaq; integritas ad Venetorũ imperiũ, omniũ
uotis obtinendũ, te delegit. Quod fauſtũ fœlixq; iſti Reip futurũ exo-
ptamus; Sic probi oẽs, linguis atq; animis fauẽtes, ad diuorũq; tẽpla di
ſcurſantes, immortales eo nomine gratias, Deo Opt. Max. agere nõ ceſ-
ſarunt. Et cũ Veneti memoria tenerent, q̃ legatione tibi demãdata ad
Ferdinã. Auſtriũ Ro. Regẽ, Pontificẽq; Max. ad patriæ dignitatẽ impe
traris: Qua prudẽtia, qua animi magnitudine, qua integritate, sũmos
Venetorũ obieris magiſtra Qua modeſtia humanitate, facilitate ad te
cõfugientes, ptexeris: Qua philoſophica, oratoriaq; facultate, poſt Do-
natos maiores tuos euaſeris, te in sũma Venetorũ auctio. ac faſtigio deco
randũ cẽſuerũt. Et licet tãtis ſis uirtutib. tãtaq; dignitate cõſpicuus: fa
ciles tamẽ ad te aditus, pergratũ ſermonẽ, celerẽq; ad negotia expeditio
nẽ habere poſſe: sũmi, medij, ac infimi, ualde lætãtur. Prætereo comita-
tẽ tuã in ptractãdis negotijs, cõſiliũ in diſcutiendis, ſilentiũ in arduis
Reipub. rebus. Pertrãſeo tanquã omnibus notißima, aßiduas in ſacris
uoluminib. interpretandis uigilias tuas, & præcipue ſacri ieiunij tpe,
quo frequens ſenatus ad diuini uerbi conciones audiendas accurrit. Ic-
circo te religionis acerrimum cum agnoſcamus propugnatorem, clypeo
ueritatis hæreticorum tela conterentem, Deo immortali fidum præbes
patrocinium, ut Chriſtianum principem uirum decet. Quare ſacroſan-
ctæ Eccleſiæ opem pro uirili, qui afferre negligit, indignus profecto fi-
lius, & eſt, & dici poteſt. quom nunc quiſq; ſibi licere exiſtimet, quod
libet credere, ac operari, dum religionis hoſtes uiritim certant, Eccleſiæ
catholicæ grauißime nocere, ut illuſtriori palma condecorentur. Quorũ
peruerſa dogmata, in hoc opuſculo, nomini tuo conſecrato, falſa eſſe u-
debis, quod ſuccißiuis horis legere non dedignaberis. Deus optimus te
ſeruet incolumen. Vale ætatis noſtræ decus.*

Idem Ioannes Maria Verratus, Carmelita.

INDEX OMNIVM CAPITVM.

FINIS.

DE DIVINA ET AETERNA CHRISTI GENERATIONE.

Capitulum primum.

IN *principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum. Hoc erat in principio apud deum.* Principiũ multiplex reperitur in scripturis. Videlicet, Magnitudinis: Numeri: Naturæ: Temporis: Durationis: Originis. Principium magnitudinis & numeri, est punctus & unitas, simplex & indiuisibilis, secundum ꝙ asserunt Mathematici. Ad instar cuius, Deus dicitur principium & finis oĩum creaturarum: a quo sunt omnes magnitudines & numeri, & omnes naturæ creatæ tam spirituales ꝙ̃ corporales, uelut a prima efficienti causa. Et licet pater sit principium, & filius principium, pariter & spiritus sanctus, quia opera trinitatis ad extra sunt indiuisa: non tamen sunt tria principia, sed unũ principium, sicut unus Deus, unus dominus, & unus pater. Principium enim Christus se nominat secundũ naturã diuinã, cum dixit. Ego principium qui & loquor uobis. Et in Apocalipsi. Ego sum Alpha & ω, principium & finis. Et infra. Hęc dicit Amen testis fidelis & uerus, qui est principium. & ce. principiũ temporis est primũ instans ipsius, de quo Moyses. In principio .i. in primo instanti temporis, creauit Deus cœlum & terrã. Apostolus quoq;. Tu domine in principio terrã fundasti. Principium ęternitatis uel durationis est ipsum tempus ęternũ, de quo Salomon in persona sapientiæ ait. Dominus possedit me in initio uiarum suarum, anteꝙ̃ quicꝙ̃ faceret a principio. Ab ęterno ordinata sum, &c. Et hic

Principiũ multiplex

Ioan. 8.

Apoc. 1.

3.

Gene. 1.

Psal. [*Prou.8.*]

Prou. 8.

Ioannes. Hoc erat in principio.i.in ęternitate apud deum. Principium originis est ipse pater, a quo est filius, & spiritus sanctus, & omnia creata. Et dicitur principium sine principio. Pater.n.principium est omnium rerum ęternarum & temporalium. De
Psal.109. quo Dauid in Psalmo. Tecum principium in die uirtutis tuæ. Et ita capitur hic in proposito cum dicit Euangelista. In principio erat uerbum.

Verbum, aliud creatum & temporale, aliud ęternum & increatum. Verbum creatum est triplex: Videlicet, Intelligibile, Immaginabile: & Sensibile. Verbum intelligibile est quo rem ipsam per suam speciem cogitamus, secundũ ꝙ homo actu sibi ipsi quodãmodo loquitur, intuendo quod latebat in memoria. Et istud uerbũ nihil aliud est ꝗ̃ cõceptus mentis, qui est quædã naturalis similitudo & imago rei uisæ & cognitæ existentis extra animã. Quã imaginem intellectus format, ut in ea possit uidere rem cuius est imago, etiam si talis res non sit p̃sens, quinimo & si nullo modo sit existens in rerũ natura. Posito.n.ut quispiam Imperatorẽ fortiter intueatur, tunc oritur ab intellectu quædam notitia, naturalisq; similitudo quæ est quædã ipsius Imperatoris uiua imago ipsum repręsentans quæ extat in intellectu, per quã intellectus agnoscit Imperatorẽ, siue abscentem siue pręsentem. Hæc autem notitia siue cõceptus, & uiua imago, naturalisq; similitudo ipsius Imperatoris, uerbum intelligibile appellatur. Ad cuius similitudinem, filius dei dicitur uerbum. Quia quemadmodum uerbum nostrũ est ab intellectu, & subijcitur in intellectu: sic filius dei est a patre, & est in patre. Ipso attestante qui ait. Exiui a patre. Et alibi. Ego in patre. Secundo, uerbũ nostrum naturaliter repręsentat rem cuius est uerbum, con-

Quid uerbum intelligibile.

Similitudo inter uerbũ nostrũ.

ceptus, uel notitia, ita filius dei est imago & simili- *Et uerbū*
tudo patris, iuxta illud Apostoli. Qui cū sit splen- *dei.*
dor, & figura substantiæ eius. Et alio in loco dixit
Christus. Philippe, qui uidet me, uidet & patrem *Heb.1.*
meum. Tertio, omnia opera hominis disponuntur *Ioan.14.*
in uerbo. Homo.n. anteq̄ aliquid efficiat uel opere
tur, id prius in mente sua disponit & ordinat: Sic
uerbo domini cœli firmati sunt. Quarto, uerbū no-
strum est immateriale, ita uerbū dei purū est & sim
plex. Differt tamē uerbū nostrū a uerbo dei in mul
tis. Primo, quia uerbū nostrū, prius est formabile q̄ *Quō dif-*
formatum. Oportet.n. intelligentem phantasmata *fert uerbū*
speculari. Et intellectus ratiocinando discurrit. Ver *nostrum a*
bū autem dei semper est in actu, alioquin Deus co- *uerbo dei.*
gnosceret nouiter quæ prius ignorabat. Secundo,
Verbū diuinum perfectissimū est: nostrū autem im-
perfectum. Tertio, Verbū nostrum nō est eiusdem
naturæ nobiscum: Diuinū autem eiusdem est natu
ræ cū deo, & subsistit in natura diuina. Nam uerbū
nostrum est accidens, illud uero substantia. Nostrū
est multiplex, quia tot sunt cōceptus quot sunt res
cognitę. At diuinū uerbū est unum tantū. Nostrū, *Quid uer-*
tēporale: illud æternū. Verbū imaginabile est quo *bū imagi-*
speciem uocis proferendæ apud nos formamus, cū *nabile.*
quo uerbum diuinum similitudinē habet, ut incar-
nari, prę uisum. Verbum sensibile est id quo uocem
ipsam proferimus ad instar cuius, uerbum dei dici-
tur incarnatum.

Item. Verbum creatum adhuc triplex: uidelicet,
Mentale, Vocale, & Scriptum. Verbū mentale est
conceptus uel notitia intellectus & imago rei co-
gnitæ de quo supra dictum est. Verbum uocale est
uox significatiua ad placitum. Scriptū uero est ipsa *Verbū ad-*
scriptura. Ita uerbū Dei triplex. Primū est mētale, *huc triplex.*

quod est filius dei, sapientia patris. Quia quemadmodum ignis pręsente obiecto necessario producit calorem, ita intellectus pręsente obiecto intelligibili, necessario producit notitiam eius. Pater autē in diuinis qui ab æterno nouit perfecte seipsum necessitate quapiam ipsum gignere notitiam sui necesse est. Quæ quidem notitia est filius eius, tanq̄ uera imago, similitudo, & sapientia patris. Qui ad instar conceptus & notitiæ naturaliter patrē repręsentat. Vnde aduertendū est ꝙ quatuor sunt quæ hominem representant, pariter & deum. Videlicet, Vestigium, Imago, Sigillum, seu imago impressa uel statua, & Conceptus uel notitia, quæ est naturalis similitudo rei. Horum autē alterum altero excellentius repręsentat. Primum est uestigium, ut pote corporis, capitis, manus, uel pedis. Id enim confuse & in cōmuni hominē repręsentat. Vestigia autem dei sunt corpora cœlestia, elementa, & omnia creata q̄ ducunt nos in cognitionē dei, licet confuse, iuxta illud Apostoli. Inuisibilia dei per ea quę facta sunt intellecta conspiciuntur. Sempiterna quoq; eius uirtus & diuinitas: Ita ut philosophi sint inexcusabiles: Quia cū cognouissent deum, nō sicut deum glorificauerunt, &c. Secundū est imago, hominem clarius repręsentans. Imago autē dei est anima rationalis. Fecit enim Deus hominē ad imaginē & similitudinem suam. Tertium est sigillum, seu imago impressa, uel statua, quæ adhuc clariori lumine repre-sentat hominem. Quemadmodū Angelus respectu dei, de quo Ezechiel. Tu signaculum similitudinis dei plenus scientia & perfectione decórus, in delicijs paradisi dei fuisti. Quartum est cōceptus uel notitia hominis, quæ est imago & naturalis similitudo eius. Illa.n. clarissimo lumine hominē represen-

Quatuór repręsen-tant deum et hominē.

Rom. 1.

Ezec. 28.

tat. Sic filius dei cum sit uera notitia & sapientia patris, ipsum patrē excellentissime repręsentare opus est. Itaq; filius, uerbū mentale pulcherrime dicitur. Secundum est uerbū dei, uocale, ut uox ipsius, uel aliquod reuelatum a deo, sicut dicitur in scripturis sepenumero. Factū est uerbū domini ad talem, uel talem prophetam. Item. Factum est uerbū domini super Ioannem Zachariæ filium in deserto. Tertiū est uerbum scriptum, ut diuina scriptura, uetus & nouū testamentū. De quo dominus in euangelio. Beati q audiunt uerbū dei & custodiunt illud, &c.

Luc.3.

Luc.11.

His pręmissis, uolens Ioannes Euangelista duplicem Christi naturā, Diuinā uidelicet & Humanā exactissime ostendere, docere, & explicare: primo de natura diuina ut ipsa omnibus manifestetur contra nonnullos hęreticos tunc tēporis ecclesiam dei uastantes, posuit quinq; theoremata, seu speculationes altissimas, ut pote ingenij nostri facultatem transcendentes. Primum theorema fuit *In principio erat uerbum.* Per principium intelligit patrem, Et per uerbum denotat filium. Illa .n. prępositio, in, notat identitatem essentię inter uerbū, Et principiū .i. inter patrem & filium & personalem distinctionē, ut sit sensus. In principio erat uerbū .i. filius erat unius substantiæ cū eo qui dicitur principium. Et distinctus ab eo personali proprietate, sicut genitus a generante. Et quemadmodum conceptus uel notitia est in intellectu a quo habet originem, ita filius est in patre a quo habet esse per ęternam generationē. De qua Esaias. Generationem eius quis enarrabit? Et signanter dicit erat, & non fuit, quia uerbū semper erit, & nō dicit erit, quia uerbū semper fuit a patre. Recte autem dicitur erat quod est pteritum imperfectum, ad significandum diuinam ęternitatem,

Prima speculatio.

Esa.53.

quã oportet significare per uerba temporalia, licet sit super omne tempus. Hoc.n.uerbum, sum, eram, eras, teste Augustino, cũ de creaturis dicitur, tẽporales motus designat. Sed de Deo dictum, non nisi esse substantiuũ dicit sine motibus tẽporis, qui abĳciant aliquid in pręteritum, & expectent aliquid in futurũ. Et licet Deus dicat, ego sum qui sum, & ad Moysen, ut dicat, qui est misit me: in generatione tamẽ ęterna filĳ, Ioannes utitur hoc uerbo erat, & nõ hoc uerbo fuit, est, uel erit. Quia id quod futurũ est, nondum est actu: nec per hoc designatur fuisse. Pręteritum autem, designat aliquid extitisse, & iam terminatum esse. Sed pręteritum imperfectũ denotat aliquid extitisse, sed terminatũ non esse, & adhuc remanere. Nam pręteritum imperfectum denotat pręteritum terminatum ad presens, & cõsequenter quod nunc adhuc extat, & sic mediat inter pręsens & pręteritum. Medium uero naturã sapit extremorũ, & ita a presenti habet permanentiam, & a pręterito immutabilitatem, & a seipso ordinẽ.s. æternitatis ad tempus, ideo recte dicitur erat, ad significandam ęternitatẽ & permanentiam diuini esse, quod cõpetit uerbo dei. Igitur hoc uerbũ erat quodãmodo tempus pręteritũ, pręsens, & futurũ pulcherrime complectitur. In hac etiam speculatione confutatur Nestorius & Claudius hæretici pręndicantes Christum, initium habuisse in tempore. Secundum Theorema, *Et uerbum erat apud deum.* Hæc.n. præpositio apud, quatuor elegãtissime significat. Primo, subsistentiam in recto. Nam ea quæ nõ subsistunt, seu subsistentiam nõ habent, proprie esse apud quẽpiam, dici minime possunt. Quemadmodũ non dicimus albedinem esse apud hominẽ, sed illũ apud alterũ hominẽ, quia uterq; subsistit. Quid est ergo

Cur dicit, erat.

Secũda speculatio.

dicere, uerbum erat apud deum patrem: nisi perso- na filij subsistens eiusdẽ naturę cũ patre esse apud il- lum subsistentem. Secundo, significat auctoritatem in obliquo. Nõ enim congruo dicitur, dominus est apud seruũ, sed e conuerso. Quid est ergo dicere uer bum erat apud deum, nisi filium esse genitum a pa- tre habente auctoritatem, & generandi & mitten- di illum ad nos? Tertio, denotat cõiunctionem & societatem quandam, quia nõ solemus dicere, ini- micus est apud inimicum suum, sed amicus associa tur amico. Quid est ergo dicere, & uerbũ erat apud deum, nisi quia filius erat in patre, & pater in filio, per innatam societatem & mutuam dilectionem? Quia est una & eadẽ uoluntas, unus & idem amor patris & filij. Nam pater diligit filium, & diligitur ab eo. Quarto, hæc præpositio apud, propriĳssime significat distinctionem. Quis enim dicere poterit Petrum esse apud seipsum? Recte autẽ dicitur, alter est apud alterum. Quid est ergo dicere, uerbũ erat erat apud deum patrem, nisi filium esse personaliter distinctum a patre? quia nihil generat seipsum. *Apud, quatuor significat.*

Tertium theorema, *Et deus erat uerbum.* Pro quo animaduertendũ est, ꝙ hoc nomen Deus in scriptu ris sanctis interdum sumitur essentialiter pro tribus personis simul, seu pro essentia personarum. Cũ.n. nominatur Deus in scripturis absolute, non in ordi ne ad alias personas, seu per opera ad extra, semper hoc nomẽ Deus essentialiter sumitur. Vt ibi, In prin cipio creauit deus cœlum & terram. Et alibi. Deus in nomine tuo saluũ me fac, &c. In his omnib⁹, hoc nomen deus essentialiter conuenit toti trinitati in- quantum Deus. Nonnunꝙ uero hoc nomen Deus personaliter sumitur in scripturis, ꝓ persona patris uel filij, seu spiritus sancti. Id autẽ fit semper cũ una *Tertia speculatio.* *Deus dupliciter capitur.*

persona loquitur ad alterã ipsam appellando deũ. Vel cũ loquimur de Dei operibus ad intra. Sicut di
Psal. 21. cit Dauid in Psalmo, in persona filij loquens ad patrem. Deus Deus meus, quare me dereliquisti? Ibi hoc nomen Deus stat pro persona patris. Et cũ alibi dicit. Sedes tua Deus in seculum seculi. Ibi Deus
Psal. 44. stat pro persona filij. Sed cum subdit: Propterea unxit te Deus Deus tuus, ibi geminata locutio Deus importat patrem & spiritum sanctũ. Cũ ergo dicitur (ut ad primũ propositum redeamus) Et uerbũ erat apud Deum, ibi Deus personaliter pro persona patris accipi debet: ut sit sensus. Filius distinctus est personaliter a Deo patre. Cum autem sequitur, & Deus erat uerbum, uel uerbũ erat Deus, ibi hoc nomen Deus essentialiter pro tota trinitate, seu pro essentia personarum accipere debemus: Vt denotetur unitas essentialis patris & filij. Quia licet filius sit personaliter distinctus a patre, nõ tamẽ essentialiter, sed idem deus. Quia ut dicit Athanasius: Deus pater, Deus filius, Deus spiritus sanctus. Non tamẽ tres Dij, sed unus est Deus. Per secundam igitur spe
Contra Sabellũ, & Arrium. culationem cõfutatur Sabellius qui dixit filium nõ esse distinctum a patre. Et per hanc tertiam, q̃ est: & Deus erat uerbum, excluditur Arrius qui dicere audebat Christum esse purã creaturã, & nullo modo cõsubstantialem & coęqualem patri, &c.

Quarta speculatio. Quartum theorema *Hoc erat in principio apud Deum.* Ibi principium pro principio durationis uel ęternitatis accipi debet, ut sit sensus. Hoc. s. uerbũ erat in principio. i. in ęternitate seu ab æterno apud Deũ. s. patrem, tanq̃ genitum ab eo, Vel ad patrem, quia uerbum quatenus uerbum habet esse relatiuum ad Deum patrem. Nam Deus ab æterno seipsum perfecte intelligit, aliter non esset purus actus, si de po-

tentia intelligente fieret actu intelligens. Itaq; patrem ab æterno semper uerbum producere necesse est, ideo recte dicitur. Hoc erat in principio apud Deum. Et si quæras quomodo effectus potest esse coæternus suæ causæ, & filius coæternus patri, cũ pater semper sit tempore prior filio. Respondet Augustinus, ꝙ si sol fuisset ab æterno, lumẽ solis esset coæternum ei, licet producatur ab ipso. Et quemadmodum solem esse sine lumine, aut lumen sine sole imaginari nequimus, ita patrem esse sine filio, aut filium sine patre impossibile est. Si ergo pater fuit ab æterno, filium qui est sapientia patris esse coæternũ ei cõsequens est: cũ nullus sit sapiens sine sapientia. At sapientia patris, accidens non est, cũ nullum tale sit in Deo igitur substantia erit, eiusdem essentiæ, sed personaliter distincta per modum intellectus, quã filium appellamus. Cur autem pater carnalis prior est tẽpore filio, triplex potest assignari ratio. Prima, quia ipse nõ habet a principio sui potentiam generandi. Secunda ratio, quia patre generat in tẽpore, & exigit tempus successiuũ ad generandum. Tertia ratio, quia pater libere & contingenter generat filium. Nam si uellet, potuisset non generare filium. Pater uero in diuinis ab æterno potentiam habuit filium generandi, nec agit in tempore, nec contingenter, præcipue in his operationibus ad intra, sed naturaliter, libere, & necessario generat filium Ideo dicitur. Hoc erat in principio apud deũ, uel ad Deum. Et si denuo q̃ras, cur spiritus sanctus qui procedit a patre nõ dicitur filius, uerbũ autem filius appellatur; Respondendum est ꝙ ad rationẽ filiationis quatuor cõcurrunt. Primo ꝙ uiuens producatur a uiuente. Secundo, ꝙ producatur ab ipso solo. Tertio, de propria substantia ipsius. Quarto,

Obiectio.

Cur pater carnalis prior est filio.

Alia obiectio.

Quatuor ad filiationẽ concurrunt.

ut ſit ſimilis ei in ſpecie. At uerbũ has conditiones habet ut patet intuenti, igitur merito filius appellatur. Pater igitur uiuens generat filium uiuentem ex ſua propria ſubſtantia ſimilem ſibi. Sed ſpiritus ſanctus producitur a duob9, quia ex patre filioq; procedit unica ſpiratione. Impoſſibile eſt autẽ aliquid generari ex duabus cauſis totalibus, iuxta ſententiam omnium ſapientum. Igitur, &c. Per hanc quartam conſiderationem adimuntur omnes antedictę hæreſes ſimul, quia hæc ſpeculatio dicit filium eſſe coæternũ, & conſubſtantialem, & coæqualem patri, & perſonaliter diſtinctum a patre. Modo ſequitur de ipſius omnipotentia.

Quinta ſpeculatio. Quintum theorema. *Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Quod factum eſt in ipſo uita erat.* Hæc ſpeculatio poteſt duobus modis interpretari. Primo, ut ille tres particulę ſint ita, & hoc modo ſeiuncte & punctuate. Et hæc ſit prima. Omnia p ipſum facta ſunt. Secũda, & ſine ipſo factum eſt nihil. Tertia, quod factum eſt, in ipſo uita erat. Dicit ergo primo. Omnia per ipſum facta ſunt .i. omnia uiſibilia & inuiſibilia, ſpiritualia & corporalia, naturã conſeruantia. Omnis forma, omnis materia, omne ſimplex, omne compoſitũ, omnis compago, omnis cõcordia partium, omnia hæc per ipſum .ſ. uerbũ a patre genitum, facta ſunt .i. cõdita & in eſſe producta. Et nota φ nõ dicit quædam, ſed omnia. Rurſus, nõ dicit omnia ipſum fecit, ſed per ipſum facta ſunt, ut faciendi omnia cõmunicatio, ei ab alio ſignificetur. In hoc .n. φ dicitur per ipſum cõſignificatur alius a quo per ipſum facta ſunt omnia. Ideo ſequitur, φ pater nõ eſt factus, a quo ſunt omnia. Neq; uerbũ eſt factum, per quod omnia facta ſunt. Nihil .n. eſt ſibi ipſi principium & cauſa eſſendi. Et ſi dicas, ſe-

Prima interpretatio uerborum Ioannis.

quitur tamen error Origenis dicentis spiritũ sanctũ esse factum inter omnia, & sic esse creaturã. Falsum est, quia spiritus domini ferebatur super aquas: & uerbo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorum. Nam cũ dicit euangelista, oĩa per ipsum facta sunt, non est intelligendum simpliciter omnia, sed in genere creaturarum & rerũ factarũ, tanq̃ dicat. Omnia facta, p̃ ipsum facta sunt. Nota insuper q̃ hæc præpositio, per, notat hic causam efficientem, nõ instrumentalem, ut uerbũ sit instrumentũ patris, ut fatebatur Origenes. Ipse.n. filius cũ patre est auctor omnium, pariter & spiritus sanctus cũ eisdem, quia indiuidua sunt opera trinitatis. Omnia ergo per ipsum facta sunt, ut nec pater, nec spiritus sanctus excludantur. Si ergo omnia per ipsum facta sunt, uerbum autem nõ potest a se fieri, uel seipsum facere, quia esset anteq̃ esset. Sequitur denuo, ut ipsum uerbum nõ sit factum, & sic creatura non est, igitur eiusdẽ cum patre substantia est. Omnis.n. substantia quæ Deus nõ est, creatura est. Et quæ creatura nõ est, Deus est. Hoc autẽ uerbum non uoce profertur sed est semper in sinu.i. secreto & corde patris, manens cuncta disponit, regit, & operatur. Non.n. loquendo, sed uolendo cũcta efficit Deus. Nota proinde q̃ licet omnia sint facta per spiritum sanctum (ut dictũ est) magis pro prie tamen dicitur pater operari per filium, q̃a quilibet per sapientiam suam operatur. Filius autẽ est sapientia patris, ideo omnia per ipsum efficere, & operari congrue dicitur, iuxta illud Psalmi. Omnia in sapientia fecisti dñe.i. per sapientiam tuã. Præterea patri attribuitur potẽtia operãdi, filio uero, ipsa operatio, spiritui sancto, conseruatio. Inde sequitur.

Sine ipso factum est nihil. Idest, nullum ens factum est

Gene.1.

Illa præpositio, per, notat causam efficientem.

Pulchrũm notabile.

Psal.103.

Secunda particula.

sine filio, qa posset quispiam dicere, omnia p ipsum facta sunt. i. omnia spiritualia nō corporalia, omnia inuisibilia, non uisibilia, quemadmodū Manichæi ita falsè interpretabantur, ponentes duo principia, unum corruptibilium, aliud incorruptibilium. Ad excludendū igitur hunc errorem, subinfert euangelista. Sine ipso factum est nihil: quasi uelit dicere. Non est aliquod ens factum, nō concurrente filio, quia ut dicit Apostolus, per ipsum, cum ipso, & in ipso facta sunt omnia. Si autē per nihil intelligamus peccatū, quia omne bonū est a Deo, & omne malum & præcipue malum culpæ a nobis est. Itaque peccatū sine deo factū est. Et reuera peccatū nihil est quia est priuatio diuinę gratiæ, sicut tenebra priuatio lucis. Perinde, peccatum dicit priuationē omnium bonorum tam spiritualium q̃ corporaliū, ideo ad nihilum redigit hominē: iuxta illud Psalmistæ. Ad nihilum redactus sum, &c. Mortuo. n. homine in peccato, moritur simul anima & corpus, ideo in nihilum redigitur. Inde subdit. *Quod factum est in ipso uita erat.* Quod factum est. s. in effectu, in ipso. s. uerbo, uita erat, & uiuens, quemadmodū artifex prius fabricat opus in mente, deinde in opere. Et quod in mente est, uiuit cū artifice. Quod autē fit, mutatur cū tempore. Non. n. omnia quæ facta sunt habent uitā, nec sunt uita in se: hoc est in natura sua, in qua sunt ut creaturæ. Secundū autem ut sunt in deo, & arte diuina quæ est uita in se, illa, uita & uiuere dicuntur. quia ibi habent exemplar & rationē uiuentem. Omnia nāq; quæ temporalia fiunt uel facta sunt, ab æterno fecit. i. facere disposuit. Et prius q̃ fierent, facta nouerat, & in eius mente uelut præsentia uiuebant & uigebant, quia omnia ante mundi initium in ipso dei filio imaginata erant. Et ut po-

Nihil, interdum notat peccatum.

Tertia particula.

Quō creaturæ uiuūt in Deo.

ftea fierent dispositum erat, ac per hoc quasi facta erant & uiuebant. Sic.n. Deus (teste Apostolo) uo cat ea quæ nõ sunt, tanq̃ ea quæ sunt. Viuunt igitur omnia quę in Dei dispositione sunt. Et quemadmo dum disposita sunt, ita eueniunt. Et sic patet modus per quem creaturæ procedunt a uerbo, uelud artificiata ab artifice. *Rom. 4.*

Secundo modo, speculatio hæc quinta, potest interpretari, ut illę tres particulę sint ita situatæ, seiunctę, & punctuatę. Prima, *Omnia per ipsum facta sunt,* sicut supra dictum est. Secunda, *Sine ipso factum est nihil, quod factum est.* Idest, neq; unum quod factum est, sine ipso factum est: quia supra dixerat euangelista, omnia facta per uerbũ. Sed quia cõstat falsum esse absolute loquendo, omnia facta fuisse per uerbũ, quia Deus nõ est factus per uerbũ, uel saltem spiritus sanctus qui tamen cõprehenditur sub omnia, ideo subiungit. Sine ipso factum est nihil. i. non est aliquod ens factum quin sit illud per uerbũ. i. per sapientiam patris factum. Nã opera omnia sex dierũ facta sunt a patre per filium cooperante spiritu sancto. Tertia particula *In ipso uita erat.* Vita. n. est actus spiritualis & continuus habente quieto & sempiterno fluens, quẽadmodũ a primo paradisi fluuio, quatuor fluuĳ emanant, ita ab illa prima uita quatuor fluunt uitæ: uidelicet, uegetatiua, sensitiua, intellectiua, & angelica. Christus proinde in euangelio, pluries se esse uitã fatetur. Sicut pater habet uitam in semetipso: sic dedit & filio uitam habere in semetipso. Et alibi. Ego sum uia, ueritas, & uita. Itẽ, Ego sum resurrectio & uita. Qualis autem harum duarum interpretationum uerior sit, id negotium prudenti lectori relinquo. *Alia interpretatio quintæ speculationis.* *Ioan. 5.* *Ioan. 11.*

Et si quispiam q̃rat, quomodo omnia facta sunt

Pulchra difficultas per uerbum, an.s.sint omnia facta simul & in eodẽ instanti, an in tempore successiuo, & spatio sex dierum: Responderi potest, secundum duplicẽ scriptorum opinionẽ. *Assertio prima August.* Prima fuit Augustini super Genesim ad litterã dicentis, omnia fuisse creata distincta & ornata: simul ante omnẽ diem, nec fuit in hoc aliqua dierum uel horarũ successio, iuxta illud Ecclesiastici. *Eccli. 18.* Qui uiuit in æternũ, creauit omnia simul. Sex autem dies non refert Augustinus ad rerũ distinctam & successiuam creationẽ, sed ad uariam Angelorum cognitionẽ. Nam cognitio unius rei in angelo, facit unam diem. Prima igitur cognitio angelorum fuit de luce, quæ uocata est prima dies. Secunda angelorum cognitio fuit de firmamento, quæ dicta est secunda dies. Et ita de alijs. Quid est ergo dicere, prima die facta est lux, nisi quod prima angelorum cognitio fuit circa lucem? Et secunda, circa firmamentum. Tertia, erga omnes fructus terræ. Quarta, fuit cognitio solis, & lunę, & omnium planetarum. Quinta, fuit cognitio aquarũ, & omnium piscium. Sexta, omnium animalium & hominũ. Et quia sex genera rerũ, uel mundi creatarũ describuntur: ideo sex angelorum cognitiones distinctę, & ita sex dies assignãtur fuisse. Et cũ dicitur, quod septima die requieuit Deus ab omni opere quod patrarat, intelligit, quod postquã angeli habuerunt cognitionẽ de sexto creaturarũ genere, cessauerunt, siue requieuerunt a noua creaturarũ cognitione, cũ nõ essent ultra, alia creatorum genera. At quoniam in cognitione cuiuslibet generis rei, distinguuntur uespere & mane: nam de qualibet re duas cognitiones habet angelus, prærerquã de Deo, quã per seipsum cognoscit cũ non sit in genere. *Duplex cognitio angelorũ, matutina, & uespertina* Ideo una est cognitio angelica, qua cognoscit res in uerbo. Alia qua cognoscit res in suo genere. Sed quia co-

gnitio rerum in uerbo euidentiſſima eſt, ideo matutina dicitur: prout matutina ſeu mane dicit omnes partes diei claras. Cognitio autem rerũ in proprio genere non eſt tantũ euidens, ſed in comparatione prioris uidetur q̃dã tenebra: quãobrẽ a ueſpere qđ eſt poſt ſolis occaſum, ueſpertina nomẽ accepit.

Secunda fuit opinio cõmunis quã ſequuntur fere omnes ſcriptores, ꝙ uidelicet materia omniũ corporalium, corruptibilium, & incorruptibilium rerum, cœloꝝ & elementoꝝ per opus creationis producta fuit ſub una forma cõmuni in genere ſubſtantiæ: diebuſq́ ſequentibus diſtincta fuit ſecundũ diuerſas ſui partes per formas ſpecificas tam cęleſtes ꝙ̃ elementales. Vt prima die facta fuerit lux per ſ formã: & ſic conſequenter. Inde ſequitur euangeliſta. *Et uita erat lux hominum. Et lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt.* Lux, alia corporalis: alia ſpiritualis. Lux corporalis triplex. Prima eſt lux ſolis. Sol. n. illuminat omne corpus opacũ, & habet lucẽ per eſſentiam. Cętera uero (ut corpora cœleſtia) luna & ſtellæ, per participationẽ. De qua Matthæus loquens de transfiguratione Chriſti: Reſplenduit facies eius ſicut ſol. Et alibi. Refulſit ſol in clipeos aureos. Secunda eſt lux ignis: de qua Dauid in Pſalmo. Expandit ignẽ, ut luceret eis per noctẽ. Tertia eſt lux oculoꝝ, iuxta illud Pſalmiſtę dicentis. Lumẽ oculoꝝ meoꝝ nõ eſt mecũ. Lux ſpiritualis adhuc triplex. Prima eſt Chriſtus, ipſo atteſtante qui ait. Ego ſum lux mundi. Et Symeon. Lumen ad reuelationẽ gentium. Secunda eſt diuina gratia: de qua pſalmographus. Signatum eſt ſuper nos lumẽ uultus tui domine. Et alibi. Domine, in lumine uultus tui ambulabunt. Item. Lux orta eſt iuſto, & rectis corde lętitia. Tertia lux ſpiritualis eſt gloria beato-

Lux multiplex. *Matth. 17.* *1. Mach. 6.* *Pſal. 104.* *Pſal. 37.* *Ioan. 8.* *Luc. 2.* *Pſal. 4.* *Pſal. 88.* *Pſal. 96.*

Psal.55. rum,iuxta illud.Vt placeam corā Deo in lumine ui
Matth.13. uentium. Et apud Matthæum. Fulgebunt iusti si-
cut sol.Dicit ergo.Et uita erat lux hominū.Quia ui-
ta.i.ipsum uerbū quod est uita in se, in qua & pro-
pter quā creaturæ uiuunt,erat lux hominū.Lux per
ueram doctrinā & euangelicam legem,qua totum
mundum illuminauit. Lux per miracula,quibus se
uerū deum & hominē ostendit.Lux per essentiam;
sancti autē per participationem ,sicut ipse testatur:
Vos estis lux mundi.Lux quippe erat uerbū per gra
tiam,qm̄ rationales creaturę ut beatę fierent illumi
nandę erant.Et lux in tenebris lucet.Pro quibus ani
Tenebræ duplices. maduertendū est, ꝙ tenebrę sunt duplices,corpo-
rales uidelicet & spirituales. Tenebrę corporales
tribus modis sumuntur in scripturis. Primo, ꝑ pri-
uatione totalis luminis,sicut scribitur ī exordio mū
di. Et tenebrę erant super faciem abyssi. Secundo,
pro priuatione tantū luminis solis, sicut scriptum
Gene.1. est.Diuisit Deus lucem a tenebris:appellauitq́ lu-
cem diem,& tenebras noctē. Tertio,pro cęcitate
oculoꝝ, quemadmodū dixit Thobias ad angelū.
Thob.5. Quale gaudium mihi qui in tenebris sedeo.Tene-
brę spirituales etiam tripliciter capiuntur in scriptu
ris. Primo,pro ignorantia intellectus,dicente Psal-
Psal.81. mista.Nescierunt neq; intellexerūt,in tenebris am-
bulant.Secūdo,pro peccatis,iuxta illud Apostoli.
Ephe.5. Eratis aliquādo tenebræ,nunc autē lux in domino.
Tertio,pro peccatorum pœnis,dicente domino in
Matth.22 Euangelio.Ligatis manibus & pedibus,mittite eū
in tenebras exteriores. Dicit igitur Euangelista. Et
lux in tenebris lucet.i.in peccatoribus, quia uerbū
suapte natura illustrat eos luce gratiæ gratis datæ.
Sed quia tenebrosi sunt,peccatis inuoluti,se subtra
hunt ab influentia diuinæ lucis.Ideo subd.tur.Et te-

nebrę

 292

nebræ eam non comprehenderunt. Quia peccatores hanc lucem nõ consequũtur, non pp defectum lucis, sed ꝓpria malitia. Unde Augustinus. Quẽadmodum.r. homo cæcus positus in sole pñs est illi sol, sed ipse soli absens est: sic omnis stultus, omnis iniquus, omnis impius cæcus est corde pñte sapientiæ lumine. Sed cum cæco pñs est, oculis eius abñs est. Non quia illa ipsi abñs est, sed quia ipse absens est ab illa. Quid ergo faciet iste? Mundetur, unde possit uideri Deus peccata & iniquitates tolle, & uidebis sapientiam quę pñs est. Quia Deus est ipsa sapientia quę dicit, Beati mũdo corde, qm̃ ipsi deũ uidebunt. Apls quoq; clamat. Surge qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus. Et alio in loco: Abijciamus ergo opera tenebrarum.i. peccatorũ: & induamur arma lucis. Et si quæras, si Deus incomp̃hensibilis est, quõ potest comp̃hendi a nobis? Dicendum est, ꝙ comprehensio triplici modo sumitur. Primo, ꝑ ꝑfecta rei cognitione. Nã id intellectu comprehẽditur, quod ꝑfecte & totaliter intelligitur. Dicitur.n. aliquid comprehendi, qñ peruenitur ad finem cognitionis ipsius. Id aũt est, qñ res cognoscitur ita ꝑfecte sicut cognoscibilis ẽ. Et hoc quidem modo, Deus incomp̃hensibilis est a nobis. Quia solus oculus diuinus lucem hanc cõprehendit, & nulla creatura. Secundo, pro beatifica & apta uisione Dei, quo modo sancti in patria Deum comp̃hendunt, & lucem illam ineffabilem. Quare cõprehensores merito appellanť. Tertio, ꝑ fidei & charitatis adhęsione, quo nã modo boni et electi adhærent Deo fide & charitate. Tenebræ igitur.i. peccatores: iudęi quoq; quos malitia eorum excæcauit, lucẽ quæ xp̃s est nõ comp̃henderunt, qa nõ fide minusq; amore adhęserunt ei. Ideo, &c.

Pulcra Augustini similitudo.

Matth. 5

Roma. 13.

Comprehẽsio triplex

B

De conceptione Ioannis Baptistæ præcursoris domini. Cap. II.

FVit in diebus Herodis regis iudeæ, sacerdos quidam nomine Zacharias de uice Abia, et uxor illius de filiabus Aarō, & nomen eius Elisabeth. Erant autem iusti ambo ante deum, incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus domini sine querela. Ioannes euangelista incipiēs a rebus diuinis & æternis, non dicit fuit, sed erat. Ibi, in principio erat uerbum. &c. Et hoc pp rerꝝ diuinarꝝ permanentiam. Lucas aūt incipiens a rebus humanis, dicit fuit, pp eorꝝ transitum & deficientiam, juxta il

Psal. 101. lud psalmi. Sicut optorium mutabis eos & mutabūtur. Tu aūt idem ipse es, & anni tui non deficiēt. Dicit ergo. Fuit in diebus Herodis regis iudeæ. Et si quæras, cum multi fuerint Herodes, de quo intelligatur: Dicendum, ꝙ in regno Iudeæ tres fuerunt

Tres Herodes reges Iudæorū. Herodes. Primus fuit Herodes Antipatris filius Idumæi, primus rex alienigena in rege Iudæorꝝ, dictus Ascalonita, qa ibi regale palatium suum construxit. Secundus fuit Herodes Antipas filius eius, qui Ioānem decolauit, & dñi passioni legitur interfuisse. Tertius fuit Herodes Agrippa filius Aristoboli nepos Herodis Ascalonitæ, qui Iacobum decolauit, & Petrum in carcerē posuit. Fuit ergo Zacharias in diebus Herodis Ascalonitæ qui fuit primus alienigena, uigesimo anno regni sui. Nam a senatu Romanorꝝ rex Iudeæ coronatus suadente Antonio: eo aūt uicto, regnū eius p Augustum cōfirmatum est. Sic ergo imminente aduētu Christi alienigena regnauit, ut ōnderetꝰ pphetia impleta Iacob.

Gene. 49. Non auferetur sceptrum de Iuda & dux de fœmore eius, donec ueniat qui mittendus est. i. messias. Et

Zach. tres. nota ꝙ tres sancti Zachariæ leguntur in scriptura sancta fuisse. Primus filius Ioiade de quo dominus

in euangelio. Vt ueniat super uos omnis sanguis iu *Matt. 23.*
stus qui effusus est super terram. A sanguine Abel
iusti usq; ad sanguinem Zachariæ, qui fuit sacerdos
& propheta. Secundus, ille ppheta & in numero *Paral. 24.*
prophetarum undecimus q uaticinatus est de xpo, *Zach. 9.*
dicens. Exulta satis filia sion, & iubila filia Hierusalem. &c. Tertius pater Ioannis Baptistæ pphe-
ta & sacerdos, quodãmodo medius inter pphetas
& sacerdotes antiquæ & nouæ legis. Et nota insup. *7. cõditio-*
q septem erant conditiones sacerdotum ueteris te *nes sacer-*
stamenti, quæ et sacerdotibus xpi pulcherrime con *dotum.*
ueniunt. Prima, ut regulariter instituant. Nõ sicut
Abimelech. s. per carnem, de quo liber Iudicum testatur. Non sicut Alchimus per potentiam, sicut le-
gitur in libris Machabæorum. Non sicut Iason p pe- *Iudic. 8.*
cuniam, ut ibidem. Sed p uoluntatem Dei, quẽad- *2. Mach. 8*
modũ ipse ad Moysen ait. Applica ad consurgen- *& 4.*
dum mihi. Secunda, ut mistice inungantur, dicen *Exod. 18.*
te domino ad Moysen. Aaron & filios eius unges, *Exod. 30.*
sanctificabisq; eos, ut sacerdotio fungantur mihi.
Tertia, honestè conuersare, sicut decet tantos ui
ros: quẽadmodum scribitur in lege. Sacerdotes q *Exod. 19.*
accedunt ad dominum, sanctificetur. Et alibi Mun *Deut. 29.*
damini qui fertis uasa dñi. Et psalmus: Sacerdotes *Psal. 131.*
tui induantur iustitiã. Sed heu, quia Hieremias cla- *Hiere. 23.*
mat. Propheta nãq; & sacerdos polluti sunt, in domo mea inueni malum eorum. Quarta, pdicare
ueram & sanã doctrinã, sicut pcepit Ezechias po- *2. Par. 19.*
pulo, ut daret ptes sacerdotibus & leuitis, ut pos-
sent uacare diuinis studijs, & legi dei. Item: Labia
sacerdotis custodirent scientiam, & legem reqrent
ex ore eius, quia angelus dñi exercituũ est. Sed heu *Malach. 2.*
quia apud Hieremiam scribitur. Sacerdotes nõ di- *Hiere. 2.*
xerunt, ubi est dñs. & tenẽtes legẽ nescierunt me.

Quinta digne & laudabiliter sacrificium offerre,
Eccl. 45. iusta illud sapientis. Fugi sacerdotio & habere laudem in nomine ipsius, & offerre illi incēsum dignū. Sed heu, quia Malachias clamat. Ecce ad uos o sacerdotes qui despexistis nomen meum, offertis
Malach. 1. sup altare meum panē pollutum. Sexta, fideliter dispensare, quēadmodum leuitę benedicentes po-
2. Par. 29 pulo surrexerunt, atq; leuita Maath filius Almasiæ. Præcepit namq; Ezechias leuitis ut laudarent dñm sermonibus Dauid, & ut offerrent uictimas & laudes in domo dñi. Septima cōditio sacerdotum
1. Mach. 4 erat, sapienter ligare & soluere, sicut in libris Ma-
Iohelis 2. chabæorū scribit. Elegit Iudas sacerdotes sine macula, & mundauerunt sancta. Item: Labia sacerdotum meditabuntur sapientiam. Et dñs ad Aarō. pceptum est sempiternū in generationibus uestris, ut habeatis scientiam discernēdi inter sanctum & p
Leuit. 10. phanum, inter pollutum & mūdum, docētes filios
August. israel omnia legitima mea. Quāobrem Augustinus sup eodē lib. de sacerdotibus xpi sic ait. Qui uult cōfiteri peccata sua ut inueniat grām, quęrat sacerdotem scientem ligare & soluere, ne cū negligens circa se extiterit, negligatur a Deo. Qui eū misericor-
Matt. 15. diter monet, & petit: ne ambo in foueam cadant. Quia si cæcus cæco ducatum pstet. &c. His omnibus conditionibus Zacharias sacerdos domini prę ditus erat. Et dicitur de uice Abia, quia Dauid rex distinxit filios Aaron sortibus ad ministrandum p uices sacerdotalia in templo dñi. Et octaua sors cōtigit Abiæ, ut infra p amplius dicetur. Itaq; de uice Abia appellabatur, & uxor illius de filiabus Aarō iuxta legis pceptum uxorem habebat de pōtificia stirpe. Et nomen eius Helisabeth, quę interpretatur dei mei saturitas. Ipsa nāq; Deo plena erat. Et erāt

244

ambo iusti ante deum, quia iustitiam sectabantur. Incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus dñi sine querela. Ecce totum quod hrẽ tenetur hõ, Ecce id quod hẽt perfecta iustitia. Ecce in quo uersaẽ iusta hoium uita: ut.s.p iustitiam diuina mãdata seruenẽ, & ut ante Deũ suo placito, nõ humano in mandatis oibus incedatur. Vnum.n.aut plura seruare non sufficit, si cætera negligãtur. Qm̃ qui in uno offenderit, factus est oium reus. Addiẽ quoque q̃ in oibus iustificationibus dirigebantur. Iustificationes aũt domini sunt oĩa quę a delictis retrahũt, uirtutibusq; coaptant, in qbus recte conuersantem oportet incedere. De qbus Dauid sæpe dicebat. In mandatis tuis exercebor, & cõsiderabo uias tuas. In iustificationibus tuis meditabor, non obliuiscar sermones tuos. In qbus etiam hi iusti coniuges incedebant. Quid.n. quęrit hõ ut placeat Deo, nisi ut iustificatus existat? Et si q̃ras, quæ sunt q̃ iustificãt hoiem: Dicendum est, uera hois cognitio sui, debita confessio peccatorꝝ, eorundem interni pectoris dolor cum bono nõ amplius peccandi proposito; Deum inuocãdo, ipsi fidendo, opa bona sectando, indignum oino se reputare cęlestibus, humiliter incedere obice inspecto peccati, hæc sunt q̃ iustificãt hoiem. His.n. regulariter publicanus euãgelicus, a pharisæo iustificatus descendit. Non ergo fides tm̃, non humilitas tm̃, hoiem efficit iustum. sed sermo dñi, saluatore dicente. Vos mundi estis pp sermonem quem locutus sum uobis. In quo p̃cursoris genitores coram dño incedebãt, ut ẽt nulla in eorum operibus posset esse q̃rela. O igitur singularis uirtus: o præclara hoium uita, cum sic gradiẽ coram deo, ut ẽt hominibus nõ paret materiam q̃rulandi.

Cõmendãtur parentes Ioãnis *Ysid. ut.*

Quæ iustificãt hominem.

Luc. 18.

Et non erat illis filius, eo quòd esset Elisabeth sterilis, et ambo p-

cessissent in diebus suis. Sæpenumero dñs subtrahit p lem, iustis, sanctis, & bonis coniugatis, ut tota spes eorum, totaq; affectio ponatur in dño. Dicit ergo. Eo q esset Elisabeth sterilis. Ecce naturæ impedimentum. Et ambo pcessissent in diebus suis. Ecce aliud p accidens impedimētum. s. ex parte tpis. Ex quibus miraculum augetur, eo. s. q Elisabeth esset sterilis, ut concipere nō posset: & ambo pcessissent in diebus suis, ut uacare amplexibus non liceret secundum illud Genesis: Postq̃ senui, inquit Sara ad angelum, & dñs meus uetulus est, uoluptati operã dabo? quasi dicat: hoc decens minime reputatur. Sed aĩaduertendũ est, q de sterilibus parentibus nati dñr quinq;. Videlicet, Isaac, Iacob, Samson, Samuel, Ioannes baptista. Per quos omnes significabatur xpm esse uenturum, & de uirgine nasciturũ: cui sterilitas suapte natura cõpetere uidetur. Isaac igitur primus q risus interpretatur, xpm futurum risum, & afflictorum gaudium, electorumq; lætitiã pulcherrime figurat. Iacob inde supplantator interpretatus, ut xps futurus esset uitiorum supplantator interpretari cõgrue est. Samson tertius, ut sol illuminans, interp̃tationem hẽt, notat xpm, ignorantium & cæcorum lucem. Per Samuelẽ quoq; ut reconciliator esset futurus peccatorum: Samuel qppe exaudibilis interpretaẽ: Christus aũt in oĩbus exauditus est. Ioãnes deniq; in quo est gratia dicitur, Christũ futurum plenum gratia & ueritate, elegantissime designat. *Factum est autem cum sacerdotio fungeretur Zacharias in ordine uicis suæ ante deum secundum consuetudinem sacerdotij sorte exijt ut incensum poneret, ingressus in templum domini. Et omnis multitudo populi erat orans foris hora incensi. Apparuit autem illi angelus domini stans a dextris altaris incensi. Et Zacharias turbatus est uidens, & timor irruit super eum.*

Gene. 18.

Quinq; ex sterilitate nati.

Gene. 21.

Gene. 25.

Iudic. 13.

1. Reg. 1.

Sacerdotio fungebatur Zacharias, quia sacerdotium ueteris testamenti erat, neq; usq; in finem seculi duraturum ante finem debitũ post seculũ accepturum. Hoc tñ erat bonũ disponens ad melius quod secũdum ordinẽ agebatur. Quẽadmodum baptismus Ioãnis ad meliorẽ Christi baptismum disponebat. At primo considerãdum est, q̃ Dauid uolẽs ampliare cultum domus dñi, post Moysen q unicũ instituit summum sacerdotẽ de uigintiquatuor familijs q̃ descenderat ab Aaron instituit uigintiquatuor sacerdotes, super quos erat unus maximus & summus oium, q princeps sacerdotum appellabat. Instituit pinde ut uicissim ministrarent p hebdomodam, a sabbato usq; ad sabbatum tpe uicis suæ castimonię studerent, nec interim in domũ propriam intrarent, sed in domũculis circa tẽplum cõstitutis. Secũdum quoq; sortes dedit unicuiq; uicis suę hebdomadam. Octaua aũt sors cecidit sup Abiam, de quo descendit iste Zacharias pariter de tribu leuitarum uigintiquatuor leuite erãt qui eodẽ modo sortiti iuxta morẽ sacerdotis octenis diebus ministrarent. Zacharias aũt cum in ordine uicis suæ sacerdotio fungeret secundum exigẽtiam sortis suę octauæ, exijt de domo, ubi se sacerdotalibus uestibus induit ut incensum poneret ingressus in tẽplum dñi decima die mẽsis septimi. i. septembris. Interim uero ppl's foris orabat extra tẽplum, quia nõ licebat ppl'o ingredi templum dñi, sed tm̃ in atrio orabãt. Ex quibus manifeste cõstat Zachariã fuisse sacerdotem simplicẽ non summũ, quia hic dicitur q ingressus fuit templũ ad ponendum incensum tm̃. id aũt licitum erat minoribus sacerdotibus, sicut apostolus testať. In primo qdem tabernaculo quotidie intrabant sacerdotes sacrificiorũ ministeria consu- *Zacharias simplex erat sacerdos.*

mâtes, quia peracto sacrificio in altari holocaustorum quod erat in atrio ubi ministrabāt sacerdotes minores. Sacerdos qui ibi administrauerat, prunas de altari holocaustoꝝ accipiebat, & intrans primā partem templi q̄ uocatur sancta concremabat in illa sup altare incensi thimiama, & tūc erat sacrificiū consumatū. Id aūt fiebat omni die. In hoc.n. erat cōsumatio sacrificij, quia sacrificia ueteris legis nō erāt accepta nisi ex fide & offerentium deuotione. Deuotio aūt per thurificationem designabat̃. Itaq̃ in hoc, sacrificium cōsumabat̃. Solum igit̃ ad ponendum incēsum ingressus est Zacharias. Et ecce angelus dñi apparuit ei stans a dextris altaris incensi. Et signanter dicit euangelista, a dextris apparuit altaris incensi, qm̄ omnia erāt in meliora mutāda. & a dextris ponendi erāt omnes credētes ea q̄ ipse nunciaturus aduenerat. Dextra.n. potiorem ptem designat. Stabat siqdem a dextris non discurrebat: qm̄ futuꝝ sacerdotium nō erat amplius mutādum. Et stabilitas firma donāda erat his q de leua in dexteram uocabuntur. Sed Zacharias ex repentina uisione turbatur, qm̄ turbandū erat sacerdotium & oē ministerium iudæoꝝ, illucescente Christifera ueritate. Turbatur nanq̃ & timor irruit sup eum, præsagium futurorum, qm̄ oēs terruit & sup oēm orbem timor magnus incubuit, qñ magni consilij angelus apparuit. Timuit etiam pp altioris & potentioris naturę aspectum. At bonus angelus a malo discernitur, qa malus horrorem cōtinuat q nulla melius ratione q̄ fide intrepida superat̃. Bonus aūt statim lætificat. Sua.n. interest cōfortare pauentes. Sed cōtraria est oino aduersorum cōditio. Deinde sequit̃, ipsius angeli altissima promissio. *Ait autem ad illum angelus. Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est oratio tua. Et*

Sola fide sacrificia vete. legis erāt accepta.

Zach. cur turbatur.

Angelus bonus in quo differt a malo.

uxor tua Elisabeth pariet tibi filium, & uocabis nomen eius Ioannem: & erit gaudium tibi & exultatio, & multi in eius natiuitate gaudebunt. Erit enim magnus coram domino, & uinum & siceram non bibet. Et Spiritusancto replebitur adhuc ex utero matris suæ, & multos filiorum Israel conuertet ad dominum deum ipsorum. Et ipse præcedet ante illum in spiritu & uirtute Heliæ: ut conuertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iustorum: parare domino plebem perfectam. Angelus Gabriel nasciturum Ioannem baptistam singularibus priuilegijs plurimum extollit & cõmēdat, quibus conceptio & natiuitas ipsius, conceptioni & Christi natiuitati pulcherrime assimilatur. Primo, ait angelus ad Zachariam. Ne timeas Zacharia: expellere timorem, quia ad consolādum ueni. Est.n.exaudita deprecatio tua. Orabat nanq; non pro sobole quam hēc amplius non sperabat, pręsertim cum de sua suæq; uxoris ætate diffideret. Orabat autem ꝓ ppl'i peccatis ac ipsius redēptione & aduentu messiæ. At quia salus populi per xp̄m futura erat, nunciauit ei filium nasciturū, qui pniam & fidem prædicando plebem saluatori ꝑpararet. Ac igitur de eã dixit. Ne timeas Zacharia. Sic angelus ad Mariam, inquit. Ne timeas Maria inuenisti enī gratiam apud Deum. Secundo, subdit angelus. Et uxor tua Elisabeth, pariet tibi filium.i.ex te, uel ad utilitatem tuam et alioꝶ. Ita Gabriel ad Mariā. Ecce concipies in utero, & paries filium. Tertio, uocabis nomē eius Ioānem ad maiorem certitudinem, infantis nomē ꝑdixit. Sic angelus ad Mariam. Vocabis nomē eius Iesum. Pro quo summope considerādum est, ꝙ ꝓnunciata legimus nomina in ueteri testō bonoꝶ & maloꝶ. Bonorum tria: quoꝶ primus fuit Isaac, dicente dño ad Abram. Sara uxor tua pariet tibi filium, uocabisq́; nomen eius

Prima similitudo Ioannis ad Christum.

2. cõpatio.

3. cõpatio.

Gene. 17.

Isaac. Secundus Iosias, de quo pphetã dñi ad Ieroboam. Ecce filius nascetur domui Dauid, Iosias noie. Tertium fuisse plurimi asserũt Samsonem, de
Iudic. 13. quo diffuse scribitur in libris Iudicum. Maloꝝ similiter tria, inter quos primus est Ismael, iuxta illud angeli dicentis ad Agar ancillã Sarai. Ecce concepisti & paries filiũ, uocabisq́ nomẽ eius Ismael.
Gene. 16. Secundus Agag ex Amalech, quẽadmodũ prædixerat Balaam. Tolletur pp Agag rex eius & aufe-
Num. 24. retur regnũ illius, quem interfecit Samuel. Tertius dictus est Cyrus rex Persaꝝ, iuxta uaticinium Isaiæ
Isaiæ 45. dicentis. Hęc dicit dñs Christo meo Cyro, cuius apprehendi dexterã ut subijciam ante faciem eius gentes, & dorsa regum uertã. Hæc aũt bonorum et maloꝝ noia ante pdixerat dñs, quæ sunt sacra nobis occulta. In nouo aũt testõ, duorum tm̃ nomina legimus pnunciata: Ioannis. s. pcursoris, & Christi saluatoris. Quoties. n. hoibus bonis a Deo nomen imponitur uel mutať, singularis meriti est indiciũ.
Priuilegia Ioannis. Vt de Ioanne constat, dicente dño. Inter natos mulieꝝ non surrexit maior Ioanne baptista. Cuius priuilegia q̃ plurima singularia leguntur. Videlicet, angelica nunciatio, nóis expressio, ipsius sanctificatio in utero matris, Christi exultatio, Christi pnunciatio, & alia.
4. cõpatio. Quarto, dixit angelus. Et erit tibi gaudium & exultatio, tam interius q̃ exterius: iuxta illud sapientis. Exultet gaudio pater iusti, & qui ge-
Prou. 23. nuit sapientem, lætabiť in eo. Et multi in natiuitate eius gaudebunt, Videlicet uicini & cognati, & oẽs electi. Sic dixit angelus ad Mariam, ut eam lætificaret. Spiritussanctus supueniet in te, & uirtus altis-
5. cõpatio. simi obumbrabit tibi. Quinto, subinfert Gabriel.
Ioann. quõ magnus. Erit. n. magnus coram dño. Magnus inq̃ non coram se, uel hoibus: magnus quippe in altitudine cõ

uersationis: magnus in profunditate humilitatis: magnus in latitudine charitatis: magnus in longitudine finalis pseuerantiæ. Ad quas magnitudines assequendas, nos hortat apl's. Vt positis, inquit, cõprehendere cum oibus sanctis q̃ sit latitudo & longitudo, sublimitas & pfundum. Sic ille idẽ ad Mariam. Hic erit magnus, & filius altissimi uocabitur. *Ephe.3.*

Sexto & Spũsancto replebitur adhuc ex utero matris suæ. De quo Isaias: Dñs ab utero uocauit me, de uentre matris meę recordatus est nois mei. Ita angelus ad Mariam. Ideoq; & quod nascet ex te sanctum, uocabitur filius dei. *6. cõpatio.* *Isa. 49.*

Septimo, & multos filiorũ Israel conuertet ad dñm deum ipsorũ. s. simplices, ac cæteros nõ ponẽtes obicem Spũsancto. Ita angelus dixit Mariæ. Dabit illi dñs deus sedem Dauid pr̃is eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. *7. cõpatio.*

Tandẽ angelus concludens ait. Et ipse p̃cedet ante illum in spũ & uirtute Heliæ. Pręcedet inquã in uirtute iustitiæ, quia uterq; zelator fuit iustitię, iuxta illud sapiẽtis: Surrexit Helias quasi ignis, & uerbum eius quasi facula ardebat. Præcedet in spũ, gratia pphetã di, uel officij. dicente dño, de Ioãne. Ipse est Helias. Non in persona, sed in officio, in spiritu & uirtute. Et ita sißes fuerunt, qa in deserto est Helias, & in deserto Ioães. Ille Achab regis gratiam nõ quęsiuit, hic spreuit Herodis imperium. Ille Iordanẽ diuisit: hic ad lauacrum salutare cõuertit. Ille prioris, hic sequentis dñici p̃cursor aduentus. Inde subdit. Vt cõuertat corda patrũ in filios. s. quantũ ad scripturarum eandem intelligentiã. Tunc. n. corda patrũ in filios cõuertit, cum spũalem sanctorũ antiquorum scientiam pp̃lis p̃dicando infudit. Et incredulos ad prudentiam iustorũ, quo ad fidei obediẽtiam, para *Eccli. 48.* *Similitudo inter Hel. et Io.*

re dño plebem pfectam.s.quo ad noui testamenti gratiam suscipiendam p baptismatis assuefactionẽ & pniæ prædicationem. *Et dixit Zacharias ad angelũ. Vnde hoc sciam ? Ego.n. sum senex, & uxor mea processit in diebus suis. Et respondens angelus dixit ei, Ego sum Gabriel qui asto ante deum, & missus sum loqui ad te, & hec tibi euangelizare. Et ecce eris tacens, & non poteris loqui usque in diem quo hec fiant pro eo quòd non credidisti uerbis meis, quæ implebuntur in tempore suo.* Superius pmiserat angelus Zachariæ filium nasciturum, multa adiũgens in ipsius cõmendationem. Zacharias aũt considerans se impotentem ad generandũ, & uxorem suam ad concipiendum, dubitauit de huius pmissionis impletione, ideo dixit. Vnde hoc sciam ? quasi dicat, da mihi signum, ut tibi credam. Et non sine causa q̃rit signum, pp.n. altitudinem pmissionis dubitat, signum quęrens quo credere debeat, licet sola uisio angeli & allocutio p signo sufficere debuisset. Dubitauit ergo non de angelo, utrum esset bonus uel malus, sed de promisso. Mos.n. erat iudæorum signa quærere, iuxta illud apostoli. Iudæi signa petunt. Et dñs in euangelio. Nisi signa & prodigia uideritis, non creditis. Causam aũt dubietatis, Zacharias assignat dicens. Ego.n. sum senex, & non aptus ad generãdum, & uxor mea processit.i. procul cessit in diebus suis. Angelus uero confirmans promissionem suam subdit. Ego sum Gabriel q interpretatur fortitudo dei. Dei inquam cui nihil est impossibile. Itaq; mihi ut eius nũcio credere debes. Qui asto ante deum, & ideo mentiri non possum. Astat nanq; angelus Deo, & ministrat ei, teste Daniele. Milia milium ministrabant ei; & decies centena milia assistebant ei. Et siqs dicat, idem angelus cum non possit esse simul & semel in eodem lo-

Cur dubitat Zach.

1.Cor.1.

Ioan.10.

Dani.7.

co,quo poterit esse Gabriel ante Zachariam & simul ante Deum? Respondet Gregorius,quod angeli ad nos ueniunt ut exterius impleant ministerium: ante Deum tamen per contemplationem & fruitionem semper assistunt. Ministrant igitur eius uoluntatem nobis annunciando,assistunt autem eum sedulo contemplando,dicente domino in euangelio. Angeli eorum semper uident faciem patris mei qui in cœlis est. Angelus.n.est nomen officij,non naturę: ideo dixit. Et missus sum loqui ad te,non terribilia,nec incredibilia,sed bona & consolatoria, & hæc tibi euangelizare.i. bona nunciare,quæ credere contemnis. Quamobrem incredulitatis pœna subsequitur. Et ecce eris tacens,quo ad usum loquendi, & non poteris loqui,quantum ad facultatem loquendi.quasi uelit dicere. Nec loqueris, nec loqui poteris,etiam si loqui uelles: iuxta illud Ezechielis. Linguam tuam faciam adhęrere palato tuo. Usque in diem natiuitatis, uel circuncisionis eius, quo facta est impositio nominis eius. Inde angelus subdit pœnæ taciturnitatis causam. Pro eo quod non credidisti uerbis meis quæ implebuntur: quia uerbum domini non reuertitur uacuum. Implebuntur inquam tempore suo,quia omnia tempus habent. &c. Et si quispiam dicat, Cur Zacharias patitur silentij pœnam eo quod non credidit? cum dicat Ioannes,nolite omni spiritui credere, sed probate si spiritus ex deo sunt. Ergo non tenebatur credere donec probaret. Pręterea, Gedeon sine omni pœna petijt signum & habuit. Dicit etiam apostolus. Quod angelus Satanæ quandoque transfigurat se in angelum lucis. Ideo: Ad hanc difficultatem rndendum est,quod multa cōcurrebant hic,propter quæ Zacharias credere tenebatur. Scilicet propter illum qui nunciauit, quia angelus erat,non homo. Et propter officium in quo apparuit,quia dum sacerdotio fungeretur. In tali.n. officio, nunquam diabolus apparuisse legitur,

Angelus quo est simul in pluribus locis

Matth. 18.

Ezech. 3.

Esa. 55.

Eccl. 3.

1. Ioan. 4.

Iudic 6.

2. Cor. 11.

nec in nouo, nec in ueteri testō. Tum pp tempus, qa in die expiationis & hora incensi apparuit. Tū pp locum, quia in templo iuxta altare stās ēt a dextris. Tum pp habitum, quia terribilis & mitis astabat.
Iudic. 13. Sic.n. ut legitur in libris Iudicum, dixit uxor Manue. Vir uenit ad me hńs uultum angelicum terribilis nimis. Tantis igitur confluentibus signis (ut inquit Ambrosius) non immerito de diffidentia plectitur silētij pœnas. Sed ulterius cōsiderādum est q non sine magno mysterio Zacharias taciturnitatis signum accepit. Tunc.n. uenerat angelus omnibus pphetis silentium ponere, ac oīum pphetarū claudere ora. Hac igitur de cā siluit Zacharias. Non.n. dicet amplius Abrahæ dñs, in semine tuo benedicētur oēs gentes, nec dicet amplius Iacob, non auferetur sceptrum de iuda. nec dñs Moysi, pphetam suscitabo de medio fratrum tuorū. &c. Nec Dauidi: cum dormieris cum patribus tuis. &c. Non clamabit amplius Isaias, Emitte agnum dñe dominatorē terræ. Item: Rorate cœli desuper, & nubes pluant iustum. Item: Ecce uirgo concipiet & pariet filium. Hieremias quoq; nō dicet: Nouum faciet dñs sup terram. Et sic de alijs. Qm̄ prophetæ oēs teste saluatore, pphetauerunt usq; ad Ioannem. Quare a tempore illo de Christo uēturo clausa sunt ora pphetarum. Et ita ppulchre concluditur rō cur angelus imposuit silentium Zacharię. Nā lucifer miseris mortalibus almam inceperat extollere lucem, ortum solis annuncians.

Silentium Zachariæ signat mysterium.

De bono silentio & taciturnitate.

Loquitur Deus, loquitur hō. Tacet Deus, tacet hō: sed diuersimode. Deus.n. tacet, quia ad modū tacentis se solet habere. Id aūt tribus modis. s. peccata sufferendo: supplicia non inferendo: præmia

Deus tacet tribus modis.

differẽdo. Primo, Deus tacet qñ fiunt peccata, nec ipsa fieri impedit, cum hoc possit: pro eo ꝙ de malis semper scit elicere bona. Et ideo peccatorẽ suam taciturnam patientiã contemnentẽ, ita alloquitur. Cogitasti in corde tuo, quia ego tacẽs, & quasi nõ uidens, & mei oblita es. Secundo, Deus tacere dicitur, quia patientia sua supplicia non infert: nec statim punit peccata. Quinimo dissimulat peccata hominum ꝑpter pñiam. Veruntamẽ, sicut sagitta quãto plus arcu trahitur tanto dimissa currere fortius debachatur. Sic patientia Dei quanto magis retrahitur a percutiendo, & quanto magis Deus tacere uidetur pœnam pro criminibus non inferendo (nisi emendati fuerimus) acrius nos puniet finaliter damnando. Quẽadmodum ꝑ Esaiam testatur. Tacui semper, silui, patiens fui, modo quasi parturiens loquar. Dissipabo, & absorbebo simul. Tertio, Deus tacere dicitur, quia iustoꝝ præmia differt. Orabat nanqꝫ dauid dicens. Deus laudẽ meam ne tacueris. Et alibi. Ne taceas neqꝫ cõpescaris deus. s. benefaciendo nobis. Talem aũt taciturnitatem ꝑmittit se Deus per Esaiam non cõmissurum. Propter sion non tacebo. &c. Tacet insuper homo, qm̃ tacere loco & tempore laudabile est, pluribus de causis. Primo, ad uitandum culpã loquacitatis, teste sapiente qui ait. In multiloquio peccatũ non deerit. Et alio in loco. Est tacens qui inuenitur sapiens, & est odibilis qui procax est ad loquendũ. Et qui multis utitur uerbis, lædit aĩam suam. Homo. n. sapiens tacebit usque ad tp̃s. Bona est. n. taciturnitas & silentium ineptæqꝫ locutionis carentia, qa in natura cõmendatur, & in scriptura laudatur. Apes nanqꝫ nobis præbent exemplũ silentij, formamqꝫ tacẽdi. In sero quippe una ipsaꝝ facto aliquo sono uel si-

Esa. 57. *Pulchra similitudo.* *Esa. 42.* *Esa. 62.* *Tacere, quõ laudabile est.* *Prou. 10.* *Eccl. 20.*

Apes nos docent silentium. gno, alias ad silentium inuitat. Quo tpe silentium quælibet rite seruat, quousq; eadem excitãte de mane (teste Ambrosio & Plinio) exeat & exurgat. Cuius quidem natura nos admonet, & præcipue religiosos, ut ad sonitum plati, silentium seruemus: iuxta illud Esaiæ. Tacete, qui habitatis in insula. Secũdo, ad uacandum studio cõtemplationis. Sedere.n. quietem a motu designat. Cum ergo uana locutio mentis quietem impediat, sequit̃ ut taciturnitas studium cõtemplationis coadiuuet, dicẽte Hieremia. Sedebit solitarius & tacebit, qa leuabit se supra se. Ita Daniel cœpit intra semetipsum tacitus cõsiderare. Tertio, ad acqrendam notitiã ueritatis, sicut sapiens testatur. Audi tacens, simul & q̃rens, & p reuerentia accedet tibi bona gratia. Iob quoq; dicebat. Docete me, & ego tacebo. Scolaris igitur audiens lectionem ut in uiã possit euadere doctum, tacere tenetur. Quarto, ad obtinẽdum laudis honorem, iusta illud ecclesiastici. Susurro coinquinabit aĩam suam, & ab omnibus odietur. Et q permanserit, odiosus erit. Tacitus aũt & sensatus, honorabitur. Sic Magdalena tacens ad q̃relam sororis suæ Marthæ, & discipulorũ murmur effusi unguenti iacturam calũniantium laudat̃ a dño. Frænum nãq; in ore equi ponimus ut facilius eũ regere ualeamus. Ore.n. regulato & frænato cætera mẽbra faciliter reguntur. Quinto, ad ostendẽdum sapiæ habitũ & discretionis, sicut Iob testatur. Vtinam taceretis, ut putaremini sapientes. Et Salomon: Stultus si tacuerit, sapiens reputabitur. Item: Diuus locutus est, & omnes tacuerunt. Deinde sequitur. *Et erat plebs expectans Zachariam, & mirabantur quòd tardaret ipse in tẽplo. Egressus autem non poterat loqui ad illos. Et cognouerunt quòd uisionem uidisset in templo. Et ipse erat innuens illis, & permãsit multus.*

Marginal references: Esaiæ 23. — Treno. 3. — Dan. 4. — Eccl. 32. — Iob 6. — Eccl. 21. — Iob 13. — Prouer. 17. — Eccl. 13.

fit mutus. Et factum est ut impleti sunt dies officij eius, abijt in domum suam. Post hos autem dies concepit Elisabeth uxor eius, et occultabat se mensibus quinque dicens. Quia sic fecit mihi domi nus, in diebus quibus respexit auferre opprobrium meum inter homines. Et erat plebs foris.s.in oratione expectās
Zachariam, ut forte bñdiceret eis: Sicut Salomon 3. Reg. 8.
in dedicatione templi, nō dimisit multitudinē sine
bñdictione. Hinc præcipitur sacerdotibus, ut bene Acto. 1.
dicant ppl'o, ut nunc in fine missæ uel concionis: iō
Christus eleuatis manibus, ferebāt in cœlis & be-
nedixit eis, & mirabātur ꝙ ipse tardaret in templo:
quia peracto officio sacerdotij redire debebat. E-
gressus aūt non poterat loqui ad illos: quēadmo-
dum Moyses quādo locutus est cum dño. Et licet Exod. 4.
non totaliter mutus, impeditioris tñ linguæ effect⁹
est. Et cognouerūt.s.ex pœna silentij ei inflicta, ꝙ
uisionem uidisset in templo. Et ipse erat innuens il-
lis.s.signis uisibilibus, quia uerbis uti non poterat.
Et permāsit mutus usq; in diem natiuitatis Ioānis.
In quo innuitur ꝙ post reuelationē seu Dei uisionē
debet hō tacere quasi mutus, nec se iactare tanquā
elatus, sicut dicit Esaias. Qui multa uides, nōne cu- Esa. 42.
stodies ¿id est celabis. Vt uirgo Maria quæ cōser-
uabat oia uerba hæc cōferens in corde suo. Et si qs-
piam dicat, non fuit aptum os Zachariæ nisi usque
ad diem octauum in quo uenerunt circūcidere pue
rum. Qūo ergo dicitur, ꝙ Zacharias mansit mut⁹
usq; in diem natiuitatis ei⁹ ¿ Dicendū est ꝙ triplex
est natiuitas. Alia.s.peccati, qñ anima īformat cor-
pus in utero matris. Alia naturę, cum mulier parit
filium. Alia gratiæ, cum pueri hebræorum circuncide Triplex
bantur, & nunc baptizanť fidelium filij. In qua hō natiuitas.
spūaliter nascit, & de hac loqmur in pñti. Et factū
est ut impleti sunt dies officij eius, abijt in domum

suam. Durante.n.eius officio nõ licebat ad propriã domum ei reuerti, neq͂ ad uxorem suam accedere, quẽadmodum nec alĳs sacerdotibus tpe officĳ sui: ut ante dictũ est. Post hos aũt dies.s.officĳ Zachariæ concepit Elisabeth uxor eius, uerificato angelico oraculo, & diuino miraculo. Et hæc gesta sunt (teste Chrysostomo) mense Septembri, octaua calendas Octobris, Luna undecima, qñ celebrabat̃ ieiunium scenophegiæ in æqnoctio autumnali qñ incipiunt decrescere dies, quia ille concipiebat̃ qui dixit. Illum oportet crescere, me aũt minui. Inde subdit. Et occultabat se mẽsibus quinq͂ occultabat se, quia partus sui erubescebat ætatem, ut ingt Ambrosius, ne in senectute libidini uacasse uideatur, q̃ in iuuentute nisi causa sobolis exerceri non debet. Sic erubescebat illa Sara dicens. Postquam senui & dñs meus uetulus est, operam uoluptati dabo? Occultabat se itaq͂ dicens, Deo scilicet gratias agendo, uel sibi ipsi cõgratulãdo, quia sic fecit mihi dñs dando ꝓlem in tam senili ætate. In diebus quibus respexit auferre opprobriũ meũ inter hoĩes. Et signãter dicit ĩter hoĩes, qa sterilitas antiqtus erat ĩ opprobrium apud hoĩes, sed non semp apud Deũ: iuxta illud sapientis. Felix sterilis & incoinquinata quæ nescit thoꝛ in delicto. Habebit fructũ in respectione animaꝝ sanctaꝝ. &c.

Nota chrysostomi dictum.

Sapien. 3.

De angelica salutatione, in qua uerbum caro factum est. Cap. III.

I*N mense sexto, missus est angelus Gabriel a deo in ciuitatem Galilææ cui nomen Nazareth, ad uirginem desponsatam uiro cui nomen erat Ioseph de domo Dauid, & nomen uirginis Maria.* In hac angelica salutatione per quam uerbum, na

turā humanam assumpsit: quinqȝ pręcipue sunt cōsideratione digna, Videlicet, tps: Nuncius: Dominus: Locus: & persona ad quā mittitur. Primo dicitur mense sexto: pro quo animaduertendū est, ꝙ numerus senarius nō caret mysterijs, & admirabilibus sacris. Nam xps conceptus est sexta ætate, p quem debebant omnia pfici. Igitur numerus senarius pfectus est. Sexta cliade. i. milenario qui est limes omnium numeroꝝ. Ita xps limes est & finis omnium entium. Sexto mense. s. a cōceptione Ioannis qa illo mense factus est mūdus, qui p ipsum resici debebat, sicut per ipsum factus fuerat. Sexto die in quo creatus est homo, q per ipsum recreari debebat iā pditus. Sexto die sub cœlo prima lętitia orta est, quia exultauit rōnalis creatura cum dño, agnoscens dñm. Sexto die, nuditas laudabilis mutauit spēm, quæsierunt se abscōdere delinquentes. Sexto die sunt requisiti ad uesperā & celebrata exilia laboriosa, & lignū custoditur. Sexto die post rebellionem ad deū, illico & caro aduersus aiam rebellauit. Sexto die, imago creatoris sumpsit ex lapsu similitudinem pecoris. Sexto die inhiabit infernus, & tristitia cū spiritibus malis facta sunt federa, qa diuina sunt facta, & homo, diaboli factus est seru⁹. Decuit igitur ut eadem ætate, eodē milenario, eodē mense, eodem die, & forte eadē hora qua Eua seducta fuit p diabolum: Maria edocta fuerit p angelū. Secundo, dicit: Missus est angelus Gabriel, q Dei fortitudo interpretatur, ut Dei uirtutē, & Dei sapiētiam carnem suscipe nunciaret. In qua humilis apparens aereas ptātes debellaret. Itaqȝ de ordine archangeloꝝ merito esse debuit, qa magna nūciauit. Tertio, dicitur a Deo. i. a tota trinitate, quæ est unus Deus. Pater qdem misit, cui incūbebat proui

De numero senario.

De archangelo Gab.

De domio mittente. dentia de filio, de sponsa, & de genitrice. Filius uero misit, quia uenturus erat in uirginē. Spūssanctus etiam misit, q̄ supueniens obūbrauit eam. Quarto, dicitur in ciuitatem Galilęæ, q̄ interpretatur trans-
De loco. migratio. Quia.s. transiturus erat de incredulitate
Duplex Galilæa. iudæorū, ad fidem gētium. Est aūt duplex Galilęa, una gentilium cōiuncta Tyris, quā Salomon dedit regi Yram, & de illa nō loqmur. Alia est iudæorū, quæ est supra mare Galilęæ, de qua est hic sermo.
Nazareth flos interpretatur. Cui nomē Nazareth, quod interpretaē flos. Conueniens.n. fuit, ut xp̄s flos cōciperetur in flore.i. in Nazareth. Et de flore.i. de beata uirgine. Et cum floribus, hoc est tp̄e florū, ut accipiamus florem de flo-
Iesus, flos dicitur. re, in flore, inter flores. Diciē aūt flos Iesus pp̄ sanctæ cōuersationis pulchritudinē, & decorē. Ob bone opinionis suauitatē & odorem, pp̄ passionis fructum, & cōuersationis fidelium utilitatem. Iste flos floruit in cōceptione, appuit ī natiuitate, emarcuit in passione, & tandem refloruit in resurrectione. Quinto, diciē ad uirginē. Missus est inq̄ ad uirginē, non ad quālibet: sed uirginē mente, uirginē corpore, uirginem p̄fessione, ad uirginem æternaliter electam. Decuit pinde, ut xp̄s de uirgine cōciperetur: ut q in cœlis p̄rem hēt sine matre: in terris hr̄et matrem sine p̄re. Tum ēt, ut sicut primus Adam de ter
Christus, cur de uirgine nasci noluit. ra uirgine factus fuerat, ita secūdus Adam, de uirgine hō fieret. Tum perinde, ut figuraret membra sua mystica de uirgine eccl'ia secūdum spūm nascitura, ideo decuit caput de uirgine nasci. Tum deniq;, ut quēadmodum p Euam uirginem facta fuit humani gn̄is pditio: ita p Mariam uirginē fieret eiusdem reparatio. Despōsatam uiro. Cur aūt de desponsata concipi & nasci uoluit, loco suo plenius dicemus. Cui nomē erat Ioseph, qui interpretaē accrescens.s.

per uirtutum augmentū. Pro quo ēt considerādum est ꝙ quatuor famosos Ioseph legimus in scripturis. Primus fuit filius Iacob, in quo notaē prudētia, quia somnia Pharaonis prudenter exposuit. Secundus Ioseph uir Marię, in quo notaē temperantia, quia simul cū illa uirginitatem uouerat. Tertius Ioseph ab Arimathia, in quo notaē fortitudo, quia audacter introiuit ad Pilatum, & petijt corpus Iesu. Quartus Ioseph, iustus: in quo signatur iustitia: unū & iustus appellabaē. Addiē aūt de domo Dauid, ad ōndendum ꝙ xp̄s descēdit de regio semine Dauid: sicut fuerat ꝑ prophetas p̄dictum. Licet. n. Ioseph nō fuerit pr̄ saluatoris, nihilominus uirgo Maria de qua xp̄s carnē assumpsit fuit de eadem tribu cū Ioseph. s. Dauid. Deinde euāgelista explicat ipsius uirginis nomē dicens. Et nomē uirginis, Maria. Et merito, quia hoc uenerabile nomē, hebraice stella maris īterpretaē. Nam illa stella q̄ uulgari sermone dicitur tramōtana, in multis assimilatur uirgini. Primo, quantū ad substātiam, qa stella illa cœlestis est de īcorruptibili materia, pura & simplicissima. Sic uirgo Maria fuit cœlestis cōuersatione, & īcorrupta mente & corpore, & maxime puritatis.

Quatuor Ioseph famosi.

Secundo, quantū ad qualitatē stella illa est superior, quia in supremo poli. Clarior alijs, & utilior, qa ducit nauigantes ad portū. Sic beata Maria est supior oībus sanctis pariter & angelis, Deo ꝓpinquior, clarior sanctitate, et uirginitate semp rutilās, semp in fide clara. Nam oēs alię stellę p̄ter istā tendunt ad occasum. Ita oēs apl̄i in mare ceciderunt, admittentes lumē fidei diuinitatis xp̄i. Ipsa tn̄ nunquā amisit fidē. Est ēt oībus alijs utilior, qa in tribulationibus huius tēpestuosi maris oēs currunt ad illam. Tertio, quantū ad quātitatem, stella maris

Stella maris quō assimilatur uirgini.

est minima in apparentia nobis, sed maxima in se ipsa. Sic beata Maria maxima in sanctitate, & minima in sui mente pp humilitatē. Quarto, quantū ad statum: status illius stelle est quasi sine motu q̄ est uicina polo, & nunquā tendit ad occasum sicut aliæ stellæ; sic beata Maria est sine motu peccati uenialis nec mortalis, nec tendit ad occasum pp peccatum originale, sicut alij hoies. Quinto, quantū ad effectum, stella illa attrahit ferrū ad calamitam, & suā luce nautas dirigit, sic beata Maria attrahit pctōres ad cœlum p pniam quā eis pcurat, & naufragantes in pelago huius mūdi dirigit ad portum salutis. Vnde eccl̃ia canit. Ad te clamamus: ad te suspiramus. Sexto, quantū ad situm: Dicit Xastenes φ est una stella q̄ uocatur polus p quem uoluitur mūdus: sic beata Maria est in qua mūdus infinitus & æternus reuolutus est, ut Deus fieret homo, & homo Deus. *Et ingressus angelus ad eam dixit. Aue gratia plena, dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Quæ cum audisset turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista salutatio.* Et ingressus angelus forte media nocte iuxta sapientis uaticinium. Dum mediū silē-
Sap. 18. tium tenerent oia, & nox in suæ cursu medium iter haberet, oīpotens sermo tuus a regalibus sedib9 uenit. id est naturā humanā assumpsit. Ingressus igitur angelus ad eam. s. Mariā in deuotissimis contēplationibus & orōnibus eleuatam, sup salute gn̄is humani, quæ r. s. p uirginē debebat saluari. Rōnabile .n. uidet ut si corpaliter sibi uoluit uniri uerbū æternum, tunc ipsa spūaliter sibi fuerit unita in contemplationis actu. Ingressus itaq; angelus ad uirginē in thalamo & cōclaui domunculæ suæ manentē, & in humana specie apparens, quasi ex ēplo docuit quia deum incarnari & spūm cooperari uenerat nūcia-

re. Et qa illũ nunciauit qui in se inuisibilis, corpus ui sibile uoluit ex uirgine sumere, cõgrue debuit in forma hois apparere. Formauit aũt angelus sibi corpus lucidũ, facie rutilans, & ueste corruscãs, & sic uirginem salutauit. Pro qua considerandũ est, ꝙ q̃tuor fuerũt mala ex pctõ primoꝝ parentũ hoibus collata. Primũ mors corpis, cum dicitur. puluis es, & in puluerẽ reuerteris. Secundũ, priuatio gratiæ, cum se nouerunt esse nudos. Tertium, exilium perpetuum, qñ fuerunt expulsi a paradiso. Quartũ, maledictio, respectu corpis ærumnaꝝ, cum dicit. Multiplicabo ærumnas tuas. Differũt igitur plurimum ualde, ea q̃ nunciauit angelus malus primis parẽtibus, ab his q̃ nunciauit angelus bonus uirgini sacratissimæ. Primo, serpens sub spẽ boni nũciat mortem corpis & animæ, cũ dixit. Cur præcepit uobis deus ne comederetis ex oi ligno paradisi? Deinde subdit. Nequaq̃ morte moriemini, utens æquiuocationibus more odibilium sophistaꝝ. Econtrario uero, angelus bonus nũciauit, uitam & salutem, cũ dixit. Aue. i. salue: & salus sit tibi & toti humano gñi. Salus. n. idem est ꝙ uita integra sine defectu, contra oẽm morbũ & mortẽ. Nunciando igit salutem & uitam, annũciat a duplici morte liberationem. Nam hæc dictio Aue, salutem importat.

Quatuor mala ex pctõ primorũ parẽtum.

Secundo, angelus malus nũciat iram & ĩdignationem Dei, suadens primæ mulieri ut magis sibi credat q̃ Deo, q dixerat. Quacunq; hora comederitis, morte moriemini. Sed uice uersa angelus bonus annunciat grãm, cũ dixit. Gratia plena. Gratia . n. est donũ dei, fauor Dei, acceptatio Dei, qua prę destinati sumus, qua electi, qua iustificati, qua oib. bonis gaudemus. Hanc igit gratiam, & maiorem quam habuerint cæteri hoies, habuit uirgo Maria;

Quõ uirgo Maria est plena gratia.

ideo dicitur, gratia plena. Et licet xp̄s fuerit plenus gratia, sic uirgo Maria, pariter et Stephan⁹, de quo scribit. Stephanus plenus grā & fortitudine. Diuersimode tn̄ dicit̄ hæc plenitudo grāæ. Solemus .n. dicere aliquam domū plenam esse diuitijs, tū primo, quia diuitiæ nō desunt. Tum secūdo, quia supabundant. Tum tertio, qa plures diuitias cape non pōt.

Similitudo de plenitudine gratiæ. Sic Stephanus erat plenus gratia, q̄ qa illa nō defuit ei, ullo tpe. Sed uirgo Maria fuit plena grā, quia illa supabundauit. Christus aūt, quia maiorē capere nō poterat. Nam de eius plenitudine oēs accepimus, *Ioan. 1.* teste Ioanne: qui & alibi ait. Non .n. ad mensurā dat deus spm̄ suum .s. Christo. Tertio, angelus mal⁹ attulit perpetuū exilium a facie dn̄i, persuadēdo inobedientiam Dei. Econtrario aūt angelus bonus annunciat grām & recōciliationem, & ex consequenti reuocationē ab exilio cū subdit. Dn̄s tecum. Pro quo etiam cōsiderandū est ꝙ plures inueniunt̄ in scripturis uiri sanctissimi, q̄bus dictum fuit, dn̄s *Gen. 26.* tecum. Primus Isaac, cui dn̄s. Noli timere, quia ego tecum sum. In uirtute cuius, magnus effectus est. Se*Exo. 18.* cūdus Moyses ad quem dn̄s Audi uerba mea, atq; consilia mea, & erit dn̄s tecum. In cuius uirtute tot *Iosue 1.* signa opatus est in Aegypto: Et dux ppl̄i dei fact⁹ est. Tertius Iosue, cui dixit dn̄s. Sicut fui cū Moyse, ita ero tecum. Propter quod firmauit solē, acq̄siuit terram pmissionis. Quartus, Gedeon quē salutauit angelus dicēs. Dn̄s tecum, uiroꝝ fortissime. Virtu*Iud. 6.* te cuius superauit Madianitas. Quintus Dauid: cui *2. Reg. 7.* dixit Nathan. Oē quod est in corde tuo fac, qa dn̄s tecum est. Quāobrē, rex, ppheta, & gratissim⁹ Deo fuit. Id ēt dictum fuit ad Esaiam & Hieremiā. Igitur *Dominus tecum.* angelus ad Mariam dixit. Dn̄s tecum: Magis tecum q̄ mecū, quia tuam carnē assumet. Magis te-

 304

cum q̄ mecū; quia semen Abrahæ sumet, & non angelorum. Magis tecū, quia oēm tuam uolūtatem adimplebit. Quarto, angelus malus attulit maledictionem Euæ & cæteris mulieribus, cum dixit. Eritis sicut Dij scientes bonū & malū. Et nempe malum per experimentalem notitiam, qa prima incepit expiri malū in partu filiorum. Sed angelus bonus nūciat uirgini bñdictionem sup oēs mulieres. Et ex cōsequenti pseruationem ab oībus maledictionibus & ærumnis, dicens. Benedicta tu in mulierib⁹. Quę uerba ēt Iahel dicta fuerūt in morte Sisaræ Chananęi: dicente Delbora. Bñdicta inter mulieres Iahel uxor Aber Cinei. Et Achior ad Iudith. Bñdicta es tu filia, a dño deo tuo. Ideo angelus ad Mariā: magis tenebatur dicere. Bñdicta tu in mulieribus, qa oīs creatura mirando agnóscit, ingenueq; testatur eam bñdictam & exaltatā sup oēm creaturā tam cœlestem q̄ terrestrē. Et ita patet differentia inter mala q̄ attulit angelus malus, & bona q̄ nunc Gabriel angelus annūciat. Quæ mala ēt dñs in snia data primis parentibus post cōmissum pctm̄ denūciauerat. Inde sequitur. Quæ cū audisset turbata est. Audiens. n. Maria nunciationē istam aduersari nūciationi datæ primis parentibus, turbata est in sermone. i. admiratur. Turbata nēpe, quēadmodū hebræi in significatione nouæ legis. Turbata, ex humilitate de insolita salutatione. Turbata, p pudicitia, timens perdere uirginitatē. Turbata, p prudentiam, dicta angeli considerādo. Hæc. n. s. timor, dubitatio, turbatio, expectatio, admiratio, cogitatio, semp accidūt in rebus dubijs. Et cogitabat qualis esset ista salutatio. Ignorabat cām pp quā uenerat angelus, ideo merito deliberās cogitabat. s. qualitatem salutationis & magnitudinem ipsius. *Et ait*

Iudic. 5.

Iudith 13.

Cur turbatur Maria

angelus ei. Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud deū. Ecce concipies in utero & paries filium, & uocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus, & filius altiss.mi uocabitur. Et dabit il li dominus deus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Ne timeas Maria.i.ne timeas istā salutationem esse fictā, aut uanā, quia a Deo tibi missus sum. Et ne mireris quia dixi tibi, Aue.i.salue, quia annuncio salutem tibi, & toti mundo. Et ne mireris qa dixi tibi grā plena, qa præ cæteris inuenisti grām apud Deum. Quia non solum gratifice unionis cū Deo, uerumetiā maternalis unionis grām inuenisti. Nō mireris qa dixi tibi, dn̄s tecum, quia tecū erit non tm̄ per gratiam in mente, sed & p incarnationē in uentre. Ecce concipies in utero, sine pctō & macula: & paries filium sine dolore & tristitia. In quibus uerbis adimpleta fuerunt q̄ plurima uaticinia pphetaꝝ. Et præcipue illud Esaiæ ad totā domum Dauid, ex cuius semine messias secūdum carnē nasciturus erat. uaticinātis. Ecce uirgo concipiet, & pariet filium: & uocabit nomen eius Emanuel. Hoc.n.nomen uirgo, in hebræo non inuenitur: sed Aalma. Nā tria sunt apud hebræos uocabula, idem fere significātia. Videlicet, Naara, Bethula, Aalma: differunt tn̄. Naara .n.significat adolescentulā, tam uirginem q̄ corruptam. Bethula uero uirginem signat, siue adolescētulam, siue non. Aalma aūt, uirginem adolescentulam designat. Abscōditam quoq;, & sedula parētum, cura custoditā. Sic.n.Rebeccha dicebatur Aalma, ibi. Ecce sto iuxta fontem aquæ, & erit Aalma, id est uirgo egrediens ad hauriendum. &c. Ita Maria soror Moysi dicta erat Aalma.i.uirgo, & uir nō cognouerat eam. Aalma igitur apud hebræos adolescentulam aspectibus hoīum abscōditam, celatā

Primū oraculum. *Esaie 7.* *Naara.* *Bethula.* *Aalma.* *quid significant.* *Gene.24.* *Exod.2.*

& occultam, atque omnino intactam significat. De cuius pudicitia atque itegritate nullus dubitat. Esaias igitur hoc mirabile signũ nõ dederat Achaz regi, q renuit habere signũ. Sed domui Dauid ꝓ liberatione toti⁹ gñis humani. Quãobrẽ miraculosum esse debebat. Adolescentulã.n. concipere & parere filium, uirginitate nõ remanẽte, nullum est miraculum, cũ hoc naturalr fieri quotidie cõtingat. Necessario igitur dicendum est, signum quod eis ꝓpheta dederit uirginẽ.s. concepturã, ac filium pariturã prę ter naturæ morẽ & solo Dei miraculo futuꝝ fuisse. Et uocabitur nomẽ eius Emanuel quod est nobiscum Deus. Et hoc nomẽ periti iudæoꝝ dicunt esse scriptum, literis illis qbus nomen summi Dei scribit & consignatur. Secundum uaticiniũ fuit illud sapientis in prouerbijs. Tria sunt mihi difficilima, seu mirabilia, & quartum quod minime cognoui. Via aqlæ in cœlis: Via colubri sup terram: uia nauis in medio maris: uia uiri in Aalma.i. in uirgine. His uerbis Salomone, messiæ uias describit: incipiẽs a nouissima.i. ab ascensione in cœlum, ad primã.i. ad ei⁹ incarnationẽ quæ de uirgine futura erat. Via aqlæ in cælis est xp̃s, qui post passionẽ suam ascendet in cœlum. Via nauis in medio maris, est idem xp̃s, cuius uita sicut nauis in mari agitabit. Via colubri sup petram, est ille idem qui se faciet ut colubrum, quẽ super petram posuit Moses ut duceret filios Israel in terrã ꝓmissionis. Via uiri fortis uel potentis, hoc est Dei in Aalma.i. in uirginẽ fuit ipsius ex uirgine incarnatio. Et hanc qdem uiam, Salomõ cognoscere minime potuit: quo nã modo absque humano semine uirgo concipere posset: ac pfectum Deum & hominem in utero claudere filiumque parere, ac uirgo remanere. Nec Salomonis itellectus capere, nec ul-

2. Oraculũ

Prouer. 30.

3.Oraculū. la lingua plene ualuit explicare. Tertium uaticinium fuit Hieremiæ ꝓphetæ dicẽtis. Nouū creauit Deus sup terrā, fœmina circūdabit uirꝝ. Si nō de uiro illo magno atq; admirabili q in se diuinitatẽ continet intelligitur: qd poterat dici ineptius, aut puerilius? Nónne uir oīs de fœmina nascit̃: & a fœmina nouẽ mensibus gestat̃, & ꝓdit? Sed uirile non cōi more de fœmina ex uirili semine, sed de uirgine spū Dei authore, nasci uaticinium intelligi debet, et in utero uir ꝑfectus existere &c. Quartum uaticinium Ezechielis est: Vidi inquit portam in domo dñi clausam, & dixit dñs ad me. Porta hæc clausa erit, & non aperiet̃, & uir nō ingrediet̃ per eā, qm̄ dñs Deus Israelis ingressus est ꝑ eam. Quæro, quis alius est Deus israelis q ingressus est ꝑ portam clausam, q̄ Iesus Christus? Deus.n.in æterna illa sua et oīpotenti essentia ac natura nō ingredit̃ neq; egreditur, sed est spūs īmotus, implens & cōtinens oīa. Igitur ꝑ portam in domo dñi clausam intelligim⁹ uirginẽ sacram, q̄ semꝑ fuit intacta. Et quid est dicere, clausa erit in æternū, nisi ꝙ uirgo Maria, añ ꝑtū, & post partum uirgo ꝑmansit? Deinde subdit euāgelista. Et uocabis nomẽ eius Iesum. Maria.n.non imposuit nomẽ, sed angelus: iuxta illud quod infra subdit̃. Vocatum est nomẽ eius Iesus: quod uocatū est ab angelo, priusq; in utero conciperet̃. Vocabis inq; Iesum.i.saluatorem. Ipse.n.saluū faciet populū suum a pc̄tis eorum. Hic erit magnus, qa angeli ad ministrabunt ei. Et ecce angeli accesserūt. &c. Hic erit magnus, qa elementa ei obedient: dicẽtibus illis. Quis est iste, qa uenti & mare obediunt ei? Hic erit magnus ꝑꝑ admirāda miracula, ipso attestāte. Cæci uident, claudi ambulāt, leprosi mūdant̃. &c. Hic erit magnus ꝑꝑ uictorias contra diabolū, mor

Margin notes: 4.Oracul. — Ezec.44. — Quō xp̄s erit mag.

tem,infernum,mundum,& carnē.Hic erit magnus,
quia apiet cœlos,& ducet captiuitatem: & iudica-
turus est uiuos & mortuos. Hic erit magnus in iu-
stitia,puniendo,& iustificādo.Magnus tandē,bo-
nitate,sapiā,consilio,pietate,misericordia & oī uir
tute. Et filius altissimi uocabit̄.Quēadmodum ipse
pater,de eo bis testatus est:in baptismate & mon-
te.Hic est filius meus dilectus.&c. Necnō & ipse Ioan. 14.
filius uocat altissimū patrem,cū dixit.Exiui a patre
& ueni in mūdum.Item: pr̄,clarifica filiū tuū. &c.
Et dabit illi dn̄s Deus sedē Dauid pr̄is eius. In qb⁹
uerbis adimpleta fuit antiqua pmissio regi Dauidi
a Deo facta.Cum fuerint completi dies tui (inquit 2. Reg. 7.
dn̄s) & dormieris cum pr̄ibus tuis suscitabo semen
tuum post te. Id.n.de Salomone minime intelligi
pōt,qui natus erat & rex constitutus an̄ mortē Da-
uidis. Et stabiliam thronū regni eius usq; in sempi-
ternum.&c.Sed peuidentiori notitia cōsiderandū
est q xp̄s est filius dei naturalis tm̄,& est filius uir-
ginis Mariæ,naturalis.s.& carnalis.Et est filius Da
uid,nō naturalis,sed tm̄ secūdum carnē. Sic ēt dicit̄
filius Iacob & Abrahæ,inquātum ab eis descendit,
& fuit eis pmissus in lege. Quāobrē animaduertendum
dum est q duplex regnū fuit pmissum ipsi Dauidi. Duplex
Vnum.s.tpale,quod iam possidebat.Fuit qnimō p regnū Da
missum eis successoribus p Salomonē & posteros uidi pmis-
suos:dūmodo nō deuiarēt a pceptis & legibus dei. sum.
Et ita pseuerauit regnū illud tpale usq; ad Babylo-
nicam captiuitatem. In figura aūt illius regni tēpo
ralis pmisit Deus Dauidi regnū æternū spūale &
cœleste p Christum filiū suum uētur secundū car-
nem:eo q gn̄atio Dauidis secundū carnem pseue-
rauerit usq; ad uirginē Mariam: de qua natus est Ie
sus rex ætern⁹, q obtinuit sedem regni æterni tanq̄:

hæres Dei pris : cuius est filius naturalis. Quæ qdē sedes regni æterni dr̄ sedes Dauidis patris xp̄i inq̄-
Christus filius Dauidis secūdū carnem. tum fuit ipsi Dauidi ī Christo & p Christum ꝓmissa. Itaq; ꝓmissio regni æterni facta est in xp̄o, q fuit filius Dei naturalis, & filius Dauidis secundum carnem, q p multos annos post mortē ipsius, de utero uirginis Mariæ fuit suscitatus & cōceptus, opere spiritus sancti. Et ad hūc sensum, dixit angelus Mariæ. Et dabit illi dn̄s Deus sedē Dauid pr̄is eius.i.sedē regni æterni ipsi Dauidi in xp̄o promissam: iuxta il-
Psal. 131. lud psalmi. Iurauit dn̄s Dauid ueritatem & nō frustrabitur eum, de fructu uentris tui ponā super sedē
Hiere. 23. tuam. Hieremias quoq;. Ecce dies ueniūt dicit dn̄s & suscitabo Dauid germē iustum, & regnabit rex, & sapiens erit, & faciet iudicium & iustitiam in
Esaiæ 11. terra. &c. Esaias proinde idem uaticinatus est. Egredieṫ, inqt, uirga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. His uaticiniis euidētissime liquet, regnū æternū fuisse ꝓmissum Dauidi p Christum: & tunc tp̄is adimpletum. Nec p̄tereundū est, ꝙ non tm̄ Dauidi, sed & Iacob p̄triarchæ idem regnū Christi æternū ꝓmissum fuit, dicente dn̄o. Terrā in
Gene. 28. qua dormis tibi dabo, & semini tuo. Eritq; semen
Gene. 49 tuū quasi puluis terræ, & bn̄dicenṫ in te & in semine tuo.i.in xp̄o cunctæ tribus terræ. Ipse quoq; ꝓpè mortem idē uaticinatus est dicēs. Nō auferetur sceptrum de Iuda, & dux de fœmore eius, donec ueniat q mittendus est.i.Messias: & ipse erit expectatio gentium. Sed hic r̄ndeant iudæi, qui messiæ regnum terrenū prædicant. Si regnaturus erat xp̄s in Hierusalem, quo pacto dixit, ꝓpheta, nō auferetur sceptrū de Iuda? Potius debuisset dicere: cōfirmabitur sceptrū in Iuda, & dux in fœmore eius, qn̄ ueniet q mittendus est. Fieri igiṫ non poterat ut Chri

ſtus ex tribu Iuda naſciturus,& in Hieruſalē regnaturus,in eius aūt aduētu auferri debere,& non potius confirmari ſceptrū regium. Et ſi tpaliter regnare debet xp̄s meſſias, cur dr̄, & ipſe erit expectatio gentium,& nō potius iudæorum? Signum igitur euidens eſt,regnum xp̄i fore ſpūale, ac in gentibus ꝓpagandum eſſe.Ex q̄bus manifeſtè cōſtat ꝙ regnū Christi ꝓmiſſum Iacob, non erat p̄ciſe pro filijs ſecundum carnē,ſed ꝑ filijs Iacob ſeu Iſrael, ſecundū ſpm̄,& ꝓmiſſionē in Chriſto regnandis. Cuiuſmodi fuerunt, non ſolū iudæi ſed ēt gentiles ad fidem uēturi.Ideoq; ſubdit angelus. Et regnabit in domo Iacob in æternum.i.in eccleſia,q̄ eſt uera domus Iacob & Iſrael.Regnabit ēt in ęternū in domo Iacob .i.ſuper oēs electos. De domo.n. Abrahæ & Iſaac, aliqui fuerunt reprobati, Sicut Iſmael & Eſau: ſed in domo Iacob oēs eius filij electi et p̄deſtinati ſunt de regno eius.Regnabit ergo nō ſolū in domo Dauidis.i.in tribu Iuda, uerūetiam in domo Iacob.i.in toto pp̄lo Iſrael,& in tota eccleſia, & in oībus electis,non ſecundum ſucceſſionē carnis, ſed fidei. Et nunc q̄dem ꝑ grām & in futuro ꝑ gloriam. Beati igitur in q̄bus Ieſus regnabit in æternū, quia & ipſi cum eo regnabunt. Et regni eius nō erit finis. Vt liquet,quamplurimis ꝓphetarum oraculis. Dicit enim pſalmographus.Regnū tuū,regnum oium ſeculorum,& dn̄atio tua in oī gn̄atione et gn̄ationē.Hinc Eſaiæ uaticiniū.Multiplicabit eius imperiū,& pacis nō erit finis. Sup ſolum Dauid,& ſup regnū eius ſedebit,ut confirmet illud & corroboret in iudicio & iuſtitia,ammodo & uſq; in ſempiternum. Neq; hoc ignorauit Daniel q dixit. Regnū eius regnum ſempiternū,& ptās eius in gn̄atione et gn̄ationem. Idem quoq; uaticinatus eſt Michęas. Regnabit ſu-

Regnum xp̄i ſpirituale eſt.

Regnum xp̄i eſt ſine fine.

Pſal. 144

Eſa. 9.

Dan. 7.

Mich. 4.

per eos in monte sion: ex hoc nunc & usq; in æternum. His igitur uaticinijs facile dignoscitur quale futurū erat regnum xpi, nempe spūale, & animarū: Non terrenū & corporeum. Nihil.n.terrenū, nihil mundanū, nihil carnale, æternū esse pōt. Et hinc facile cōuincere possumus, nō cōuenire Salomoni q̃ a dño dicta sunt p Nathan pphetam, Dauidi regi .s. Suscitabo semen tuū post te quod egredietur de utero tuo, & firmabo regnum eius. Ipse ædificabit domū nomini meo, & stabiliam thronū regni eius in sempiternum. Hanc pmissionē de Salomone itelligūt cæci Iudæi, quorū error clare oñditur, qa thronus Solomonis iam defecit: & regnū eius barbari occupant. Quo circa, si Solomoni pmissionis cōuenirent uerba, iam mēdax fuisset dñs (quod absit dicere.) Ad Christū igit̃ referenda est pmissio, cui⁹ umbrā gessit Solomon. Ille.n. dictus est rex pacificus, adumbrās Iesum xpm, qui pacem inter deum & hoies firmauit. Ille templū ex mortuis terrenisq́; lapidibus extruxit: hic ex uiuis spūalibus aīs ecclesiam erexit, & in ea regnat in æternū. Nam & si finem habebit ecclesia in terris militās, non tñ ecclesia in cœlis triumphans. Vnica est aūt militans & triumphās ecclesia in qua xps regnat. Illa militat, hæc recipit coronā æternam. Sicut scriptū est. Beati qui habitant in domo tua dñe, in secula seculorū laudabunt te. Ex his ēt clare liquet, φ triplex est sedes Dauid, & domus Iacob. Prima tpalis, quam habuit xps iure naturæ in sua natiuitate: quia erat de tribu Iuda & de domo Dauid, sicut parentes eius. Nullus.n. eo tpe de regia stirpe potuisset secundum iura frui regia maiestate, ac tpaliter regnare præter Christum, q erat uerus rex. Quēadmodū magi dixerunt. Vbi est qui natus est rex Iudæorū? Pilatus

Concluditur regnū xpi eē spirituale.

Error Iudeorū de regno Sol.

Psal.83.

Triplex sedes Dauid

quoq;

quocp scripsit. Iesus Nazarenus rex Iudæorum. Sed hunc regnum, & hanc sedem renuit Christus hic, qui dixit ad Pilatum. Regnū meum non est de hoc mūdo. Secunda est sedes spūalis. s. militans eccl'ia, quam Deus dedit ei in gentilium & iudæorum cōuersione. Itaq; sup pullum & asinam sedisse legitur, ut sup gentilem & iudaicum ppl'm se regem esse clare ostēderet. Tertia sedes est ecclesia triumphans quā dedit ei Deus in ascensione, ut regnaret in cœlis, in secula seculorum. Ideo dr̄: Et regni eius non erit finis.

Dixit autem Maria. Quomodo fiet istud, quoniam uirum non cognosco? Hæc sacratissima uirgo, absolute, absq; aliqua conditione nouerat uirginitatē, & cum tali & sub tali uoto fuerat coniuncta cōiugio ipsi Ioseph, ideo mirabatur, & summa diligētia, quatuor q̄ adinuicem secūdum naturā compari minime pōt cōsiderabat, quæ incōpossibilia uidebant. Primum, ut posset concipere nō uiolato uirginitatis uoto. Secūdum, ut simul posset esse uirgo & fœcūda, pariter & mater. Tertium, quō posset habere plem, non de Ioseph absq; ipsius iniuria. Quartum, quo nā modo illud germen conceptū sub tali coniugio & non de Ioseph posset esse non adulterinū: nec p consequēns maledictum in lege. Ideo dixit: Quō fiet istud, qm̄ uirum non cognosco, nec cognoscere intendo: cum sim alligata uoto uirginitatis: nec iuncta sum uiro Ioseph ad pcreandam plem, sed ad solū mutuū obsequium, semp intacta & inuiolata uirginitate? Nō dubitat. n. Maria sicut Zacharias. Non q̄rit signū, sicut Ezechias. Sed q̄rit modum, quō fiet istud. Ac si aperte diceret. Credo q̄ dicis, sed modū quo hoc erit non audio, nescio, nosce uelim. Et rōnem affero inquirendi modum quo nūc concipiam, qm̄ usque in pn̄s uiri cognitionem nō habeo. i. qa uirgo sum.

Quatuor considerat Maria, incōposibilia.

Et respondens angelus dixit ei. Spiritussanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoq; et quod nascetur ex te sanctum, uocabitur filius Dei. Modum cõcipiendi in uirginitate, remouẽdo oĩa incompossibilia assignat angelus dicens. Spũssanctus supueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. In qbus uerbis illud

Esaiæ 8. ineffabile & admirabile Esaiæ uaticinium explet, dicentis. Et dixit dñs ad me .i. spũssanctus qui loqbatur in corde & ore pphetarum. Summe tibi librũ grandem, quia grandia sum dicturus. In hebræo habetur, rotulum grandem: qm̃ grandes materias uolumina parua nõ sufferũt. Et scribe in eo stylo hois .i. calamo. Et ita clare & plane, q quilibet homo ẽt parum literatus possit legere & intelligere. In translatione aũt chaldaica hr̃, scribe in eo exposite. Et adhibui mihi testes fideles: uel contestat⁹ sum mihi

Nota hanc admirabilẽ pphetiã testes fideles. Vriam sacerdotẽ, & Zachariã filiũ Barachię. Et accessi ad pphetissam, q̃ cõcepit & peperit filium. &c. Quinam fuerint hi testes, Vrias. s. sacerdos, & Zacharias Barachiæ filius, merito q̃rendum est. Constat. n. Vriam hunc, non utiq; illũ

4. Reg. 16 idolorum cultorem fuisse, qui legitur in libris Regum:

Hiere. 26 sed illum de quo Hieremias meminit, dicens. Fuit uir pphetans in noĩe dñi, Vrias filius Semei de Cariathiarim, quem Ioachim rex occidit. Zachariam

Qui fuerint Vrias & Zach. quoq; hunc Barrachiæ filium, eum fuisse certũ est qui in numero duodecim pphetarum undecimus est. Quòd aũt hi pphetæ multo post Esaiam nati fuerint, facile est uidere. Nam Vrias a Ioachim rege interẽptus fuit. Esaias uero quarto anno regis Achaz uerba p̃dicta protulit. A quarto aũt anno Achaz usq; ad Ioachim fluxerunt anni centum sexaginta. Ex quo manifeste patet q prim⁹ testis. s. Vrias quẽ Esaias uel spũssanctus sibi adhibuit nondum natus

erat: imò nasciturus erat, post centũ sexaginta annos & menses tres. De secundo uero, hoc est de Zacharia, nemo hoc dubitandũ duceret, cum a q̃nto anno Achaz regis usq; ad secundũ Darij quo ip̃e ꝓphetauit anni 250 fluxerunt. Cum igit̃ hi tales ac tãti prophetę quos sibi adhibuit Esaias, imò Sp̃ũssanctus per Esaiam, ubi de uirgine prophetissa, & filio eius Emanuel locutus est: tp̃e Esaiæ nõdum nati essent, palam oñditur oĩbus usum rõnis sanũ hñtib9, prophetissam illam de qua sp̃ũssanctus per Esaiam loquebatur dicens. Accessi ad ꝓphetissam, & concepit & peperit filium, nondũ natam fuisse, nec per consequens ipsam Esaiæ uxorẽ esse potuisse, ut falso iudæi iuniores delyrantes affirmant; Sed potius uirginem illã quæ sp̃ũsancto interueniente, Dei filiũ conceptura & paritura erat. De qua paulo añ meminerat dicens. Ecce uirgo concipiet & pariet filium. &c. Ex his ẽt patet, accessum hunc ad ꝓphetissam, sp̃ũalem futuꝝ fuisse. Quæ cũ ita sint, claꝝ est ꝓphetissam hanc, aliam non fuisse, q̃ uirginem Mariam. Ad quã accessit sp̃ũssanctus, non locum mutando: sed ꝑ prophetam loquendo, & demum tp̃e ab æterno p̄destinato, uirtutem sine uiro cõcipiendi, ei conferẽdo. Et tunc uirgo cõcepit & pep̃it filium, Dei uerbũ carne humana indutũ, ac mundi saluatorẽ. Patet igitur Esaiam non in ꝑsona sua, sed in ꝑsona sp̃ũssancti, uerba illa ꝓtulisse: q quidẽ spiritussanctus anteq̃ ad ꝓphetissam. i. ad uirginẽ illã quæ saluatorẽ conceptura & paritura erat accederet, ut sua uirtute & coopatione absq; uirili semine filium Dei conciperet & pareret, hos ꝓphetas ueritatis futuræ testes sibi adhibere debebat. Alter enĩ coꝝ Vrias. s. Semei filius qui fuit in primo templo, uel sanctuario multa mala contra iudæos, & ciui-

Hi ꝓphetæ quo tp̃e nati sunt.

Illa ꝓphetissa erat uirgo Maria.

tatem eorum uentura p̄dixit, quæ postmodum in captiuitate Babilonica eis aduenerūt: secundum oīa
Hiere. 26. uerba Hieremiæ pphetę. Alter uero, hoc est Zacha
Zach. 2. rias Barachiæ filius exn̄s in secūdo sanctuario multa ac maxima bona eis in aduentu messiæ uentura prophetauit: & p̄sertim cum dixit. Exulta satis filia sion, iubila filia Hierusalem, ecce rex tuus ueniet tibi, iustus & saluator. Quod aūt beata uirgo Maria fuerit prophetissa, liquet in cantico suo: in quo suam futuram uenerationē prædixit dicēs. Beatam me dicent oēs gn̄ationes, quia respexit humilitatē
Virgo Maria fuit prophetissa. ancillæ suę. Item, in eodē cantico, prophetauit de futura iudæorum reprobatione, & uocatione gentium, cum dixit. Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. Et sic eam fuisse pphetissam, liquidū est. Deinde subdit dn̄s in eodem uaticinio. Et uocabis nomē eius, accelera, spolia detrahe, festina prædari .i. expeditum spoliatorem, festinum p̄datorem. Seu uoca nomen eius uelocē ad spoliandū spolia, & festinum ad p̄dandum p̄dam, q̄ messiæ aptissimæ cōgruunt. Nam uelox ad spoliandū infernum futurus
Spoliator, p̄dator, est nomē xp̄i. erat: & festinus ad p̄dandum, hoc est ad auferēdā a diabolo prædā, quam pp pc̄tm̄ primi hoīs possidebat: sicut ipse testat̄. Cum fortis armatus custodit atrium suum. &c. Dicit ergo angelus ad Mariā. Sp̄ussanctus supueniet in te. Prius. n. uenerat in uirginem in sua sanctificatione, eā ab originali peccato purgando: sed in cōceptione filij Dei supuenit. i. iterum uenit maiorē gr̄æ plenitudinem cōferendo, quæ nō solum mētem, sed corpus totum sanctificauit. Supuenit itaque Sp̄ussanctus in uirginē, quemadmodum uirtus solis descendit sup rosam, & lilium, dans illis concipiendi uirtutem. Et licet ista ineffabilis conceptio celebrata sit totius ope trinitatis, quę

ad extra sunt idiuisa, speciali tñ modo id opus mul
tis de causis attribuitur spiritui sancto. Tum primo
pp oñsionem gratiæ sine meritis, quæ gratia spiri-
tui sancto referenda est. Tum secũdo, pp uirtutem
operationis quia.s.operatione & uirtute spũssancti
conceptus est. Tum tertio, ob nimiã charitatẽ quã
pater oñdit, ut filium suũ unigenitum daret. Et uir-
tus altissimi pr̃is.s.Dei filius q secundum apl̃m pa-
tris sapia dr̃, obumbrabit tibi.i.de te corpus quasi
ombraculum assumet. Et nota q aliter umbrat cor
pus opacũ, & al'r corpus luminosum. Nam corpus
opacũ prohibet lumen & calorẽ ne transeat, quẽad
modum q ab ardore & lumine solis ptegi optãt,
sub umbra tecti uel domus se ponunt. Sic ẽt si luna
interponitur iter solem & terrã, causat umbram &
defectum luminis solis in terra. Quo circa lunã ecli-
psare solem, dicere solemus. Oppositum autẽ facit
umbra corpis luminosi.s.solis, quę penetrat oẽ dia-
phanum: & pellit oẽm tenebrã illuminãdo & cale-
faciendo suapte natura. Ita in pposito dicendũ est,
quia umbra spiritussancti nõ est nisi spũale lumẽ et
gratia eius, ideo quocũq intrat pellit oẽm tenebrã
ignorantiæ, & frigiditatem peccati, lumẽ ueritatis
inducendo, & gratiæ calorẽ. Et quẽadmodũ se hẽt
sol per suum corruptibile lumen ad oẽ diaphanum
corruptibile, ita spũssanctus ad oẽ diaphanũ spũa-
le, ut est angelus uel aĩa. Et ideo sicut sol oẽ diapha
num penetrãdo, oẽm tenebram pellit, & id illumi-
nat & calefacit ita spũssanctus obumbrando aĩam
lumine suo penetrat eam, illuminatq: oẽm ignorã
tiam pellendo: & eam pariter gratificat. Obũbra-
tio igitur spũssancti nõ est nisi spũalis penetratio, il-
lustratio, purgatio, illuminatio, & gratificatio. Iõq
ueniens spũssanctus sup Mariam, obumbrauit eã

Duplex obũbratio.

Quid sit spũalis obumbratio.

ſua uirtute & lumine,ſpiritualiter penetrando eam, illuminãdo mentem,oẽm ignorantiã pellẽdo, eãq́ꝫ ſummo deo magis gratificãdo. Deinde ſubdit.Qđ ✝n.naſcetur ex te ſanctum : uocabiť filius Dei. Et ſignanter dr̃ abſolute ſanctum, quia nullum germen humanum põt dici naturalr̃ ſanctum, cũ deſcẽdat ab Adam per libidinoſam gñationẽ,niſi ſolus xp̃s, qui potuit alios liberare, bñdicere, & ſanctificare. Ideo illud germẽ quod naſceť opere ſpũſſancti,erit abſolute ſanctum : & uocabitur filius Dei ſecundũ naturam. Sed itẽꝝ aduerte ꝙ triplex eſt ſanctitas.ſ.eſſentialis,ſpũalis,& corpalis. prima cõuenit Deo qui eſt ſanctus ꝑ eſſentiam,oẽs ſanctificans. Cherubin.n.clamãt in cœlo : ſanctus, ſanctus,ſanctus.Eccleſia quoq́ꝫ : Tu ſolus ſanctus. Secũda ſanctitas conuenit animabus,uiatoribus iuſtis, & cõprehenſoribus. His per grãm,alĳs ꝑ glĩam. Et dñr ſancti,hi qui iuſti ſunt & electi.i.ab alĳs ꝑ fidem et ſpiritusſancti gratiam ſepati.Sanctitas corpalis cõpetit corpibus prout illa ſunt a ꝓphanis ſeparata, & Deo dicata,ut calices,ueſtes ſacerdotales,uaſa, templa,& alia id genus. Chriſtus ergo ſecundum naturã diuinã ſanctiſſimus erat per eſſentiam:& ſecundum animam ſpũaliter ſanctus, qui habuit oĩa dona Dei,quo ẽt & nos ſanctificati ſum⁹ Deo.Pariter & ſecundum corpus ſanctus erat, offerẽs illud Deo in ſacrificium ꝓ peccatis oĩum pplõrum.

Cur dicit ſanctum.

Triplex ſanctitas.

Quinq; genera deoꝝ.

Inſuper cõſiderandum eſt ꝙ quinq́ꝫ ſunt gñа deoꝝ.ſ.per falſam exiſtimationẽ: per uſurpationẽ : ꝑ electionem : ꝑ gratiam : ꝑ naturam.Primi ſunt dæmones.p̃s.Omnes dĳ gentium dæmonia. Secũdi ſunt reges & potentes.p̃s.Dĳ fortes terræ, uehementer eleuati ſunt. Tertĳ ſunt ſacerdotes & prophetę.p̃s. Deus ſtetit in ſynagoga deoꝝ. Quarti,xp̃i fideles.

p̄s. Ego dixi dij estis: & filij excelsi oēs. Solus autē Christus est filius dei p naturā. Sunt igiť tm̄ tres, q uere filij Dei pn̄t appellari. Primi p grām, ut angeli: de qbus Iob. Quadam aūt die cū uenissent filij Dei.i.angeli ut assisterent coram dn̄o. &c. Secundi per fidem, ut Christiani, iuxta illud Ioannis. Dedit eis ptātem filios dei fieri, his q credunt in noīe eius. Tertij p naturam, ut solus xp̄s. Dicit ergo. Quod nascetur ex te sanctum, uocabiť filius Dei.s. secūdum naturam diuinā: & filius hoīs secundum naturam humanam. Et qa supius, angelus ōnderat uirgini incarnationis modū, hic uero ad magis certificandū eam, inducit exemplū.s. cognatæ suæ conceptum, cum subdit. *Et ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua. Et hic mensis est sextus illi quæ uocatur sterilis, quia non erit impossibile apud deum omne uerbum.*

Veri filij Dei triplices. *Iob 1.* *Ioan. 1.*

Tria proponit angelus uirgini considerāda. Primo, cognationem, ut cognoscat de filio suo sacerdotij dignitatem. Elisabeth.n. erat de genere sacerdotali .s. Aaron. Secundo, tp̄s conceptionis, de quo in primis dictum est. Tertio, sterilitatem & senectutem, ut consideret diuinę potentiæ uirtutem: ut nihil credat Deo esse impossibile, qui senem & sterilem fecit concipere & parere. Dicit ergo angelus. Et ecce Elisabeth cognata tua.i. de cognatione tua, q̄ cōcepit filium in senectute sua.i. senex & sterilis exn̄s. Et hic mensis.i. Martius est illi sextus quo cōcepit. Illi inquam q̄ uocatur sterilis.i. ipsa Elisabeth q̄ publice sterilis dicebať. Et si quæras an sit maius miraculum sterilem senē parere, an uirginem cōcipere: Rn̄dendū est q respectu Dei nullū istorum est maius altero, qa utrūq exigit ifinitā potētiā. Valet.n. hæc cōsequētia. Senex sterilis pōt cōcipe, igiť uirgo, cōcipe & parere pōt, qa utrunq est naturalr impossi

Tria ppo-nitur Mariæ cōsiderāda.

Pulchrum quæsitum.

bile. Quantum uero ad nos considerantes, uidetur nobis difficilius uirginem posse parere: qa interdũ uidimus senes peperisse, steriles quoq; p medicinas concepisse. Nunq; tñ auditum aut uisum est uirginẽ naturalr̃ peperisse filios. Quantum aũt ad opus in se, difficile est iudicare. Nam mirabilia multa cõcur runt ad hoc ut senex sterilis concipiat. Tum primo, quia senect⁹ adest, quę nõ põt indulgere uoluptati. Tũ Scdo, qa nulla uirt⁹ est in semine, & desunt mu liebria. Tũ tertio, qa sterilitas est iterdũ ex pte mu lieris, & iterdũ ex pte uiri: in qb⁹ oibus reqrit̃ uirt⁹ dei. At in uirgine, sola uirtus Dei prerequiritur sup plens uices uiri. Quãobrem sterilem senem cõcipe uel parere, aut maius, aut nõ minus miraculum est. Ex quo infert angelus uirginem posse parere, quia nõ est impossibile apud Deum oẽ uerbum. Vbi no ta, q; uerbum tria signat in scripturis. Primo, perso nam diuinã operantem, uel cooperantẽ, a quo, per quem, & in quo oia fiunt: quæ est filius Dei, q me rito dicitur uerbum. Secundo, notat uoluntatẽ Dei in prophetis manifestatam, cum dr̃: factum est uer bum dñi sup Ioannẽ, uel sup talem, aut talẽ prophe tam. Tertio, uerbum importat opus a Deo factũ: quemadmodũ pastores loquebant̃ dicentes. Trãs eamus usq; Bethleem, & uideamus hoc uerbum .i. opus quod factum est. Et ita accipitur in proposito cum dr̃, non erit impossibile apud deũ oẽ uerbum .i. opus. Quia quodlibet opus, fieri põt a deo: etiã repugnante natura. Bernardus in spũali contem platione raptus, ita Mariam uirginem alloquitur. Audisti o uirgo quia concipies, audisti quia nõ per hoiem, sed per spm̃sanctum. Expectat angelus rñ sum suum. Tp̃s est ut reuertatur ad eũ qui misit il lum. Expectamus & nos o dña, uerbum miseratio-

Virginem aut sterilẽ parere, est natura im possibile.

Verbũ tria significat.

nis, quos miserabiliter p̄mit s̄nia damnationis. Ecce tibi pretium offertur nostræ salutis: statimq́; liberamur si consentis. Hoc supplicat pia uirgo flebilis Adam cū misera sobole, exul de paradiso. Hoc Dauid, hoc cæteri flagitant p̄res tui, qui & ipsi habitant in regione umbrę mortis. Hoc totus mūdus tuis genibus prouolutus expectat. O dn̄a, rn̄de uerbum quod terra, quod inferi, quod cœli expectāt. Rn̄de uerbum, & suscipe uerbū. Profer humanum, suscipe diuinum. Emitte transitoriū, & amplectere sempiternum &c. Tandem prudētissima uirgo, auditis angeli uerbis consensit. Et prout credibile est, profunda deuotione genua flexit, ac manibus expāsis, deinde iūctis, & oculis ad cœlum eleuatis cū inestimabili humilitate protulit desideratissimum uerbum toto cordis affectu audiendum, dicens. *Ecce ancilla domini; fiat mihi secundum uerbum tuum.* In q̄bus uerbis ipsius uirginis, sex eximiæ notantur uirtutes. Primo, obedientia, cum dicit. Ecce. Secundo, humilitas, cum subdit. Ancilla. Tertio, uirginitas īmaculata, cum subinfert. Dn̄i.i. non aliorꝫ. Quarto charitas inflammata, adens. Fiat. Quinto, spes secura, subiungens. Mihi. Sexto, fides magna, cū dicit. Secundum uerbū tuum. Ac his uerbis dictis, statim spiritussanctus in eam superuenit, & filius Dei totus intrauit in uterum ei⁹, & ex ea carnē assumpsit, & opus in sinu p̄ris remansit. In instanti.n. fuit totum corpus Christi formatū, & anima rōnalis creata, & simul utrunq; diuinitati in p̄sona filij coniunctum, ut idem esset Deus & hō, salua utriusq; naturæ proprietate. Fuit aūt corpus Christi formatum ex sanguine beatæ uirginis, non ex carne. In instanti quoq; fuit sanguinis separatio, consolidatio, figuratio, animatio, deificatio. Et sic in eodem instanti,

Nota Ber. cōtemplationem.

Quō deus factus est homo.

fuit homo pfectus, in anima & carne secundū oia corpis liniamenta. Fuit ēt perfectus Deus & perfectus hō. Et quēadmodū in deitate est una essentia & tres personæ, ita in xpo est una psona & tres essentiæ, uersauice. s. deitas, anima, & caro. Et licet incarnatio filij Dei fuerit opus pr̄is, & filij, & spūs sancti: solus tñ filius carne indutus nobis apparuit. Exemplū de tribus puellis consuentibus unā & eandem tunicam, & una illarū tm̄ induit eam.

Nota pulchrū exēplum.

De hac sacratissima uirgine, nonnulla singularia.

Quemadmodū fuerūt duo Adam oīno dissimiles, quia primus Adam de terra terrenus, secundus Adam de cœlo cœlestis: primus Adā factus fuit in aīam uiuentem, secūdus Adam in spūm uiuificātem, sed qualis terrenus, tales & terreni, & quales cœlestes, tales & cœlestes: Ita fuerunt duæ Euæ. Prima incredula uerborū Dei, qbus mortem fuerat cōminatus, fructum uetitū manducantibus. Credulitatem tñ hñs ad uerba serpentis q̄ non incurrerent mortem, sed dei sortem assequerent. At in Maria uirgine quę est secūda Eua fuit firma fides ad archangeli uerba, quā cōmendauit Elisabet dicens. Beata q̄ credidisti, &c. Secundo, in prima Eua fuit supbia, appetitusq; nimiæ excellentiæ & oīmode sciæ. In secunda uero, summa humilitas, qua se non reginam, non sponsam, aut filiam dei nominat: sed humilem ancillā dicens. Ecce ancilla dñi. Tertio, in prima muliere fuit inobediētia cōtra Deum, & cōsensus ad suggestionē serpentis. In secūda uero, obedientia ad Dei legationē, & consensus in uerba angeli, cum dixit. Fiat mihi secundum uerbū tuum.

1. Cor. 15.

Cōparatio Mariæ ad Euam.

Et licet hæc secunda mulier fuerit primæ mulieri dissimilis ualde, multarū tñ sim̄itudinem gerit: & præcipue illius sanctissimæ Iudith, per quam uirgi-

nem sacram fuisse figuratam, multi testãtur authores. Q̃m Iudith uiduali castitate pollens, post uirum suum alterum nesciuit, ieiunijs & or̃onibus, totũ corpus in seruitutem redit, cilicio domans, seruandęque castitatis amore. Sic beata Maria uirgo uirginũ, uirgo inupta, uirgo & sponsa, uirgo & mater. Secũdo Iudith, obtruncauit caput Holofernis, & totũ eius exercitum in fugam cõuertit, Ita btã uirgo caput antiqui serpentis sua humilitate cõtriuit, & dæmonũ ptãtem confregit. Tertio, Iudith ab obsidione populum dñi liberauit, multisq́ ditauit opib9. Ita hęc santissima mr̃ totum genus humanũ per filiũ suum exemit a dæmonis seruitute, q toti mũdo dñabat̃, nobisq́ libertatem recuperauit. Hæc est illa Rebeccha humilis, affabilis, humana, puella decora nimis de qua scribit̃: q erat uirgo pulcherrima & incognita uiro: quã Abraam ut daret̃ filio suo in uxorẽ, magnópere q̃siuit. Sic deus pater, uirginẽ sacrã esse filij sui matrem secundũ carnem optauit, & uoluit. Hæc est illa Hester quæ placens regi Assuero, toti populo suo per Amã iam perdito, ueniam impetrauit. Sic beata Maria placuit filio Dei ut carnem ex ea assumens, genus redimeret humanum. Studeamus ergo eam dignis prosequi laudibus, & pio cultu uenerari. &c.

Maria ad Iudith.

Maria ad Rebecchã

Maria ad Hester.

De uisitatione Elisabeth. Cap. IIII.

Xurgens autem Maria in diebus illis abijt in montana cum festinatione in ciuitatem Iuda, & intrauit in domum Zachariæ, & salutauit Elisabeth. Superius oñdit euangelista occultum saluatoris aduentum futurum in hunc mundum, angelico testimonio. Hic autem ut iam factum, humano testimonio declarat.

Dicit ergo. Exurgens aũt Maria.i. de loco in quo erat surgens, in diebus illis, in quibus stillabãt montes dulcedinem, abijt in montana.i. in Hierusalem, quæ erat ciuitas in montanis ædificata. Abijt inquã cum festinatione, tum præ gaudio, tũ desiderio seruiendi, tum præ pudore uirgineo, qm̃ ueræ uirgines non gaudent diu in publico uideri. Abijt, non incredula de oraculo, non incerta de nuncio, non dubitans de exemplo: sed læta pro uoto, religiosa ꝓ officio, festina præ gaudio, in montana perexit. In ciuitatem Iuda.i. in Hierusalem metropolim regni Iuda. Et intrauit in domum Zachariæ ut prægnanti grandeuæ iuuencula deseruiret. Et salutauit Elisabeth, quasi congratulans ei de dono quod eam accepisse didicerat. Spiritualiter aũt exponẽdo hãc partem euangelij, considerandum est ꝙ sex hic de beata uirgine dñr: quæ & nos in ipsius imitatione efficere debemus. Primo, exurrexit Maria: surgamus & nos a torpore accidiæ, a desiderijsq́ terrenis nos elõgemus, in quibus morãdo, dormiuimus, & somnum cœpimus. Secundo, abijt in montana: ascendamus & nos in mõtana tendendo in altiorẽ uitam, ut cõuersatio nostra in cœlis sit. Tertio, festinauit: festinemus & nos ad bona opa accelerãdo, & quidqd possumus instanter opando. Quia xp̃s ueniet cito, & merces eius cũ eo, reddens unicuiq; secundum opa sua. Quarto, uenit in ciuitatẽ iuda: ingrediamur & nos in ciuitatẽ Iudæ.i. confessionis et diuinæ laudis.s. in ecclesiam ad laudandũ & obsequendum. Et in ciuitatẽ contemplatiuã, cœlestem Hierusalem, ad confitendũ nomini dñi. Iudas.n. cõfessio uel confitens interpretat̃. Quinto, intrauit in domum Zachariæ: intremus & nos in domũ eiusdem Zachariæ; nõ sequentes cogitationes uanas,

Spũalis expositio.

Apoc. ult.

sed magis memores mandatoꝝ Dei: sicut Zacharias interpretatur. Sexto, salutauit Elisabeth, q̃ dñi saturitas interpretat᷑. Salutemus & nos Elisabeth, ut saturemur cum apparuerit gl'ia dñi. Causa prima huius sacratissimæ uisitationis fuit, eo ꝙ angelus dixerat Mariæ uirgini (ut ad primum ꝓpositũ reuertamur) & ecce Elisabeth cugnata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua. Ideo ut congratularetur eidem de Diuino munere, quo ultra sortem ætatis conceperat in senectute filium, & de ablato sterilitatis opprobrio, prole q; cœlitus data, protinus ex mira aĩ beneuolẽtia & carnali cognatione, ac spũali amicitia, qua afficiebat᷑ in eam, ĩcitata est ad ipsam uisitãdam. Queadmodũ Ietro cognatus Moysi cum uxore & filijs eius legitur in Exodo uisitasse Moysen in deserto: q̃m audierat magnalia q̃ per eum operatus fuerat dñs, in eductione ppl'i isrl' de Aegypto: & deducendo eundẽ per desertum. Ioachim p̃terea summus pontifex de Hierusalẽ uenit in Bethuliam ut uideret Iudith spectabilem uiduam, & gratularetur eidẽ de uictoria insigni cõtra Holofernem habita. Eodẽ quoq; modo ad beatũ Iob pristinæ dignitati restitutum post multas tẽtationes quas pertulerat, uenerunt frẽs & sorores, ut congauderent eidẽ de tanta ꝓsperitate. Sic deniq; ad Thobiam seniorem post recuperatũ lumen oculorum, & filium eius reuersum cũ incolumitate, felicibusq; locupletatum nuptijs, uenerunt consobrini eius ut congratularent᷑ eiusdem ꝓsperitati, post graues aduersitates. Et unaquæq; haꝝ quatuor uisitationum ex beneuolentia & humanitate ꝓcedentiũ huius benignissimæ uisitationis beatæ Mariæ figura fuit, & quædam repñtatio. Inde sequit᷑. *Et factum est ut audiuit salutationem Mariæ Elisabeth, exultauit in gau-*

Cã huius uisitatiõis.

Exo. 18.

Iudith. 15.

Iob. 42.

Thob. 11.

dio infans in utero eius. Et repleta est Spiritusancto Elisabeth et exclamauit uoce magna & dixit. Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus uentris tui. Et unde hoc mihi ut ueniat mater domini mei ad me? Ecce enim ut facta est uox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in utero meo. Et beata quæ credidisti, quoniam perficientur ea quæ dicta sunt tibi a domino. Vox salutationis Mariæ, primo ad aures Elisabeth peruenit, & exinde progressa est usq; ad Ioãnem existentem in utero eius, uelut quoddã instrumentum per quod xp̃s ex utero uirginis emisit spm̃ sanctificationis in Ioãnem baptistã. Quæ quidem sanctificatio longe exuberãtior fuit Hieremiæ sanctificatione. q̃ huius insolitæ & miraculosæ sanctificationis typum gerebat. Qm̃ præter expurgationem a pc̃tõ originali utriq; in utero matris indultam, fuit secundum diuinarum literarum scriptores in btõ Ioanne acceleratus, tunc tp̃is rõnis usus, ut mẽtis oculis diuina luce illustratis agnosceret Christũ dñm suum ibi pñtem in utero sacratissimæ matris. Cui qm̃ lingua nõ potuit, gestus saltem & exultationem exhibuit obsequium & reuerẽtiam, gaudio gestiens ob dñi sui pñtiam. Cui quantum & quale potuit offm̃ salutationis & uenerationis alacriter impensit. Exultauit insup, quia cũ naturaliter fœtus habeat faciem uersus dorsum matris: ille uertit faciem uersus pectora matris, uersusq; uirginẽ amplectentem Elisabeth, ut ex utero facilius posset adorare xp̃m exñtem in uirginis utero. Quãobrem Ioãnes repletus spũsancto (prout repromissum fuerat ab angelo) ad pñtiam dñi sui præ gaudio in utero matris exultando & saltãdo tripudiabat, ac quosdam gestus ad sim̃itudinem exultantis repñtabat; cum gaudio & sine dolore matris. Mouebatur. n. in utero, quasi uellet dño suo assurgere, & ex utero

Alia sanctificatio Hieremiæ alia Ioan. bapt.

Exultatio Ioan. bap. in uentre matris.

egredi, & ei occurrere. Et illico prçcursorem suum Iesus sanctum & ꝓphetam fecit, q in utero exiliens eius aduentum euangelizauit, & præcursoris offm̄ inchoauit: quasi ēt intra mr̄is uiscera iam clamaret. Ecce agnus dei, ecce q tollit pctā mundi. Inde subditur. Et repleta est spūsancto Elisabeth. ex quo patet ꝙ prius fuit repletus spūsancto infans q̃ mr̄, quia prius exultauit prç gaudio, licet ꝑ prius transierit uox Mariæ per aures Elisabeth ad infantē. Sed nō miremur. Nam radij solaris prius transeunt per aerem ad terrā, nihilominus prius gn̄ant calores in terra q̃ in aere, eo ꝙ radij terminant̄ ad terram, in qua uehemētem calorē efficiunt. Sed postea reflexi, aerem calefaciunt. Et ita de luce dicendū est. Sic pariter factum est ibi. Nam xp̄s exn̄s in utero Mariæ emisit uirtutem sanctificatiuā ꝑ uocem eius in Ioannem bapt. transeūtem ꝑ aures Elisabeth usq; ad infantem. Sed facta exultatione & sanctificatione in Ioanne baptista, tunc quasi ꝑ quādam reflexionē, lumen spūssancti repleuit Elisabeth. Vnde exultans ac tota exhilarata & spūsancto accensa, amplexat̄ uirginem tenerrime, & præ gaudio exclamat uoce magna. Filius intus latēs, docet qd mater exterius agere debeat. Spūs.n. infantis non ualentis clamare, nec uoce ꝓpria loqui, excitat mr̄em ad clamandum. Clamauit aūt uoce magna, tum insignū magnæ affectiōis, tum qa Dei magna dona cognouit: tum qa illum in utero tenebat: qui uox uerbi erat. Vox nanq; Elisabeth nō tā clamosa, q̃ deuota erat, quia non clamor, sed amor sonat in aure Dei. Deuotio.n. magnus clamor est, ita ut usq; ad cœlū audiatur, dicente dn̄o ad Moysen. Quid clamas ad me? Qui tn̄ non clamabat ad Deum clamore oris, sed desiderio cordis. Sequitur. Benedicta tu in

Modūs sanctificatiōis Ioan. bap.

Q̄uo clamat Elisabeth, quæ cā clamoris.

mulieribus, & benedictus fructus uentris tui. Elisabeth effecta est ꝓphetissa, & ꝓphetauit de pñti, de p̄terito, & de futuro: secundum ꝙ spūssanctus de triplici tpe tetigit mētem eius. Primo, de pñti cum dixit. Benedicta tu sup oēs mulieres, quia tu es & fuisti, & eris præseruata a maledictione aliaꝝ mulieꝝ in concipiendo, & gerendo, & pariendo filiū. Sed quia hoc nō habuit Maria p naturā sed p gratiam filij ultra cōem legem & sniam datam in primis parentibus, ideo subdit. Et bñdictus fructus uētris tui. Id. n. angelus nō dixit, eo ꝙ Christus nōdū conceptus erat. Omnes alij fructus mulieꝝ fuerūt maledicti suapte natura: sed fructus uentris tui est sanctus & bñdictus. Et quia ille bñdictus, ergo & tu benedicta. Benedicta arbor, benedictus & arboris fructus. Benedicta uirga de radice Iesse, benedictus & flos qui de radice ascendit. Benedicta talis mr̄, benedictus talis fruct⁹. Et unde hoc mihi, ut ueniat mr̄ domini mei ad me? Id est, q̄ mea iustitia, qbus factis uel meritis accidit hoc mihi. Neque. n. sanctitas, neq; religio, neq; nobilitas id p̄stitit, ut tanto honore digna sim. Nam postq; facta est uox salutationis tuæ in auribus meis, statim exultauit præ gaudio infans in utero meo. Ex quo noui spū ꝓphetico filium Dei in utero tuo carnē assumpsisse, ut simul esset Deus & homo. Quāobrē dico tibi in spū prophetico, de p̄terito ꝓphetando: ꝙ beata es quæ credidisti ipsi angelo. Nam corde credēdo, & uerbis assentiendo, cōcepisti filium dei. Iccirco iterum dico tibi ꝓpheticum sermonē de futuro explicando, ꝙ btā es, & eris; qm̄ perficient in te ea q̄ dicta sunt tibi ab angelo. Et sicut iā sunt aliqua completa, ita pari modo cætera perficientur. Audiēs aūt Maria uerba Elisabeth cōcordari cum uerbis angeli, statim

Quō Elisabeth effecta est prophetissa.

li, statim

li, statim prumpit in Dei laudem dicens. *Magnificat anima mea dominum.* Cāticum tam in ueteri q̃ in nouo testamento non repeni esse factum, nisi pro magnis beneficijs a deo receptis. Differunt tñ cantica ueteris & nouæ legis. Quia in ueteri testō factū est unum quodq; canticū pro tpalibus beneficijs, tūc receptis prout spūalia beneficia figurabāt. In nouo aūt testō ædita sunt cantica agendo gr̃as pro beneficijs nostræ redemptionis iā receptæ. Quæ quidem beneficia iam p̃figurata fuerunt in canticis ueteris testamenti prout in sequentibus agnoscere & uidere facile erit. Primum canticū cātauit Moyses cum toto ppl̃o pro liberatione Israel de Aegypto & mari rubro, ꝑut illa liberatio tpalis, uniuersalem redemptionē gn̄is humani de seruitute peccati & diaboli ptāte pulcherrime figurabat. Exod. 15.
Secundum canticum idem Moyses in fine uitæ edidit & cantauit dicens. Audite cœli quæ loquor. In quo prænunciat ingratitudinem & reprobationē illius ppl̃i negaturi Christum messiam uenturꝫ p̄dicendo electionē & cōuersionem gentilis ppl̃i ad fidem Christi. Deut. 32.
Tertium canticum cantauit Delbora cum Barath pro uictoria habita de Chananeis, eo ꝙ in manu mulieris. s. Iahel traditus est Sysara dux & princeps exercitus, q̃ perforauit caput eius clauo. Quamobrem tota illa uictoria mulieri attribuebatur. In cuius figura, uirgo Maria uirtute dei, de antiquo serpēte mirum ímodum triumphatura erat, ipsius caput conterendo. Iudic. 4.
Quartum canticū cantauit Anna mater Samuelis, eo ꝙ post lōgam sterilitatem conceperat Samuelem uirꝫ sanctum, & priuato Hely & filijs suis sacerdotio, & iudicis officio, translatum est sacerdotium & iudiciū in Samuelem, ꝑ quem figuratur xp̄s ex uirgine nascitu- 1. Reg. 1.

rus ad quem erat transferēdū regnū & sacerdotiū, reprobata synagoga. & dixit Exultauit cor meum in domino &c. Quintum canticū cantauit David, qui centum qnquaginta cantica, siue ps edidit, quibus in spū prædixit totum mysterium nostræ redemptionis, & oia futura mysteria de Christo & ecclesia. Sextum canticū cantauit Salomon, qui & ipse decem cantica cōpilauit, in qbus metaphorice sub nomine sponsi & spōsæ, pastoris & gregis, multa prędixit de xpo, uirgine, & ecclesia. Septimum cantauit Esaias pro nostra futura redemptione, quæ ipsi fuerat reuelata dicens. Confitebor tibi dñe, qm̄ iratus es mihi, & conuersus consolatus es me. &c. Octauum canticum cantauit Ezechias, eo q̄ fuit a morte ipsi denunciata reuocatus, prout figurabat liberationem gñis humani a morte æterna, & reuocationem ab inferis, cum dixit. Ego dixi in dimidio dierū meorū, uadam. &c. Nonū canticum cantauit Abachuc pro liberatione futura gñis humani de captiuitate diaboli, prout sibi fuerat reuelatum in figura liberatiōis ppl'i iudaici, de Babylonica captiuitate. Dixit ergo. Dñe audiui auditū tuum & timui. Dñe opus tuum in medio annorum uiuifica illud. &c. Decimū cāticum cantauerūt tres pueri in camino ignis ardentis, liberati ab oi læsione, per quā figurabaṫ liberatio gñis humani ab igne inferni, dicentes. Bñdicite oia opera dñi dño, laudate & superexaltate eum in secula. Ex his manifeste constat decē cantica uete. test. edita fuisse p̄ bñficijs tpalibus, quę futura spūalia figurabāt. Quā obrē uidens uirgo Maria q̄ oia quæ erant in lege scripta & pphetis, & q̄ antiqui futura cantauerant in supradictis canticis, iā partim erant cōpleta in ea p̄ incarnationē filij sui, cætera uero erāt in breui tpe

Psal. David 150.

Sal. cā. 10

Esaiæ 12.

Esa. 38.

Abach. 3.

Dan. 3.

complenda, ideo prorumpēs in laudem dei iam nō cantat illa cantica uetera, sed exultans in spū grās agens omnia illa esse cōpleta, cantat euangelicum canticum & nouum dicēs. *Magnificat anima mea dominum.* Pro cuius euidentia, tria præcipue sunt considerandā. Primo, quod hoc canticum tm̄ decem uersiculos complectitur, iuxta numerum decem cantico rum uet. test. Ex quo dicitur psalterium dechacordum euāgelicum, figuratum per psalteriū propheticum antiquæ legis, prout supra dictum est. Triplici aūt de cā mora fuit uirgo Maria ad cantandū hoc cantic. Primo, propter beneficia q̄ singulari modo ipsa recepit a Deo, prout dictum est ab angelo & Elisabeth. Secūdo, propter redemptionē totius gnis humani quæ in proximo futura erat. Tertio, quia xp̄s in lege & prophetis ex supradictis decē canticis promissus toti ppl'o israeli, iam erat in suo utero conceptus. — 1. Corda. — 1. cōsideratio.

Secundo est considerandū quod Deus sæpe numero magnificat, sanctificat, bn̄dicit, & hoīes glorificat. Interdum uero, hoīes magnificāt, sanctificant, benedicunt, & glificant deum: prout in diuinis scripturis hr̄: sed aliter & alr̄. Nam Deus magnificat nos ex paruis magnos faciēdo, & magna dona nobis cōferendo. Sanctificat uero, nos sanctos & iustos efficiendo. Et benedicit nos per sacra nobis uel quo uis alio modo grām elargiendo. Glorificat autem in cœlesti gloria nos collocando, & gl'iæ suæ, participes faciendo. Sed nos magnificamus, & sanctificamus, bn̄dicimus, & glificamus Deū, ipsum magnificum & sanctum, bn̄dictum, & gliosum per essentiam p̄dicando, magnifica quoque opa, sancta & benedicta quæ fecit nobis in ipsius glām confitendo, & mirum in modum corā oibus p̄conizando. — 2. cōsider.

Tertio, est animaduertendū ut nōnulli asserunt — 3. consider.

ꝙ hæc differunt,& inter se ordinem hñt.s.uereri, honorare,laudare,magnificare,glorificare, sanctificare,benedicere,& adorare. Nam reuereri idẽ est ꝙ existimare maius bonũ in altero ꝗ̃ in seipso. Et sic existimamus hoiem iustũ & uirtuosum meliorẽ nobis.Honorare est reuerentiã quã de altero in corde habemus ipsi opere exterius indicare.Vñ honor est exhibitio reuerentiæ in testimoniũ uirtutis. Laudare est honoratum aliis uerbis cõmẽdare.Magnificare est alicui⁹ magnifica opera publice ꝑdicare. Glorificare,est honoratũ,laudatũ magnificũ semꝑ & ubiq; præconizare. Sanctificare est alterius sanctitatem confiteri, siue ille sit sanctus ꝑ essentiã, siue ꝑ participationẽ. Benedicere est pro beneficiis a Deo receptis grãrum actiones exhibere. Adorare est reuerendũ,honorãdum,laudandũ, magnificãdum, glĩficandum ꝑꝑ eminẽtia oipotentiæ & sanctitatis colere,& oia bona ipsi tanq; datori soli attribuere,& oi spe & fiducia alioꝝ postposita se totum illi subiicere, & humiliare. Itaq; adoratio,oia antedicta præexigit. Et dicit̃ adoratio latria, q̃ soli Deo cõuenit.Dicit ergo Maria. Magnificat anima mea dñm. O Elisabeth,nõ magnifico me ipsam ꝑꝑ honores & dignitates qbus me cõmendasti & magnificasti: sed anima mea magnificat dñm,q me tãtis & tam magnis donis magnificauit. Hæc est.n. differentia inter supbum & humilẽ iustum. Nam superbus cũ laudatur & ab altero cõmendatur, totus gaudet & exultat in seipso, & sic in supbiã elatus seipsum glorificat & magnificat, oia illa bona ipsi attribuẽdo. Sed ꝑ oppositũ, humilis & iustus cum a ceteris laudat̃ & cõmẽdatur, nõ exultat nec gaudet in seipso,quasi a se habeat bona illa,sed lætatur in Deo a quo talia bona recepit. Sic uirgo Maria

Assertio Iacobi de ualentia.

Differẽtia inter supbũ & humilem.

pro oibus beneficijs a Deo receptis solum Deũ magnificat, qui semper est magnificandus pp eius essentiam quæ nunq̃ defluit, pp clementiam q̃ semp influit, pp prudentiam q̃ cuncta statuit, pp potẽtiã quæ mira condidit, pp iustitiam q̃ malos punit, & bonos p̃miat. Hanc cordam tetigit Dauid in psalmo dicẽs. Magnificate dñm mecum, & exaltem⁹ nomen eius in idipsum. Item: Benedic aĩa mea domino, dñe Deus meus magnificat⁹ est uehemẽter. *Qr̃o Deus meretur magnificari.* *Dauid tangit cordã.*

Et exultauit spiritus meus, in Deo salutari meo. Exultatio est reuelatio mentis in Deũ cum diuinorũ reuelatione, causata in nobis a spiritu sancto qua formaliter exultamus & gaudemus ad Dei gl'iam, signa lætitiæ exterius oñdendo. Vnde exultatio quatuor exposcit. Primo, eleuationem mentis in Deũ. Secũdo, diuinorũ reuelationẽ. Tertio, illam causatam esse a spiritusancto. Quarto, gaudiũ in aĩo cum exterioribus signis lætitiæ. Sic xp̃s exultauit orans in tẽplo, dicẽs. Pater clarifica filiũ tuũ. Ita exultauit Abrahã, teste saluatore. Abrahã exultauit ut uideret diem meũ. Sic Ioannes bap. infans, exultauit in utero matris. Pariter & Abacuch exultauit uidens in spiritu xp̃m natum, & dixit. Ego aũt in dño gaudebo, & exultabo in deo Iesu meo. Similimodo Anna mr̃ Samuelis exultauit concepto filio dicens. Exultauit cor meum in dño: et exaltatum est cornu meum in Deo meo. Cũ his oĩbus dixit beata uirgo. Et exultauit spũs meus in Deo salutari meo. Hi quatuor uiri & duæ mulieres mirũ immodum exultauerũt in dño. Ideo Dauid taugens hanc cordã ad Dei exultationem nos inuitat dicẽs. Venite exultemus dño, iubilemus Deo salutari nostro. Queadmodum de sanctis idem scribit. Exultabunt sancti in gloria, lætabuntur in cubilib⁹ suis. Iustos insup ad hanc exul *Quid sit exultatio.* *Ioan. 17.* *Ioan. 8.* *Abach. 3.* *1. Reg. 2.* *Dauid tetigit hanc cordam.*

Zach.9. tationẽ uocat. Exultate, inquit iusti in dño. Zacharias quoq; hãc tetigit chordã, clamans. Exulta satis filia sion, & iubila filia Hierusalem. Deinde subdit Maria. *Quia respexit humilitatem ancillæ suæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.* Respicere est uisum in id, quod posterius relictum est reducere. Humana. n. natura post tergũ Dei relicta fuit, eiecto Adam de paradiso: ubi iam Deus sup eam oculos posuerat. Hunc aũt per beatæ uirginis humilitatem uisum sup eam reduxit, misericordiæ. s. & grãæ, ipsa clamante. Respice in me & miserere mei. Rursus: Protector noster aspice Deus, & respice in faciem Christi tui. Sed summopere cõsiderandũ est, q aliter dñs respicit cõiter hoĩes: aliter obstinatos: aliter pœnitentes: & alr pfectos, siue electos. Cõiter. n. oẽs respicit, gressus nostros discutiẽdo, ut Salomon in canticis. En ipse stat post parietem nr̃m: prospiciens p cancellos, respiciens p fenestras. Paries. n. est corpus nostrum, post quẽ solus in rectitudine stetit. Cancelli sunt rimę luminis qbus cõsciẽtias illustrat. Fenestræ illustrationes aptæ, qbus opera ponderat & manifestat. Obstinatos aũt respicit condẽnando, iratum uultum ad eos cõuertẽdo, sicut scribitur in Exod. lib. Factum est in uigilia matutina, respexit dñs super castra ægyptiorũ, & subuertit rotas curruũ: ferebanturq; in pfundũ. Et de hoc respectu dicit Abacuch. Quare non respicis cõtemptores, & taces conculcante impio iustiorẽ se. Pœnitentes aũt respicit respectu misericordiæ, dissoluendo glaciem cordis eorũ, queadmodum dñs conuersus respexit Petrũ, & egressus Petrus foras fleuit amare. Nec mirũ, quia oculi dñi sunt sicut flãma ignis. Electos uero & pfectos respicit oculo beneplaciti sui, sicut scriptũ est. Respexit Deus ad A-

Marginal notes: *Respicere, quid.* — *Respicere dei multiplex.* — *Exod.14.* — *Abach. 1.* — *Luc.22.* — *Gene. 4.*

bel, & ad munera eius. Ad Cain aūt non respexit. Sic ergo respexit humilitatē, nō dicit castitatem, qa sicut dicit Augustinus, plus humilitas uirginis q̄ castitas placuit Deo. Aliqñ cū humilitate ea q̄ casta non fuit placuit. Quēadmodum mulier q̄ erat in ciuitate peccatrix. Nunq̄ aūt placuit castitas sine humilitate. Vnde uirgines fatue, uanitate supbiæ euanescentes displicuerūt. Quia sicut supbia initiū est omnis peccati, ita humilitas est radix & fundamētum oīum bonoꝝ. Nam dr̄ humilitas ab humo ꝙ est terra infimū elementum oīum elementoꝝ: ideo cadere non pōt. Sic humilis, qa Deus supbis resistit humilibus aūt dat grām. Item, terra est centrū hñs uirtutem attrahēdi oīa grauia ad se, ad instar humilis ad se oēs uirtutes attrahentis. Rursus, terra fructificat panem corporalē, ita humilitas panē uiuū. Humilitas ꝑterea est uirt⁹ qua quis seipm̄ agnoscit: cognitio aūt sui ipsius existit in quadruplici cognitione. prima, qua cognoscit naturā ꝓpriam, & oīa bona naturalia, spūalia & tpalia esse a Deo tm̄, a quo oē datum optimū, & oē donum pfectum. Secūda, qua cognoscit a primis parentibus habere corpus subiectum oībus miserijs, a qbus ēt traxit oē malū tam culpæ q̄ pœnę. Tertia, qua cognoscit a seipso non hr̄e nisi malum & pctm̄, & oē bonū esse a solo Deo. Quarta, qua cognoscit aīam tot bñficijs, et gratuitis bonis dotatam corpi infusam a Deo ad æternam beatitudinē finalr̄ ordinatā. Hanc igitur humilitatem habuit uirgo sacratissima quodāmodo a patre Dauid ueluti iure hęreditario, sicut ipse testatur. Ero inqt Dauid humilis in oculis meis. Agnouit.n. ꝙ non erat digna ut esset mr̄ Dei, sed ut obediret Deo dixerat. Ecce ancilla dñi. Itaq; ob ipsius fidem & humilitatem, mater Dei fieri meruit.

Magis humilitas q̄ castitas placet deo.

Laudes humilitatis.

Per humilitatē, qui libet agnoscit seipm.

2. Reg. 6.

Ideo dixit: Quia respexit humilitatem, nõ siqdem meã naturalem, sed illam quam in me plantauerat Deus cũ cęteris uirtutibus & bonis gratuitis. Ecce .n. ex hoc, q.s. me humiliaui, qa dñs qui in altis habitat, humilia respicit in coelo & in terra. Et q se humiliat exaltabitur. Ideo beatam me dicent, omnes generationes .s. Iudæorũ & gentilium, uel hebręorũ, græcorũ, & latinorũ: quæ erant tres linguæ pcipue, ex quibus collecta est ecclesia: quæ oẽs Mariã beatificant. Rursus, beatam me dicent oẽs gñationes .s. uirorũ, mulierũ, coniugatorũ, uirginũ, & uiduarũ. Virorũ .n. generatio dicit beatã, quia ad uiros per eam ppagata est benedictio: sicut p primã mrẽm maledictio. Mulierũ generatio beatã dicit, quia per eã liberata est a maledictionis opprobrio. Virginũ generatio dicit beatã, quia uirgo uirginum est, & flos florũ, florem seruãs pudicitię quæ nunq̃ emarcuit. Viduę aũt prędicãt beatã simul cũ Anna, q̃ confitebatur domino, & loquebaẽ de illo. Coniugatę uero in psona Elisabeth clamãt: Btã q̃ credidisti, qm̃ perficiẽtur in te oĩa. &c. Hæc est tertia chorda in hoc psalterio decachordo. Sed quemadmodum in psalterio materiali semp media chorda cõsonantiã habet cum pcedente & sequẽte in harmonia sonorum uel uocũ, sic in hoc psalterio uirginali huiusce uersiculus cõcordat cum pcedente & sequẽte in sententia, ideo dici põt. Quia respexit humilitatẽ ancillæ suæ, ecce .n. ex hoc beatã me dicent. &c. Vel, qa fecit mihi magna qui potẽs est, ecce .n. ex hoc beatam me dicent. &c. Dauid quoq̃ hãc tertiã chordã tetigerat dicens. Quis sicut dñs deus noster qui in altis habitat, & humilia respicit, &c. *Quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius.* Magna inq̃ fecit per innumerabiles dignitates quas sup omnes

Quõ oẽs generationes beatificãt Mariã

Luc. 2.

3. Chorda concordat cũ 1. & 2.

mulieres contulit mihi, quarum prima fuit singularis
prędestinatio. Secunda singularis sanctificatio, per
quam me ab oī pctō pręseruauit. Tertia, singularis
uirginitas ante ptum, in partu, & post partū. Quar
ta, singularis Dei maternitas, quia mater Dei natu- Dignita-
ralis effecta sum. Quinta, singularis spūssancti obū- tes Marie
bratio, per quā facta sum prophetissa. Alias quoque uirgini 2
innumeras dignitates contulit mihi dn̄s. Ideo fecit
mihi dn̄s magna qui potens est, secundum magni-
tudinem potentiæ suæ. Vbi nota q duplex est potē
tia, priuata uidelicet, & absoluta. priuata potentia
est quæ determinatur ad unū uel plura pducibilia,
extra tn̄ terminos suos, nihil agere pōt sicut est po-
tentia cœlorum, solis, ignis, aquæ, quæ sunt oēs limita Potētia ab
te potentiæ: potentia uero absoluta est quę nec pri soluta &
uatione, nec obligatione, nec termino, nec limite, a limitata:
quocunque posito uel ponēdo coarctari pōt. Et hæc
est potentia Dei. Ideo simplr dicitur, sine determi- Hebr. 2.
natione addita, qui potens est. Deus.n. oīpotens di
citur, quia bonos adiuuare potest, sicut dicit āpls. 1. Cor. 10
Iste potens est his qui tentantur auxiliari. Et alibi.
Non permittet uos tētari sup id, quod potestis. po- Eccl. 10.
test nihilominus malos refręnare, iuxta illud sapien
tis. Potestas hois in manu eius. Quēadmodū Saulū Actu. 9.
sæuientem in populū alloquebatur dicēs. Durum est
tibi contra stimulū calcitrare. Potest pinde culpas Matt. 8.
expiare, dicente leproso. Dn̄e si uis, potes me mun-
dare. Potest denique totum hoiem perdere, sicut ipse Matth. 10
testatur. Nolite timere eos qui occidūt corpus, sed
eum timete, qui pōt corpus & aīam pdere in gehē-
nam. Ideo dicit, qui potens est. Et subdit: Et sanctū
nomen eius. Sanctum qppe per essentiam, quia oīa
sanctificat. Nec est putandū q hic accipiat nomen
mentale, uocale, uel scriptum, sed nomen Dei potēs

& sanctum, est uerbum Dei icarnatum, quod erat
Quid sit nomẽ dei. in principio apud Deum. Ideo sanctum quo ad naturam diuinã, pariter & humanã. Hoc est illud nomen Dei. s. uerbum incarnatũ quod tm̃ desiderarũt patriarchæ & ꝓphetæ, de quo Deus dixit Moysi. Nomen meum nõdum reuelaui Abrahę, nec Isaac,
Esa. 30. nec Iacob. Hoc est illud nomen Dei, de quo dicit Esaias. Ecce nomen dñi uenit de longinquo. Non
Esa. 62. .n. de noie mentali, uocali. uel scripto, loquitur: sed de incarnato uerbo. Et alibi: Vtinam disrumperes
Prouer. 30. cœlos & descenderes, ut notum fieret nomẽ tuum .i. Christus. Hoc est nomen dñi incomprehensibile, de quo dicitur in ꝓuerbῄs. Quod est nomen Dei, aut filῄ eius? Dic si nosti. Sed est soli Deo comphensibile, notum, & manifestũ, de quo Ioannes in Apo
Apoc. 19. calypsi. Christus hẽt nomen scriptũ in diademate,
Marc. ult. qđ nemo nouit, nisi ipse. Et uestitus erat ueste asper
Philipp. 2. sa sanguine. Et uocabaẽ nomen eius uerbum Dei. Hoc est illud nomen Dei, de quo xp̃s. In noie meo dęmonia eῄcient. Apl's quoque. In noie Iesu omne genu flectatur, cęlestium, terrestrium, & infernoꝝ. Ibi. n. nomen Dei uel Christi ꝑsonaliter sumitur, & nõ materialr. Recte ergo dr̃, & sanctum nomẽ ei⁹.
Mĩa, miseratio. *Et misericordia eius a progenie in progenies timentibus eum.*
Misericordia differt a miseratiõe, quia prima dicit habitum, secunda actum. Misericordia aũt est habitus, & non sine passione, ideo non cadit in Deo nisi metaphorice. Cum. n. dicitur Deus misericors, per humanam simĩtudinem itelligitur, quia se habet sicut homo in opere misericordiæ, in hoc ꝙ afflicto condescendit & subuenit. De cuius misericordia magna, continua, suaui, discreta, plenum est totum uetus & nouum testm̃: ubi magis fiet mentio de misericordia, q̃ȝ de iustitia: quia apud dñm misericor

diã,& copiosa apud eum redẽptio.Ecclesia quoq;: Deus cui proprium est misereri semp & parcere. Dicit ergo beata uirgo. Et misericordia eius a ꝓge nie in ꝓgenies. A ꝓgenie uidelicet cœlesti,in proge nies terrestres. A progenie iudæoꝝ,in ꝓgenies nationum,siue gentilium. A progenie patrũ,in progenies filioꝝ. A progenie sanctoꝝ,in progenies peccatorum. Hæc igitur misericordia processit primo a progenie iudæoꝝ in apostolis & cæteris fidelib⁹ recipientibus xp̃m ex illo pplo. Et successit in ꝓgenies gentilium prædicatione aplorum,& ita fruct⁹ redemptionis subuenit & ꝓfluit successiue omnib⁹ timentibus Deũ a progenie in progenies, & a prima ætate,usq; in finem mũdi. Et nota,q; ibi nõ capitur timor pro timore seruili,seu mũdano: sed pro timore casto,& sancto. Aliter.n.timet seruus aliter filius,aliter uxor,aliter uir iustus & sanctus. Seruus .n.timet facere malũ,ne uerberetur a dño. Filius timet patrem,ne priuetur hæreditate. Vxor timet uirum,ne separetur,& dimittat illam. Sed uir sanctus & iustus timet peccare cõtra Deum, ne displiceat ei quem diligit pp se, & plusquam seipsum: & oĩa alia pp Deum. Et hic timor stat cũ summa charitate,oẽmq; seruilem timorẽ foras mittit. Dicit ergo. Et misericordia eius a progenie in progenies timẽtibus eum. Deinde subdit. *Fecit potentiam in brachio suo, dispersit superbos mente cordis sui.* Deum facere potentiam,est oĩbus oĩpotentiam suam oñdere & explicare. Vel facere potentiam est res potentissimas efficere,ad potentissimum principem pertinentes. Brachium aũt dñi est filius incarnatus,qa sicut brachium de corpe, & de brachio manus, uel digitus, sic filius de patre,& de patre & filio est spũssanct⁹, q dr̃ digit⁹ dei,iuxta illud. Si in digito Dei eĳcio dæ

Discursus de ꝓgenie in ꝓgenies

Timor multiplex.

Quo xp̃s dicitur brachium

Luc. 11. monia,inquit Christus.i.in uirtute Spiritus sancti.
Esa. 53. Christus ergo est brachium dñi, de quo admirans Esaias ait. Brachium dñi,cui reuelatum est? id est, uerbum incarnatum,paucis reuelatũ est. Qui paulo ante dixerat. Brachiũ sanctũ suum parauit dñs in oculis oĩum gentium. Accipit etiam brachium pro potentia,uirtute, & fortitudine: queadmodum & superior pars brachij q̃ est inter cubitum & hume-
Esaiæ 51. rum dr̃ adiutorium & fortitudo, sicut ille idem ait. Consurge consurge induere fortitudinem brachiũ dñi. Fecit igitur Deus potentiã.i.opera singularis
Esa. 18. potentiæ in brachio suo.i.in filio suo. Primo,mũdũ
Eccl. 38. creando,sicut per Esaiam dicit. Manus mea fundauit terram,& dextera mea mẽsa est cœlos. Item: Figulus sedẽs ad opus suum in brachio suo formabit
Psal. 88. lutum. Secũdo,diabolum & suos deijciendo, & ini
Esa. 63. micos expugnãdo. Tu humiliasti, ingt psalmista,
Esa. 51. sicut uulneratum superbũ,in brachio tuo dispersisti oẽs inimicos tuos. Rursus: Saluabit mihi brachiũ meum, & indignatio mea auxiliata est mihi. Item, Esaias. Brachium dñi nõne tu percussisti superbũ? Vulnerasti dracone,seccasti mare aqs abyssi uehe-
Psal. 76. mentis. Tertio,fecit potẽtiam in brachio suo,mun-
Psal. 97. dum redimendo,teste psalmista. Redemisti in bra-
Esaiæ 40. chio tuo pplm tuũ. Item: Saluauit sibi dextera ei⁹, & brachium sanctum eius. Quarto,oues deperditas congregando. In brachio suo, inqt Esaias, cõgregabit agnos,& i sinu suo leuabit,fœtas ipse portabit. Quia queadmodũ mater fert filios suos i brachio,
Esaiæ 51. sic Deus in brachio suo auxiliat nobis. Quinto,totum mũdum iudicando: sicut testatur Esaias. Brachia dñi.i. Christus & Apli pplos iudicabunt: & brachia peccatorũ conterent.&c. Dispersit supbos mente cordis sui. Superbi in cœlo regnare mi-
Esa. 14.

rime pñt, ut patet de Lucifero, de quo Esaias. Qũo cecidisti Lucifer de cœlo? &c. In aere insuper supbi regnare nequeunt, sicut liquet de ædificantibus ciuitatem & turrim, quos deiecit dñs, descendens & cõfundens linguas eorũ. Supbissimi quoq; Dathã, Chorea, & Abyron, super terrã stare nõ ualuerũt: quæ aperuit os suũ & deglutiuit eos. Pharao pterea in superbiam elatus aiebat. Mea sunt flumina, et ego feci ea. Quãobrem submersus est in pfundum maris. Nabuchodonosor proinde q statuam nomini suo dicatam erexit, ut oẽs adorarent eã, sicut bos septẽ annis comedit fœnũ. Sic Balthasar, Senacherib, Holofernes, Aman, Iudæi supbissimi, oẽs deiecti & dispersi sunt. Dicit ergo beatissima uirgo. Fecit potentiam in brachio suo, dispersit supbos mente cordis sui. Id est deiecit eos a supbia & mala mẽte, maloq; pposito cordis sui, quia oĩa mala q̃ uitare putabant euenerunt eis. Et ita frustrati sunt desiderio suo. Vel dispersit Deus supbos mente. i. beneplacito cordis sui. Iuxta illud sapientis. Radices gẽtium supborũ arefecit Deus. *Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles.* Deposuit Saul de sede regni, cui dixerat Samuel: Scidit dñs regnũ Israel a te hodie: & tradidit illud pximo tuo meliori te. Et exaltauit humilem Dauidem. Per potentes igit̃ pcipue iudæos intelligit uirgo Maria, quorũ sedes quadruplex erat. Scilicet regia, Iudicialis, Sacerdotalis, Doctrinalis. In prima sedebant reges. In secũda iudices. In tertia sacerdotes. In quarta doctores. Ab his oĩbus sedibus p brachium dñi depositi sunt potentes iudæi, tum maxime scribe & pharisæi supbi & inuidi, timentes perdere dñium, & sedẽ iudicialem & sacerdotalẽ, ac bona tpalia, noluerunt xpm audire, sed ipsum psecuti sunt; & tãdem crucifixe-

Gen. 11.
Num. 16.
Exod. 14.
Dan. 4.
Eccl. 10.
1. Reg. 15.
Quadruplex sedes iudæorum

runt eum. Quãobrem merito & iuste deposuit eos xp̃s de sede regia, sacerdotali, & iudiciali, & transtulit regnum & sacerdotium in pplm christianum. Exaltauit quoq; hoies pauperes & humiles, & piscatores, quẽadmodum fuerunt apl'i, & alij cõuersi de pp'o gentili. Dicit ergo uirgo Maria. Deposuit potentes. s. in dignitate positos de sede quadruplici. s. de sede sacerdotali, qa translatum est iudæoꝝ sacerdotium, in sacerdotiũ xp̃i. Sacerdotium Aarõ,
Dan. 9. in nouum sacerdotiũ Melchisedech. ideo Daniel: cũ uenerit sanctus sanctoꝝ, cessabit unctio uestra. De sede regię dignitatis eos p̃cipitando, iuxta illud
Eccli. 10. sapientis. Sedes ducũ supboꝝ, destruxit Deus. De
Esaiæ 6. sede doctrinæ iudæos excæcãdo, de quibus Esaias.
Matt. 21. Excæca cor ppl'i huius. Et dñs in euangelio. Aufere
Iob. 36. tur a uobis regnũ dei. i. sacræ scripturæ intellectus,
Matth. 16. uobis per obstinationẽ excæcatis adimetur. De sede iudiciaria, illã in iudicio pauperibus erogando. Vnde Iob. Iudicium paupibus tribuit. i. apostolis, q bus dixerat dñs. Sedebitis sup sedes, iudicãtes duo decim tribus Israel. Et nõ solum de his sedibus deposuit scribas & pharisæos & principes sacerdotum, uerũetiam potentes ciues iudæoꝝ, deposuit de loco, & ciuitate ac libertate: quia combusta & euersa ciuitate cum tẽplo, destructisq; cæteris ciuitatibus Iudææ & Galileæ, eos de tota terra promissionis eiecit, ac p totum mundum dispsos in captiuitate redegit. Et ita de hac depositiõe, ac iudęorũ dispersione in hoc cantico miꝝ immodum p̄phetauit. Et exaltauit humiles. Et merito quidem, qm̃ qui se humiliat exaltabitur. Quẽadmodum. n. superbia reddit hoiem ineptum ad oẽm uirtutẽ, honorem, dignitatem & grãm recipiendã, ita humilitas, hoiem habilem ad oẽm uirtutem, dignitatem,

323

& gr̃am capescendam disponit, & efficit. Et sicut superbis negat ueniam, uersa uice humilibus misericordiam prestat. Hac igitur de cã, Christus nõ usus est misericordia cũ diabolo supbo, & iudæis obstinatis, quia inepti erãt & indispositi ad misericordiã & ueniam capescendã, Profuit aũt oĩbus humilib⁹, quales fuerunt apl̃i, & discipuli, ac cæteri xp̃i fideles, quos exaltauit hic p̲ gr̃am, & in futuro per gloriam. Hãc quoq; chordã tetigit Dauid dicẽs. Suscitans a terra inopem, & de stercore erigens pauperem. Vt collocet eũ cum principib⁹, cũ principib⁹ ppl̃i sui. *Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes.* *Esurire quid.*

Esurire, famescere, uel sitire, maius est q̃ꝫ desiderare. Vnde esurire, siue famescere idem est q̲ desiderare & cibum callidũ & siccum appetere ex necessitate pp deperditi restaurationẽ. Sitire uero idem est q̲ desiderare humidum & frigidũ, etiam pp restaurationẽ dep̲diti. Id aũt cum oĩ conatu & necessitate. Vnde quis fastidiens unũ cibum ex abundãtia, põt alium appetere uel desiderare, sed nõ dicit esurire. Esurit.n. ille qui omni conatu suo q̃rit cibũ, & quẽcunq; appositũ comedit. Sic sitiens, oĩ robore suo quęrit ut bibat, siue uinum, siue aquam: pp uehemẽtem appetitum & necessitatem. A sim̃ ergo ita dicẽdum est de esurie et siti spũali. Nam multi spũalem cibum & potum appetũt ad aĩæ salutem, grę quoque deperditę restaurationẽ, non tñ esuriunt neque sitiunt, quia nõ apponunt robur, conatũ & diligentiam ad quærendũ & recipiendũ, cum habeãt opportunitatem. Sed ille uere esurit & sitit spũalem cibum & potũ, ac ueram iustitiã, qui absq; mora dimittendo pc̃tm̃ quærit illam p̲ baptismũ & pñiam. Ideo xp̃s ait. Beati q esuriunt & sitiunt iustitiã, qm̃ ipsi saturabuntur. Non dixit beati qui iustificãtur, *De esurie & siti spirituali.* *Esurire iustitiã quid.*

m,misericors & miserator dominus escam dedit
on corpalem sed spũalem.s.eucharistiæ, quia sub-
it timentibus se. Salumon quoq; . Paratum panẽ Sapien. 16
e cœlo præstitisti illis sine labore, hñtem in se oẽ
electamẽtum, & oẽ suauitatis saporẽ. De tertia,
salmographus testat: Aperi os tuum,hoc est desi- Psal. 80.
erium tuũ,& ego implebo illud. Sapiens ꝓinde,
Cibauit eum pane uitæ & intellectus, & aqua sapiẽ Eccl. 15.
æ salutaris potauit illum.De quarta,qui edũt me,
nquit,consolatio spũsancti adhuc esurient.Dulce-
lo nullius consolationis semꝑ excitat desiderium,
it iterum accipiatur,& amplius infundatur,etiã ut
abita continuetur. Sic igitur esurientes implet de9
ibus his bonis.Et diuites dimisit inanes: Quia ter
a uiuentium erit eis inanis & uacua ꝑꝑ inordinatũ Psal. 75.
errenoꝝ affectum.De qbus psalmista.Dormierũt
omnum suum,& nihil inuenerunt oẽs uiri diuitiaꝝ
uaꝝ in manibus suis. Diuites.n.huius seculi, nihil
hñt in futuro,quia hic receperunt bona in uita sua,
deoq; si diuitijs suis non mercantur cœlestia a pau
peribus quoꝝ est regnũ Dei,nihil inuenient in futu
ro seculo.Quamobrẽ dicit dñs in euãgelio: Facite
uobis amicos de mãmona iniquitatis,ut cũ defece- Luce 16.
ritis recipiant uos in æterna tabernacula. Diuitiæ Psal. 61.
igitur si affluant,inquit psalmista, nolite cor appo- Iob 27.
nere. Quia Iob clamat.Diues cũ dormierit nihil se-
cum affert,aperiet oculos suos, & nihil inueniet.
Dupliciter ergo scribæ,& pharisæi, & principes sa
cerdotum ac cæteri iudæi obstinati diuites dicebã-
tur.Primo,quia tm̃ diuitijs temporalibus fidebant,
& non Deo:quas inordinate quærebant: & iniuste
possidebant.Secundo,quia ipsi soli præ manib9 le-
gem habebant, & ꝓphetas in qbus spirituales di-
uitiæ latebant. Sed ꝑꝑ temporales,spũales contẽ-

ꝙ hæc differunt, & inter se ordinem hn̄t. s. revereri, honorare, laudare, magnificare, glorificare, sanctificare, benedicere, & adorare. Nam revereri idē est ꝙ existimare maius bonū in altero ꝗ̄ in seipso. Et sic existimamus hoīem iustū & uirtuosum meliorē nobis. Honorare est reuerentiā quā de altero in corde habemus ipsi opere exterius indicare. Vn̄ honor est exhibitio reuerentiæ in testimoniū uirtutis. Laudare est honoratum aliȷs uerbis cōmēdare. Magnificare est alicui⁹ magnifica opera publice ꝓdicare. Glorificare, est honoratū, laudatū magnificū semꝑ & ubiq; præconizare. Sanctificare est alterius sanctitatem confiteri, siue ille sit sanctus ꝑ essentiā, siue ꝑ participationē. Benedicere est pro beneficiȷs a Deo receptis grārum actiones exhibere. Adorare est reuerendū, honorādum, laudandū, magnificādum, gl'ificandum ꝓꝑ eminētia oīpotentiæ & sanctitatis colere, & oīa bona ipsi tanꝗ̄ datori soli attribuere, & oī spe & fiducia alioꝝ postposita se totum illi subȷ̈cere, & humiliare. Itaq; adoratio, oīa antedicta præexigit. Et dicit̄ adoratio latria, q̄ soli Deo cōuenit. Dicit ergo Maria. Magnificat anima mea dn̄m. O Elisabeth, nō magnifico me ipsam ꝓꝑ honores & dignitates q̄bus me cōmendasti & magnificasti: sed anima mea magnificat dn̄m, q me tātis & tam magnis donis magnificauit. Hæc est. n. differentia inter supbum & humilē iustum. Nam superbus cū laudatur & ab altero cōmendatur, totus gaudet & exultat in seipso, & sic in supbiā elatus seipsum glorificat & magnificat, oīa illa bona ipsi attribuēdo. Sed ꝑ oppositū, humilis & iustus cum a cęteris laudat̄ & cōmēdatur, nō exultat nec gaudet in seipso, quasi a se habeat bona illa, sed lætatur in Deo a quo talia bona recepit. Sic uirgo Maria

Assertio Iacobi de ualentia.

Differētia inter supbū & humilem.

pro oībus beneficijs a Deo receptis solum Deū magnificat, qui semper est magnificandus pp eius essentiam quæ nunq̄ defluit, pp clementiam q̄ semp influit, pp prudentiam q̄ cuncta statuit, pp potētiā quæ mira condidit, pp iustitiam q̄ malos punit, & bonos p̄miat. Hanc cordam tetigit Dauid in psalmo dicēs. Magnificate dñm mecum, & exaltem⁹ nomen eius in idipsum. Item: Benedic aīa mea domino, dñe Deus meus magnificat⁹ est uehemēter. *Quo Deus meretur magnificari. David tangit cordā.*

Et exultauit spiritus meus, in Deo salutari meo. Exultatio est reuelatio mentis in Deū cum diuinoꝝ reuelatione, causata in nobis a spiritu sancto qua formaliter exultamus & gaudemus ad Dei glīam, signa lætitiæ exterius ōndendo. Vnde exultatio quatuor exposcit. Primo, eleuationem mentis in Deū. Secūdo, diuinoꝝ reuelationē. Tertio, illam causatam esse a spiritusancto. Quarto, gaudiū in aīo cum exterioribus signis lætitiæ. Sic xp̄s exultauit orans in tēplo, dicēs. Pater clarifica filiū tuū. Ita exultauit Abrahā, teste saluatore. Abrahā exultauit ut uideret diem meū. Sic Ioannes bap. infans, exultauit in utero matris. Pariter & Abacuch exultauit uidens in spiritu xp̄m natum, & dixit. Ego aūt in dño gaudebo, & exultabo in deo Iesu meo. Simili modo Anna mr̄ Samuelis exultauit concepto filio dicens. Exultauit cor meum in dño: et exaltatum est cornu meum in Deo meo. Cū his oībus dixit beata uirgo. Et exultauit spūs meus in Deo salutari meo. Hi quatuor uiri & duæ mulieres miꝝ immodum exultauerūt in dño. Ideo Dauid tangens hanc cordā ad Dei exultationem nos inuitat dicēs. Venite exultemus dño, iubilemus Deo salutari nostro. Quēadmodum de sanctis idem scribit. Exultabunt sancti in gloria, lætabuntur in cubilib⁹ suis. Iustos insup ad hanc exul *Quid sit exultatio. Ioan. 17. Ioan. 8. Abach. 3. I. Reg. 2. David tetigit hanc cordam.*

Zach. 9. tationẽ uocat. Exultate, inquit iusti in dño. Zacharias quoq; hãc tetigit chordã, clamans: Exulta satis filia sion, & iubila filia Hierusalem. Deinde subdit Maria: *Quia respexit humilitatem ancillæ suæ; ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.* Respicere est uisum in id, quod posterius relictum est reducere. Humana.n.natura post tergũ Dei relicta fuit, eiecto Adam de paradiso: ubi iam Deus sup eam oculos posuerat. Hunc aũt per beatæ uirginis humilitatem uisum sup eam reduxit, misericordiæ.s. & grẽ, ipsa clamante. Respice in me & miserere mei. Rursus: Protector noster aspice Deus, & respice in faciem Christi tui. Sed summopere cõsiderandũ est, q̃ aliter dñs respicit cõiter hoĩes: aliter obstinatos: aliter pœnitentes: & alr̃ pfectos, siue electos. Cõiter.n.oẽs respicit, gressus nostros discutiẽdo, ut Salomon in canticis. En ipse stat post parietem nr̃m: prospiciens p cancellos, respiciens p fenestras. Paries.n.est corpus nostrum, post quẽ solus in rectitudine stetit. Cancelli sunt rimę luminis q̃bus cõsciẽtias illustrat. Fenestræ illustrationes aptæ, q̃bus opera ponderat & manifestat. Obstinatos aũt respicit condẽnando, iratum uultum ad eos cõuertẽdo, sicut scribitur in Exod. lib. Factum est in uigilia matutina, respexit dñs super castra ægyptiorũ, & subuertit rotas curruũ: ferebanturq; in pfundũ. Et de hoc respectu dicit Abacuch. Quare non respicis cõtemptores, & taces conculcante impio iustiorẽ se. Pœnitentes aũt respicit respectu misericordiæ, dissoluendo glaciem cordis eorũ, quẽadmodum dñs conuersus respexit Petrũ, & egressus Petrus foras fleuit amare. Nec mirũ, quia oculi dñi sunt sicut flãma ignis. Electos uero & pfectos respicit oculo beneplaciti sui, sicut scriptũ est. Respexit Deus ad A-

Respicere, quid.

Respicere dei multiplex.

Exod. 14.

Abach. 1.

Luc. 22.

Gene. 4.

bel, & ad munera eius. Ad Cain aũt non respexit. Sic ergo respexit humilitatẽ, nõ dicit castitatem, q̃a sicut dicit Augustinus, plus humilitas uirginis q̃ castitas placuit Deo. Aliq̃n cũ humilitate ea q̃ casta non fuit placuit. Queadmodum mulier q̃ erat in ciuitate peccatrix. Nunq̃ aũt placuit castitas sine humilitate. Vnde uirgines fatue, uanitate sup̃biæ euanescentes displicuerũt. Quia sicut sup̃bia initiũ est omnis peccati, ita humilitas est radix & fundamẽtum oĩum bonorũ. Nam dr̃ humilitas ab humo q̃ est terra infimũ elementum oĩum elementorũ: ideo cadere non põt. Sic humilis, q̃a Deus sup̃bis resistit humilibus aũt dat grãm. Item, terra est centrũ hñs uirtutem attrahẽdi oĩa grauia ad se, ad instar humilis ad se oẽs uirtutes attrahentis. Rursus, terra fructificat panem corporalẽ, ita humilitas panẽ uiuũ. Humilitas p̃terea est uirt⁹ qua quis seip̃m agnoscit: cognitio aũt sui ipsius existit in quadruplici cognitione. prima, qua cognoscit naturã p̃priam, & oĩa bona naturalia, spũalia & t̃palia esse a Deo tm̃, a quo oẽ datum optimũ, & oẽ donum p̃fectum. Secũda, qua cognoscit a primis parentibus habere corpus subiectum oĩbus miserĳs, a q̃bus ẽt traxit oẽ malũ tam culpæ q̃ pœnę. Tertia, qua cognoscit a seipso non hr̃e nisi malum & pc̃tm̃, & oẽ bonũ esse a solo Deo. Quarta, qua cognoscit aĩam tot bñficĳs, et gratuitis bonis dotatam corpi infusam a Deo ad æternam beatitudinẽ finalr̃ ordinatã. Hanc igitur humilitatem habuit uirgo sacratissima quodãmodo a patre Dauid ueluti iure hęreditario, sicut ipse testatur. Ero inq̃t Dauid humilis in oculis meis. Agnouit. n. q̃ non erat digna ut esset mr̃ Dei, sed ut obediret Deo dixerat. Ecce ancilla dñi. Itaq̃ ob ipsius fidem & humilitatem, mater Dei fieri meruit.

Magis humilitas q̃ castitas placet deo.

Laudes humilitatis.

Per humilitatẽ, quilibet agnoscit seip̃m.

2. Reg. 6.

Ideo dixit: Quia respexit humilitatem, nõ siquidem meã naturalem, sed illam quam in me plantauerat Deus cũ cęteris uirtutibus & bonis gratuitis. Ecce en. ex hoc, qꝫ, s. me humiliaui, qa dñs qui in altis habitat, humilia respicit in coelo & in terra. Et q se humiliat exaltabitur. Ideo beatam me dicent, omnes generationes. s. Iudæorꝫ & gentilium, uel hebręorꝫ, græcorꝫ, & latinorꝫ: quæ erant tres linguæ p̃cipuę: ex quibus collecta est ecclesia: quæ oẽs Mariã beatificant. Rursus, beatam me dicent oẽs gñationes. s. uirorꝫ, mulierꝫ, coniugatorꝫ, uirginũ, & uiduarꝫ. Virorꝫ. n. generatio dicit beatã, quia ad uiros per eam ꝓpagata est benedictio: sicut ꝑ primã mr̃em maledictio. Mulierꝫ generatio beatã dicit, quia per eã liberata est a maledictionis opprobrio. Virginũ generatio dicit beatã, quia uirgo uirginum est, & flos florꝫ, florem seruãs pudicitię quæ nunq̃ emarcuit. Viduę aũt prędicãt beatã simul cũ Anna, q̃ confitebatur domino, & loquebat̃ de illo. Coniugatę uero in ꝑsona Elisabeth clamãt: Btã q̃ credidisti, qm̃ perficiẽtur in te oĩa. &c. Hæc est tertia chorda in hoc psalterio decachordo. Sed quemadmodum in psalterio materiali semꝑ media chorda cõsonantiã habet cum p̃cedente & sequẽte in harmonia sonorum uel uocũ, sic in hoc psalterio uirginali huiusce uersiculus cõcordat cum p̃cedente & sequẽte in sententia; ideo dici põt. Quia respexit humilitatẽ ancillæ suæ, ecce. n. ex hoc beatã me dicent. &c. Vel, qa fecit mihi magna qui potẽs est, ecce. n. ex hoc beatam me dicent. &c. Dauid quoq; hãc tertiã chordã tetigerat dicens. Quis sicut dñs deus noster qui in altis habitat, & humilia respicit, &c. *Quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius.* Magna inq̃ fecit per innumerabiles dignitates quas suꝑ omnes

Quõo oẽs generationes beatificãt Mariã

Luc. 2.

3. Chorda concordat cũ 1. & 2.

mulieres contulit mihi, quarũ prima fuit singularis prędestinatio. Secunda singularis sanctificatio, per quam me ab oi pctō pręseruauit. Tertia, singularis uirginitas ante ptum, in partu, & post partū. Quarta, singularis Dei maternitas, quia mater Dei naturalis effecta sum. Quinta, singularis spūssancti obūbratio, per quā facta sum prophetissa. Alias quoq; innúmeras dignitates contulit mihi dñs. Ideo fecit mihi dñs magna qui potens est, secundum magnitudinem potentiæ suæ. Vbi nota q duplex est potētia, priuata uidelicet, & absoluta. priuata potentia est quæ determinatur ad unū uel plura pducibilia, extra tñ terminos suos, nihil agere pōt sicut est potentia cœlorũ, solis, ignis, aquæ, quæ sunt oēs limitatæ potentiæ. potentia uero absoluta est quę nec priuatione, nec obligatione, nec termino, nec limite, a quocunq; posito uel ponēdo coarctari pōt. Et hæc est potentia Dei. Ideo simplr dicitur, sine determinatione addita, qui potens est. Deus.n.oipotens dicitur, quia bonos adiuuare potest, sicut dicit āpls. Iste potens est his qui tentantur auxiliari. Et alibi. Non permittet uos tētari sup id, quod potestis. potest nihilominus malos refręnare, iuxta illud sapientis. Potestas hois in manu eius. Queadmodū Saulū sæuientem in populū alloquebatur dicēs. Durũ est tibi contra stimulū calcitrare. Potest pinde culpas expiare, dicente leproso. Dñe si uis, potes me mundare. Potest deniq; totum hoiem perdere, sicut ipse testatur. Noli te timere eos qui occidūt corpus, sed eum timete, qui pōt corpus & aiam pdere in gehēnam. Ideo dicit, qui potens est. Et subdit: Et sanctū nomen eius. Sanctum qppe per essentiam, quia oia sanctificat. Nec est putandū q hic accipiat nomen mentale, uocale, uel scriptum, sed nomen Dei potēs

Dignitates Mariæ uirginis.

Potētia absoluta & limitata.

Hebr. 2.

1. Cor. 10

Eccl. 10.

Actu. 9.

Matt. 8.

Matth. 10

& sanctũm, est uerbum Dei ĩcarnatum, quod erat
Quid sit nomẽ dei. in principio apud Deum. Ideo sanctum quo ad naturam diuinã, pariter & humanã. Hoc est illud nomen Dei. s. uerbum incarnatũ quod tm̃ desiderarũt patriarchæ & ꝓphetæ, de quo Deus dixit Moysi. Nomen meum nõdum reuelaui Abrahę, nec Isaac,
Esa. 30. nec Iacob. Hoc est illud nomen Dei, de quo dicit Esaias. Ecce nomen dñi uenit de longinquo. Non
Esa. 62. .n. de noĩe mentali, uocali. uel scripto, loquitur: sed de incarnato uerbo. Et alibi: Vtinam disrumperes
Prouer. 30. cœlos & descenderes, ut notum fieret nomẽ tuum .i. Christus. Hoc est nomen dñi incomprehensibile, de quo dicitur in ꝓuerbijs. Quod est nomen Dei, aut filij eius? Dic si nosti. Sed est soli Deo cõphensibile, notum, & manifestũ, de quo Ioannes in Apo
Apoc. 19. calypsi. Christus hẽt nomen scriptũ in diademate,
Marc. ult. qd nemo nouit, nisi ipse. Et uestitus erat ueste asper
Philipp. 2. sa sanguine. Et uocabať nomen eius uerbum Dei. Hoc est illud nomen Dei, de quo xp̃s. In noĩe meo dęmonia ejcient. Apl's quoque. In noĩe Iesu omne genu flectatur, cęlestium, terrestrium, & infernoꝝ. Ibi .n. nomen Dei uel Christi ꝑsonaliter sumitur, & nõ materialr. Recte ergo dr̃, & sanctum nomẽ ei⁹.

Mia, miseratio. *Et misericordia eius a progenie in progenies timentibus eum.*

Misericordia differt a miseratiõe, quia prima dicit habitum, secunda actum. Misericordia aũt est habitus, & non sine passione, ideo non cadit in Deo nisi metaphorice. Cum .n. dicitur Deus misericors, per humanam sĩtudinem ĩtelligitur, quia se habet sicut homo in opere misericordiæ, in hoc ꝙ afflicto condescendit & subuenit. De cuius misericordia magna, continua, suaui, discreta, plenum est totum uetus & nouum testm̃: ubi magis fiet mentio de misericordia, ꝗ̃ de iustitia: quia apud dñm misericor

diá,& copiosa apud eum redẽptió. Ecclesia quoq;: Deus cui proprium est misereri semp & parcere. Dicit ergo beata uirgo. Et misericordia eius a ꝓge nie in ꝓgenies. A ꝓgenie uidelicet cœlesti, in proge nies terrestres. A progenie iudæoꝝ, in ꝓgenies nationum, siue gentilium. A progenie patrũ, in proge nies filioꝝ. A progenie sanctoꝝ, in progenies peccatorum. Hæc igitur misericordia processit primo, a progenie iudæoꝝ in apostolis & cæteris fidelib⁹ recipientibus xp̃m ex illo pp̃lo. Et successit in ꝓgenies gentilium prædicatione ap̃lorum, & ita fruct⁹ redemptionis subuenit & ꝓfluit successiue omnib⁹ timentibus Deũ a progenie in progenies, & a prima ætate, usq; in finem mũdi. Et nota, q̃ ibi nõ capitur timor pro timore seruili, seu mũdano: sed pro timore casto, & sancto. Aliter.n. timet seruus aliter filius, aliter uxor, aliter uir iustus & sanctus. Seruus .n. timet facere malũ, ne uerberetur a dño. Filius timet patrem, ne priuetur hæreditate. Vxor timet uirum, ne separetur, & dimittat illam. Sed uir sanctus & iustus timet peccare cõtra Deum, ne displiceat ei quem diligit pp se, & plusquam seipsum: & oĩa alia pp Deum. Et hic timor stat cũ summa charitate, oẽmq́; seruilem timorẽ foras mittit. Dicit ergo. Et misericordia eius a progenie in progenies timẽtibus eum. Deinde subdit. *Fecit potentiam in brachio suo, dispersit superbos mente cordis sui.* Deum facere potentiam, est oĩbus oĩpotentiam suam ostẽdere & explicare. Vel facere potentiam est res potentissimas efficere, ad potentissimum principem pertinentes. Brachium aũt dñi est filius incarnatus, qa sicut brachium de corpe, & de brachio manus, uel digitus, sic filius de patre, & de patre & filio est spũssanct⁹, q dr̃ digit⁹ dei, iuxta illud. Si in digito Dei ejcio dæ

Discursus de ꝓgenie in ꝓgenies

Timor multiplex.

Quõ xp̃s dicitur brachium

Luc. 11. monia, inquit Christus, i. in uirtute Spiritussancti.
Esa. 53. Christus ergo est brachium dñi, de quo admirans
Esaias ait. Brachium dñi, cui reuelatum est? id est,
uerbum incarnatum, paucis reuelatũ est. Qui paulo
ante dixerat. Brachiũ sanctũ suum parauit dñs in
oculis oĩum gentium. Accipit etiam brachium pro
potentia, uirtute, & fortitudine: queadmodum et
superior pars brachij q̃ est inter cubitum & hume-
Esaie 51. rum dr̃ adiutorium & fortitudo, sicut ille idem ait.
Consurge consurge induere fortitudinem brachiũ
dñi. Fecit igitur Deus potentiã. i. opera singularis
Esa. 18. potentiæ in brachio suo. i. in filio suo. Primo, mũdũ
Eccl. 38. creando, sicut per Esaiam dicit. Manus mea funda-
uit terram, & dextera mea mẽsa est cœlos. Item: Fi-
gulus sedẽs ad opus suum in brachio suo formabit
Psal. 88. lutum. Secũdo, diabolum & suos deijciendo, & ini
Esa. 63. micos expugnãdo. Tu humiliasti, inqt psalmista,
Esa. 51. sicut uulneratum superbũ, in brachio tuo dispersisti
oẽs inimicos tuos. Rursus: Saluabit mihi brachiũ
meum, & indignatio mea auxiliata est mihi. Item,
Esaias. Brachium dñi nõne tu percussisti superbũ?
Vulnerasti dracone, seccasti mare aqs abyssi uehe-
Psal. 76. mentis. Tertio, fecit potẽtiam in brachio suo, mun-
Psal. 97. dum redimendo, teste psalmista. Redemisti in bra-
Esaie 40. chio tuo pplm̃ tuũ. Item: Saluauit sibi dextera ei⁹,
& brachium sanctum eius. Quarto, oues depditas
congregando. In brachio suo, inqt Esaias, cõgrega
bit agnos, & ĩ sinu suo leuabit, fœtas ipse portabit.
Quia queadmodũ mater fert filios suos ĩ brachio,
Esaie 51. sic Deus in brachio suo auxiliat nobis. Quinto, to-
tum mũdum iudicando: sicut testatur Esaias. Bra-
chia dñi. i. Christus & Apl̃i pplos iudicabunt: &
brachia peccatorꝝ conterent. &c. Dispersit sup-
Esa. 14. bos mente cordis sui. Superbi in cœlo regnare mi-

nime pñt,ut patet de Lucifero,de quo Esaias. Qũo cecidisti Lucifer de cœlo? &c. In aere insuper supbi regnare nequeunt, sicut liquet de ædificantibus ciuitatem & turrim,quos deiecit dñs, descendens & cõfundens linguas eo℞. Supbissimi quoq; Dathã, Choreæ, & Abyron, super terrã stare nõ ualuerũt: quæ aperuit os suũ & deglutiuit eos. Pharao pterea in superbiam elatus aiebat. Mea sunt flumina,et ego feci ea. Quãobrem submersus est in ꝓfundum maris. Nabuchodonosor proinde q statuam nomini suo dicatam erexit,ut oẽs adorarent eã, sicut bos septẽ annis comedit fœnũ. Sic Balthasar, Senacherib, Holofernes, Aman, Iudæi supbissimi, oẽs deiecti & dispersi sunt. Dicit ergo beatissima uirgo. Fecit potentiam in brachio suo, dispersit supbos mente cordis sui. Id est deiecit eos a supbia & mala mẽte, maloq; ꝓposito cordis sui, quia oĩa mala q̃ uitare putabant euenerunt eis. Et ita frustrati sunt desiderio suo. Vel dispersit Deus supbos mente.i.beneplacito cordis sui. Iuxta illud sapientis. Radices gẽtium supbo℞ arefecit Deus. *Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles.* Deposuit Saul de sede regni, cui dixerat Samuel: Scidit dñs regnũ Israel a te hodie: & tradidit illud ꝓximo tuo meliori te. Et exaltauit humilem Dauidem. Per potentes igit̃ p̃cipue iudæos intelligit uirgo Maria, quo℞ sedes quadruplex erat. Scilicet regia, Iudicialis, Sacerdotalis, Doctrinalis. In prima sedebant reges. In secũda iudices. In tertia sacerdotes. In quarta doctores. Ab his oĩbus sedibus ꝑ brachium dñi depositi sunt potentes iudæi, tum maxime scribe & pharisæi supbi & inuidi, timentes perdere dñium, & sedẽ iudicialem & sacerdotalẽ, ac bona tpalia, noluerunt xp̃m audire, sed ipsum ꝑsecuti sunt: & tãdem crucifixe-

Gen. 11.
Num. 16.
Exod. 14.
Dan. 4.
Eccl. 10.
1. Reg. 15.
Quadruplex sedes iudæorum

runt eum. Quãobrem merito & iuste deposuit eos xp̃s de sede regia, sacerdotali, & iudiciali, & transtulit regnum & sacerdotium in pp̃l'm christianum. Exaltauit quoq; hoïes pauperes & humiles, & piscatores, queadmodum fuerunt ap̃li, & alij cõuersi de pp̃l'o gentili. Dicit ergo uirgo Maria. Deposuit potentes.s.in dignitate positos de sede quadruplici.s.de sede sacerdotali, q̃a translatum est iudæorum sacerdotium, in sacerdotiũ xp̃i. Sacerdotium Aarõ,

Dan. 9. in nouum sacerdotiũ Melchisedech. ideo Daniel; cũ uenerit sanctus sanctorum, cessabit unctio uestra. De sede regię dignitatis eos p̃cipitando, iuxta illud

Eccli. 10. sapientis. Sedes ducũ supborum, destruxit Deus. De

Esaiæ 6. sede doctrinæ iudæos excæcãdo, de quibus Esaias.

Matt. 21. Excæca cor pp̃li huius. Et dñs in euangelio. Aufere

Iob. 36. tur a uobis regnũ dei.i.sacræ scripturæ intellectus,

Matth. 16. uobis per obstinationẽ excæcatis adimetur. De sede iudiciaria, illã in iudicio pauperibus erogando. Vnde Iob. Iudicium paupibus tribuit.i.apostolis, q̃bus dixerat dñs. Sedebitis sup sedes, iudicãtes duodecim tribus Israel. Et nõ solum de his sedibus deposuit scribas & pharisæos & principes sacerdotum, uerũetiam potentes ciues iudæorum, deposuit de loco, & ciuitate ac libertate: quia combusta & euersa ciuitate cum tẽplo, destructisq; cæteris ciuitatibus Iudææ & Galileæ, eos de tota terra promissionis eiecit, ac p totum mundum dispsos in captiuitate redegit. Et ita de hac depositiõe, ac iudęorum dispersione in hoc cantico nr̃a immodum p̃phetauit. Et exaltauit humiles. Et merito quidem, q̃m qui se humiliat exaltabitur. Queadmodum.n. superbia reddit hoïem ineptum ad oẽm uirtutẽ, honorem, dignitatem & grãm recipiendã, ita humilitas, hoïem habilem ad oẽm uirtutem, dignitatem,

& grãm capescendam disponit, & efficit. Et sicut superbis negat ueniam, uersa uice humilibus misericordiam pręstat. Hac igitur de cã, Christus nõ usus est misericordia cũ diabolo supbo, & iudæis obstinatis, quia inepti erãt & indispositi ad misericordiã & ueniam capescendã, Profuit aũt oĩbus humilib⁹, quales fuerunt apl'i, & discipuli, ac cæteri xp̃i fideles, quos exaltauit hic p̃ grãm, & in futuro per gloriam. Hãc quoq; chordã tetigit Dauid dicẽs. Suscitans a terra inopem, & de stercore erigens pauperem. Vt collocet eũ cum principib⁹, cũ principib⁹ pp̃li sui. *Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes.*

Esurire quid.

Esurire, famescere, uel sitire, maius est q̃ desiderare. Vnde esurire, siue famescere idem est q̃ desiderare & cibum callidũ & siccum appetere ex necessitate p̃p deperditi restaurationẽ. Sitire uero idem est q̃ desiderare humidum & frigidũ, etiam p̃p restaurationẽ depditi. Id aũt cum oĩ conatu & necessitate. Vnde quis fastidiens unũ cibum ex abundãtia, põt alium appetere uel desiderare, sed nõ dicit̃ esurire. Esurit.n. ille qui omni conatu suo q̃rit cibũ, & quẽcunq; appositũ comedit. Sic sitiens, oĩ robore suo quęrit ut bibat, siue uinum, siue aquam: p̃p uehemẽtem appetitum & necessitatem. A sĩli ergo ita dicẽdum est de esurie et siti spũali. Nam multi spũalem cibum & potum appetũt ad aĩæ salutem, grę quoque deperditę restauratione, non tñ esuriunt neque sitiunt, quia nõ apponunt robur, conatũ & diligentiam ad quærendũ & recipiendũ, cum habeãt opportunitatem. Sed ille uere esurit & sitit spũalem cibum & potũ, ac ueram iustitiã, qui absq; mora dimittendo pc̃tm̃ quærit illam p̃ baptismũ & pñiam. Ideo xp̃s ait. Beati q esuriunt & sitiunt iustitiã, qm̃ ipsi saturabuntur. Non dixit beati qui iustificãtur,

De esurie & siti spiritual.

Esurire iustitia q̃d.

sed qui esuriunt & sitiũt iustitiam. Nã potest q̃spiã infidelis decedere in uia dum ꝓficiscitur ad baptismatis sacr̃m, & saluari, licet non iustificetur in aq̃: sed quia esurit & sitit iustitiã, iustificatur & baptizatur fide, & baptismate flaminis. Ex his oĩbus patet ꝙ scribæ & pharisæi, ac principes sacerdotũ & cæteri iudæi carnales, in rebus tpalibus excæcati, non esuriebant nec sitiebant aĩæ salutem, nec uerũ messiam in lege promissum. Optabant tñ ut ueniret nõ ob spũalia sed temporalia bona. Iccirco non receperũt eum uenientem, quibus dicebat. Scrutamini scripturas in quibus uitam putatis hr̃e, quia illę testimonium perhibent de me. Item: Si mihi non uultis credere, opibus tñ credite. Rursus. Lux uenit in mũdum, sed dilexerunt hoĩes magis tenebras q̃ lucem. Erant. n. eoꝝ mala opera. Ideo clare cõstat, ꝙ ipsi non esuriebant nec sitiebant iustitiam, & minus xp̃m, ac cætera spũalia bona. At uirgo Maria, Ioseph, Simeon, Zacharias, Apostoli, ac oẽs Christi discipuli uere esurierunt iustitiã & iustum saluatorem. Qui ueniens ad eos nouerunt & receperũt eum. Itaq; hos esurientes impleuit bonis spũalibus

Quadruplex esuries. gratiæ, in p̃nti & gl̃iæ in futuro. Sed pro maiori euidẽtia scire contingit, ꝙ quadruplex est esuries. Prima, gratiæ. Secunda eucharistiæ. Tertia sapiæ. Quarta consolationis spũssancti. De prima loquit̃ Christus in euangelio. Beati qui esuriunt, & sitiunt

1. Cor. 4. iustitiam. Cui arridet illud ap̃li dicẽtis. Vsq; ad hãc

Hiere. 31. horam esurimus & sitimus. De secunda, dicit dñs per Hieremiam. Implebo aĩas sacerdotum pinguedine, & ppl̃s meus replebitur bonis. Anima. n. ibi

Psal. 62. desideriũ notat, quod refectionẽ desiderat. Et psal-

Psal. 110. mista. Sitiuit in te aĩa mea, q̃ multipliciter tibi & caro mea. Rursus: Memoriam fecit mirabiliũ suo-

rum,

324

rum, misericors & miserator dominus escam dedit non corpalem sed spūalem .s. eucharistiæ, quia subdit: timentibus se. Salumon quoq;. Paratum panē de cœlo prestitisti illis sine labore, hñtem in se oē delectamētum, & oē suauitatis saporē. De tertia, psalmographus testat: Aperi os tuum, hoc est desiderium tuū, & ego implebo illud. Sapiens pinde, Cibauit eum pane uite & intellectus, & aqua sapiētiæ salutaris potauit illum. De quarta, qui edūt me, inquit, consolatio spūssancti adhuc esurient. Dulcedo nullius consolationis semp excitat desiderium, ut iterum accipiatur, & amplius infundatur, etiā ut habita continuetur. Sic igitur esurientes implet de9 oībus his bonis. Et diuites dimisit inanes: Quia terra uiuentium erit eis inanis & uacua pp inordinatū terrenorū affectum. De qbus psalmista. Dormierūt somnum suum, & nihil inuenerunt oēs uiri diuitiarū suarū in manibus suis. Diuites.n. huius seculi, nihil hñt in futuro, quia hic receperunt bona in uita sua. Ideoq; si diuitijs suis non mercantur cœlestia a pauperibus quorū est regnū Dei, nihil inuenient in futuro seculo. Quamobrē dicit dñs in euāgelio: Facite uobis amicos de māmona iniquitatis, ut cū defeceritis recipiant uos in æterna tabernacula. Diuitiæ igitur si affluant, inquit psalmista, nolite cor apponere. Quia Iob clamat. Diues cū dormierit nihil secum afferet, aperiet oculos suos, & nihil inueniet. Dupliciter ergo scribæ, & pharisæi, & principes sacerdotum ac cæteri iudæi obstinati diuites dicebātur. Primo, quia tm̄ diuitijs temporalibus fidebant, & non Deo: quas inordinate quærebant: & iniuste possidebant. Secundo, quia ipsi soli præ manib9 legem habebant, & pphetas in qbus spirituales diuitiæ latebant. Sed pp temporales, spūales contē-

Sapien. 16
Psal. 10.
Eccl. 15.
Psal. 75.
Luce 16.
Psal. 61.
Iob 27.

nebant: quos dimisit inanes.i.uacuos spũalib⁹bo-
Luc. 16. nis, gratia.s.& gloria,ad instar diuitis epulonis,q
guttam aquæ post hanc uitam minime hr̃e potuit.
Esurientes aũt.i.iustos pauperes impleuit bonis, ut
liquet de Lazaro mẽdico. Ex quibus manifeste cõ
stat ꝙ in his uerbis uirgo Maria ꝓphetissa fuit. Nõ
dum.n.natus erat xp̃s,& mater gestans eũ prędica
bat,quæ ipse p̃dicaturus erat. Nam factus adultus
aperiens in monte os suum dixit. Beati qui esuriũt
& sitiunt iustitiam,qm̃ ipsi saturabuntur. Et hanc
Psal. 106. chordam tetigit Dauid dicens. Animã esurientem
impleuit bonis. Postea subdit. *Suscepit israel puerum suum, recordatus misericordiæ suæ.* Hic uersiculus potest
dupliciter exponi. Primo,suscepit israel.i.Christus
israeliticum ppl'm,& per hoc genus humanũ ad cu
rãdum ipsum,quãtum fuit in se. Velut pueꝝ suũ.i.
seruum humilem & sibi obediẽtem,quod petebat
Psal. 118. psalmista dicens. Suscipe seruum tuũ in bonum. Id
aũt impletum,in spũ uidens gr̃as agendo ait. Exal
tabo te dñe,qm̃ suscepisti me.i.naturam meã. Re-
cordatus misericordiæ suæ.i.promissionis per mise
ricordiam factæ & adimpletæ. Cuius misericordię
uidebatur oblitus esse: differendo incarnationẽ &
hominis salutẽ. Propter quod psalmographus ait.
Nunqd obliuiscetur misereri Deus? quasi dicat,nõ.
2. Exposi. Secundo,exponitur. Suscepit israel.i.israeliticus
ppl's pueꝝ suum.i.Iesum sibi ꝓmissum in lege, di-
cente dño ad Moysen. Prophetam suscitabo eis de
Deut. 18. medio fratrũ suoꝝ similem tui.&c. Item: Suscepit
xp̃m pueꝝ suum, quia puer natus est nobis, inquit
Esaiæ 9. Esaias: & filius datus est nobis. Item. Suum,qa spe
Matt. 10. cialiter sibi exhibitum,ipso dicente. Nõ sum missus
nisi ad oues quæ perierunt domus Israel. Recorda-
tus misericordiæ suæ.i.sibi ꝓmissę & spãliter exhi-

bitę, iuxta illud Esaiæ. Miserationum dñi recordabor. Sed pro maiori notitia, scire operęprecium est, ꝙ duplex est israel, seu ppl's israeliticus. Videlicet secundum carnem.i.carnalem gñationem, & secundum spm̄.i.spiritualem regñationem. Ppl's israeliticus qui tm̄ secundum carnalem gñationem ab illo patriarcha Iacob descendit, non est uerus israel, qa non ꝑmansit in domo patris.i.in ecclesia: Nec secut⁹ est ipsius fidem, sanctamq́ religionē. Scriptū est.n.ꝙ cum Iacob reuerteretur ex Mesopotamia in terram promissionis, & dormiret. Ecce uir.i.angelus in forma uiri luctabatur cum eo usq; mane, q noluit dimittere Iacob usquequo bñdixit sibi. Cui dixit angelus. Nequaq; Iacob appellabitur nomē tuum, sed israel. Qm̄ si contra Deum fortis fuisti, quanto magis contra hoies præualebis? Et tūc Isrl' uocauit nomen loci illius phanuel, dicens. Vidi dominum Deū facie ad faciem, & salua facta est aia mea. Ex quibus manifeste constat ꝙ ꝓꝑ quatuor, impositum est ei hoc nomen Israel. Primo, ꝓꝑ fidē, quia uidit angelum in forma hois, Deum repñtantem, & credidit filium Dei incarnādum. Qua de cā dictus est Israel, qui interpretat̃ uir uidens Deū. Secundo, qa tenuit fortiter Deū. Tertio, qa fuit a deo benedictus. Quarto, quia ꝑ eum directus. Fuit igit̃ Israel appellatus.i.uir fortis, uidens Deū, princeps, benedictus, & directus a Deo. Quāobrē illi q nati sunt ex eo tm̄ secūdum carnē, qui nec fidem, nec patris religionem secuti sunt, filij Israel appellari minime pñt. Sed ueri filij Israel merito dñr qui per xp̄m sunt benedicti in baptismate, sequūturq́ fidē israel, directi a Christo ꝑ euangelicam legē. Iccirco scribę & pharisæi, principes sacerdotum & sequaces eorum, nō erant filij Israel ueri, qñ uenit Christus, qa

Esaie 63.

Israel duplex.

Gene. 32.

Cur Iacob dictus est Israel.

non crediderunt, minimeq́ receperunt eum. Pariter & his tpibus obstinatissimi iudæi iã exclusi sunt a pplo Israel, expectantes messiam purũ hominem, ut liberet eos a temporali seruitute. Nomen igit Isrl translatum fuit a prophetis in uirgine Maria, Ioseph pho, Zacharia, Ioanne bapt. Helisabeth, Simeone, & cæteris qui spũalem & uerã redemptionẽ Israel præstolabantur. Pariter & in apostoli discipulis, ac cæteris fidelibus. Erant ẽt tempore xpi seiuncti filij Israel secundũ carnẽ, ut scribæ & pharisæi, & principes sacerdotum, eorumq́ fautores a filijs Israel secundum spũm & fidei ꝑmissionem & gratiæ. Id autem figuratũ fuit in Iacob, q post acceptam bñdictionem & nõis impositionẽ, mansit claudus uno pede, & altero rectus. Ad denotandũ ꝙ una pars filiorũ claudicare debebat, & deuiare a fide eius, & a uera promissione, ac diuinarũ scripturarũ intelligẽtia, ut his temporibus iudæi. Et altera pars filiorum Israel recta stare debebat in fide ipsius, xp̃m recipiẽdo: ut cœtus aplorũ & oĩum credentium, qui uerus populus Israel merito dicitur. &c. Eodem modo de principe patriarcharũ Abraham dicendũ est, q primo a parentibus dictus est Abram cũ simplici, a, postq́ aũt petijt a Deo gñationem & ꝓlem qui succederent in eius hereditatem: Deus eduxit ipm foras, dicẽs. Suspice cœlum, & numera stellas si potes: sic erit semen tuũ. Et sic promisit Deus ipsi Abraæ semen cœleste & spũale, ut denotaret ꝙ de cœlo semen eius descendere debebat, qa iam filius Dei ex semine ipsius Abraæ carnẽ sumere decreuerat. Et tunc Abram credidit Deo, & reputatum est ei ad iustitiam. Id est, credidit Christum futurũ Deum & hoĩem, & mundi saluatorem, ob quam fidem iustificatus est: iuxta illud quod ait xp̃s: Exul-

Qui sunt ueri filij Israel.

Gene. 15.

tauit Abram ut uideret diem meum, uidit & gauisus est. Deinde postq̃ iam habuerat filium carnalem .s. Ismaelem, dixit ei dñs. Vltra non uocabit nomen tuum Abram, sed appellaberis Abraham, q̃a patrem multarum gentium cõstitui te. Postremo, postq̃ uoluit sacrificare filium suũ, iureiurando dixit iterũ ei dñs. Multiplicabo semẽ tuũ sicut stellas coeli, In q̃bus denotatur spũalium multiplicatio filiorũ. Et sicut harenã q̃ est in littore maris. per quã carnalis gñatio figurabatur. Ex quibus oĩbus liq̃t q̃ nomen Abraham nõ est nomen carnis uel naturæ .i. carnalis gñationis, sed nomen fidei Christi, & benedictionis, repromissionis, & gratiæ. Quãobrẽ filij carnales tm̃ descendẽtes ab Abraham sine fide Christi & regeneratione spũssancti, non sunt ueri filij Abrahæ. Tum primo, q̃a eiecti fuerũt de domo eius, ut patet de Ismael & filijs suis. Tum secundo, q̃a nõ secuti sunt fidem & religionem patris. Veri aũt filij Abrahæ hi uere dñr, qui regenerati sunt in aqua & spiritusancto, & in xp̃o benedicti, fidem & ipsius Abrahę religionem sequẽtes. Qui si tp̃e Christi fuisset una cũ Simeone, amplexus fuisset eum. De quibus Ioãnes bapt. aduersus carnales Abrahę filios, dixit. Ne uelitis dicere intra uos: patrẽ habemus Abraham. Dico.n. uobis, q̃m potens est deus de lapidibus istis .s. gentiliũ, suscitare filios Abrahę. Quẽadmodum suscitati sunt credentes in xp̃m. Sic pari modo Isaac duos filios habuit .s. Iacob, qui populum credẽtem pulcherrime figurabat, & Esau p̃ quem infidelis pp̃ls significabatur. Iacob.n. fratrẽ suum annuente Deo paterna hr̃ditate priuauit, quã emerat ab eo, & sic benedictus remansit in domo patris. Quẽadmodũ electi in Christo bñdicti, Dei patris hr̃des in ecclesia manent. Esau aũt qui patri-

Io. 8.

Abram, dictus est Abraham.

Qui sunt ueri filij Abrahæ.

Iacob electorũ figura: Esau reproborum.

monium uendiderat absq; benedictione; alienus a fide, & religione patris, extra domum profugus remansit, ad instar reproborum, qui extra fidē & ecclesiam, æterna hrēditate priuati proficiscunt. Dixit ergo uirgo Maria. Suscepit israel puerū suum. Qm̄ ipsa primo loco in persona totius israel, & omniū patriarcharū & pphetarū, oiumq; fidelium uete. test. Iesum xp̄m tanq̄ uerum messiam in lege pmissum, mente & corpe suscepit: cum dixit. Ecce ancilla dn̄i, fiat mihi secundum uerbum tuum. Statim.n. opere spūsancti corpus xp̄i fuit ex puris sanguinibus uirginis formatū & pfecte organizatū, in quo a tota trinitate fuit aīa creata. Et in illo eodē instanti, tota illa humana natura fuit a uerbo personaliter assumpta. Et sic uirgo Maria eodē instanti cōcepit & suscepit in utero uirginali Iesum, pfectum Deum & hoiem tanq̄ mundi redemptorē & saluatorem.

Opinio Iacobi de Valentia, hic breuiter describitur.

Secundo loco, suscepit eū Ioseph uirginis sponsus. Nam cū Maria esset inuenta in utero hn̄s de spiritu sancto, & Ioseph cogitaret occulte dimittere eam, tunc angelus apparuit ei in somnis dicens. Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariā coniugē tuam. Quod.n. in ea natum est, de spūsancto est. Pariet.n. filiū, & uocabis nomē eius Iesum. Ioseph aūt exurgens a somno, accepit Mariā tanq̄ matrē Dei, & puerum Iesum, uelut mundi saluatorē. Tertio loco, suscepit Iesum Ioānes bapt. qn̄ Maria ingressa est domū Zachariæ & salutauit Elisabeth. Et ipse exultauit in gaudio in utero matris, ut dictū est. Elisabeth pinde, plena spūsancto, recepit Mariam tanq̄ matrem Dei, Iesum quoq; ut dn̄m & mundi saluatorem, cū dixit. Vn̄ hoc mihi, ut ueniat &c.

Matth. 1.

Quarto loco, suscepit eum Zacharias, q in natiuitate filij sui plenus spūsancto pphetauit dicēs. Be

 324

Benedictus dñs deus israel. &c. In quo qdem cantico Zacharias annunciat & confitetur saluatorē & redē ptorem uenisse ad faciēdam salutem & redēptionē plebis suæ. Confitetur insup in Christo esse, cōpletas oēs promissiones ipsi Abrahæ factas, & oibus patriarchis & pphetis, de messia mundi saluatore & redēpture. Prædicit proinde Ioannē bapt. futurum pcursorem Christi ad pparandas uias eius. Ex qbus patet, q hi quatuor. s. Ioseph, Ioānes bap. Elisabeth, & Zacharias, susceperunt Christum adhuc exñtem in utero matris, tanq regē israel, & messiā in lege promissum. *Quatuor susceperūt xpm in utero matris existētem.* Quinto loco, susceperunt eū pastores, qui monitu angeli uenerūt ad adorandū Christum nouiter natum in Bethleē Iudę. Sexto loco, in psona totius ppli gentilis facti uiri Israelitę p fidem, uenerunt magi ab oriēte, & adorauerunt Christum tanq Deum & hominē; & dñm totius uniuersi, & specialē regē iudæorum. *Matth. 2.* Qui apertis thesauris suis, obtulerunt ei aurum, thus, & myrrham. Et ita susceperunt eum. Septimo loco, suscepit eum Simeon iustus & timoratus in tēplo, uice totius isrl: qui rñsum acceperat a spūsancto, non uisurū se mortē, nisi uideret xpm dñi. Ideo cum gaudio suscipiēs dixit. Nunc dimittis seruū tuum dñe, &c. Denique susceperūt eum oēs apostoli & oēs electi, cætusque oium credētium, qui est uerus israel. *Sicut locutus est ad patres nostros: Abraham, &c. semini eius in secula.* In prima ætate locutus est ad Adā post lapsum, & postquam eiecit ipsum de paradiso. Vnde dicit Augu. in lib. Cur Deus hō: q licet Deus in puniendo Adā pp inobedientiam usus fuerit iustitia, tñ recordatus suæ misericordiæ, pmisit ipsi mittere filium suum ī carnē, qui eum cum tota sua posteritate p carnē & sanguinē suum redimeret. Vt si de instanti miseria *Nota dictū August.* *1. Locutio.*

ei doleret, tñ de suo, suæq; posteritatis remedio iã de longinquo gauderet. Eodẽ modo locutus est ad Abel de xpo futuro, & ad Enos qui incepit inuocare nomẽ domini quod est uerbum incarnatũ. Sic et locutus est ad Enoch, qui p fidẽ Christi futuri placuit Deo, & translatus est in paradisum.

2. Locutio In secũda ætate locutus est ad Noe, cũ quo fecit pactum fidei post diluuium, pmittẽdo ei Christũ saluatorẽ mundi, in figura & mysterio arcus fœderis cęlestis,

Gene. 9. dicẽs. Arcum meũ ponam in nubibus cœli, & erit signum fœderis inter me & terrã. Eritq; arcus meꝰ in nubibus, & uidebo illũ, & recordabor fęderis sempiterni. Nam illæ arcus q dicit iris non est nisi imago solis in profundo nubis, rore iam quasi digesto.

Arcus fœderis figurat xpm. Quæ quidẽ imago tres principales causat colores, uidelicet colorẽ rubeum, uiride, & cęruleum, p quẽ figuratur filius Dei qui est imago patris, descendẽs de cœlo in nubæ humanitatis, ut fieret homo qui dicitur xp̃s. In quo est uerbum, caro, & aĩa, uelut tres colores. Et quẽadmodum apparẽte fœderis arcu i nubæ amplius non timetur tẽpestas nec diluuium, quia illę arcus oẽm tempestatẽ sedare uidet. Ita qñ filius Dei apparuit incarnatꝰ, iam amplius diluuiũ damnationis nõ ueremur. Et quẽadmodũ Deus respiciens fœderis arcũ, recordatur pacti ne amplius inducat diluuium: ita dum uerbũ incarnatũ intuet, tanq̃ imaginẽ suam, semp recordatur misericordię suæ.

3. Locutio. In tertia ætate, locutus est Deus ipsi Abrahę

Gene. 15. promittẽdo filium suum saluatorẽ mundi, cũ dixit. Suspice cœlum, & numera stellas si potes: sic erit semẽ tuum. Tunc Abraham credidit messiam futurum de semine suo secũdum carnẽ, ideo reputatum est ei ad iustitiam. Etiam locutus est eidẽ dicẽs. Per

Gene. 22. memetipsum iuraui, qa fecisti rẽ hanc, & non pep-

cisti filio tuo pp me, multiplicabo semen tuũ sicut stellas cœli, & sicut arenam quæ est in littore maris: & in semine tuo benedicentur oẽs gentes. In q̃bus uerbis Abraham agnouit non tm̃ futuram electorum benedictionẽ in Christo, uerũ etiam mystérium passionis & xp̄i mortem in eodẽ monte, singulariter præuidit. Nam in hebræo scribitur, in mõte hoc, dñs uidebitur. s. crucifigi, & mori: sicut reuera completum est. In quarta ætate locutus est De⁹ semini eius. i. posteris Abrahæ, & præcipue ipsi Iacob qñ uidit scalam stantem sup terram, cuius cacumen cœlum tangebat, & dixit ei. Ego sum De⁹ Abraham & Isaac. Vbi habuit de xp̄o uenturo repromissionem. Deinde clarius agnouit xp̄m incarnandum, dum luctatus est cũ angelo in forma uiri. Rursus, mysterium incarnationis & passionis xp̄i ac gẽtium conuersionem adhuc clariori lumine p̄dixit dicens. Non auferetur sceptrum de iuda, nec dux de fœmore eius, donec ueniat messias, & ipsi erit expectatio gentium. In quinta ætate locutus est Dauidi dicens. Cum dormieris cum patribus tuis suscitabo semen tuum post te, quod egrediet̃ de utero tuo, & firmabo regnũ eius in sempiternum. Et ipse ædificabit mihi domum. i. ecclĩam, p̄ domum Solomonis figuratam: nomini meo. Ego ero ei in patrẽ & ipsẽ erit mihi in filium. Item, allocut⁹ est Esaiam clamantem. Ecce uirgo concipiet & pariet filium, & uocabit̃ nomen eius Emanuel. Rursus. Paruulus nat⁹ est nobis, & fili⁹ dat⁹ est nobis. Et uocabit̃ nomẽ ei⁹ admirabilis cõsiliarius, Deus fortis, pr̄ futuri sc̄li, princeps pacis. Proinde locut⁹ est Hieremiæ, q̃ & ipse uaticinatus est dicens. Nouum faciet dñs super terram, fœmina circundabit uirũ. Præterea, Ezechieli dixit. Cum sanctificatus fuero in uobis, ef-

4. Locutio. Gen. 28. Gene. 32. Gene. 49. 5. Locutio. 2. Reg. 7. Esa. 7. Esaie 9. Hiere. 31. Ezec. 36.

fundam super uos aquam mundã, & mundabimini ab oĩbus inquinamẽtis uestris, & dabo uobis spi
6. Locutio ritum nouum. In sexta ætate locutus est dñs per
Dan. 9. angelum Gabrielem, Danieli dicens. Septuaginta hebdomades abbreuiatę sunt sup ppl'm tuũ, & sup urbem sanctam tuã, ut consumetur pręuaricatio, et finem accipiat pctm̃, & deleatur iniqtas, & inducatur iustitia sempiterna, & impleať uisio & pphetia, & ungatur sanctus sanctorꝝ. Promisit insuper De⁹
Agg. 2. Aggęo pphetæ in secundo tẽplo mittere filiũ suũ, cum dixit. Adhuc unũ modicum est, & ego mouebo cœlum, & terrã, mare, & aridam. Et cõmouebo oẽs gentes, & ueniet desideratus cunctis gentibus, & implebo domũ istam gl'ia, dixit dñs. Magna erit gloria domus istius nouissimæ priusq̃ primæ, &c.
Zach. 2. Ad Zachariam quoq; dixit. Lauda & lætare filia sion, qa ecce ego uenio, & habitabo in medio tui, & applicabuntur gentes multæ, ad dñm in die illa, & erũt mihi in ppl'm. Quibus auditis clamauit Zacharias. Ecce rex tuus uenit iustus & saluator, ipse pauper, sedens sup asinã & filium asinæ. Denicq; lo
Malach. 3. cutus est Malachiæ dicens. Ecce ego mitto angelũ meum, qui pparabit uiam ante faciem meã, & statim ueniet ad templũ sanctum suũ, dominator quẽ uos quæritis, & angelus testamenti quẽ uos uultis. Ecce qualiter Deus inquit uirgo Maria locutus est patribus nostris, Abrahæ & semini eius in secula.
Rom. 4. De semine Abrahæ dicit Apl's. Non q filij sunt carnis, sed qui sunt filij pmissionis æstimantur in semine. Principale aũt semen est xp̃s, sicut ille idem ait. In semine tuo.i. in xp̃o benedicentur oẽs gentes. Et concludit usq; in seculum.i. usq; in æternum, quia
Galat. 3. hoc seculum finis est horꝝ temporalium seculorꝝ. Non.n. est finis misericordiæ quandiu durat nostra

miseria. In seculo aūt futuro finitur miseria, ideoq͂ usq͂ in illud seculum fit misericordia. &c. Hoc est illud solēne canticum quo quotidie utitur ecclesia in uesperis. Cuius rei rōnes assignati plurime pñt. Nempe in cantico illo fit mentio incarnationis xp̄i quæ in sexta mūdi ętate facta est. Ita offm̄ hoc sextum in horis canonicis obtinet locū. Christus perinde in uespera mundi natus est, & Maria cū stella maris dicatur, lucere cepit in uespera mundi huius. In uesperis quoq͂ uenerabile sacramētum instituit, xp̄s, in quo etiā tpe manducabaẗ agnus paschalis. Rursus, eodem tpe dilectionis & humilitatis testm̄ detulit ap̄lis xp̄s lauando eoꝝ pedes. Tunc etiam sermonem illū sanctū & prolixum ad eos habuit, ad uesperā inde sepultus est. Hora insup uespertina ambulauit cum discipulis eius post resurrectionē in Emaus, seq͂ in fractione panis manifestauit. Demum in creatione mūdi duoꝝ tm̄ tempoꝝ fit mētio, mane & uesperi. Merito igitur uespertinum sacrificium ēt euangelicum hēt canticum, & quidem Mariæ, q̄ Christum edidit ad uesperā mundi, quod præ cæteris canticis plura maioraq͂ continet fidei nostrę mysteria. Quāobrem optimo iure cōstitutū est in ecclesia sancta, ut id canticum quotidie in officio uespertino, & stando qdem decātetur, ob singularem ipsius eminentiā. In eo qppe nōn solū redduntur Deo gratiæ de beneficiꝭ sacrosanctæ uirgini collatis, sed & de eis quæ toti humano gñi sunt impensa p incarnationē filij Dei, ut supra dictū est.

Nota mysteria in uesperis operata.

Cur cantatur magnificat in uesperis.

Deniq͂ in hac salutatione, tria præcipue sunt notatu digna. Videlicet, sanctificatio Ioanins bapt. fides singularis Mariæ uirginis: ipsi⁹ deinde pulcherrima locutio. Quantum ad primum, scire operępretium est, q͂ ad sanctificationē quinq͂ necessario requisita.

Ad sanctificationem quinq; requisita.

quirũtur. Primo, ut hõ sit electus ad beatitudinem,
Ephe. 1. sicut ait apl's. Elegit & pdestinauit nos Deus ante
mundi constitutionẽ, ut essemus sancti. Et non tm̃
electus, sed ẽt securus de sua beatitudine: sicut ille
idem de seipso testatur. Ego sic curro nõ quasi in in-
certum. sic pugno non quasi aerẽ uerberans. &c. Et
1. Cor. 9. alibi. Bonum certamẽ certaui, cursum consumaui,
2. Ti. 4. ideo reposita est mihi corona iustitiæ. &c. Secũdo,
demundatus ab oĩ macula, ut sit tm̃ Deo dicatus.
Tertio, ut habeat gratiam a Deo pseruatiuã ne ua-
leat amplius peccare. Quarto, ut reuelationem se-
cretoꝝ Dei obtinere ualeat a Deo, ut hic Ioannes
& Hieremias. Quinto, ut pronũciet diuina secreta,
& quæ procul agnouit. Ideo oĩs sanctificatus, est p
pheta, & nõ uersa uice. Hæ aũt conditiones Ioanni
baptistæ conueniunt, itaq; ipsum fuisse sanctificatũ
Fides ad septem necessaria. non ambigimus. Quantũ ad secundum. s. de sin
gulari fide sacratissimæ uirgĩs, dixerat ei Elisabeth.
Beata quæ credidisti. Vnde sciẽdum est, q fides ne
Esa. 6. cessaria est in oĩbus, præcipue aũt ad septẽ. Primo,
Psal. 115. ad scripturam intelligendam, iuxta illud Esaiæ. Nisi
credideritis non intelligetis. Secundo, ad pdicandũ
Christum, teste psalmographo. Credidi pp quod
locutus sum. Tertio, ad martyrium sustinẽdum, ut
quispiam uere martyr appellari possit. Vnde dicit
Heb. 11. apl's. Sancti per fidem uicerũt regna: operati sunt iu
Ioan. 14. stitiam, & alia quæ sequunẽ. Quarto, ad miracula
operanda, xpo dicente. Amẽ amen dico uobis, qui
credit in me, opera quæ ego facio & ipse faciet, &
Matth. 17. maiora hoꝝ faciet. Et alio in loco. Amen qppe di-
co uobis, si habueritis fidem sicut granũ synapis,
dicitis monti huic transi hinc, transibit. Quinto, ad
Abach. 2. uiuendum in gratia, iuxta illud Abacuch. Iustus ex
fide uiuit. Sexto, ad mortem fugiendã æternã, sicut

dominus testatur. Omnis qui uiuit & credit in me, et si mortuus fuerit uiuet, quia nõ morietur in ęternũ. *Ioan. 11.* Septimo, ad salutem consequendam, teste saluatore q ait. Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus *Marc. ult.* erit. &c. Quãtum ad tertiũ de pulcherrima.s.uirginis locutione, sciendũ est, q beata uirgo in hoc cãtico dilatauit se in Dei laude & gratiarum actione. Nusquã tñ alibi legitur fuisse locuta, nisi pa℞ ualde & pauca uerba. Quãobrem in diuinis scripturis tm̃ septem uicib⁹ eam locutã fuisse legimus. Videlicet cum angelo bis. primo, qũo fiet istud? Secundo. Ecce ancilla dñi. Cum Elisabeth bis, primo cũ salutauit eam. Secũdo, cũ ait. Magnificat anima mea do- *Septem ui* minum. Cum filio bis, primo in tẽplo. Fili quid feci *cibus Ma-* sti nobis sic? Secundo, in nuptijs. Vinum non hñt. *riã esse lo* Et semel cum ministris. Quodcũq; dixerit uobis fa *cutam le-* cite. In oĩbus his liquet q nõ nisi breuiter & paucis *gimus.* uerbis locuta est, excepto in cantico, ubi cũ Deo ꝓphetice loquebať. Et nota q hæc septem uerba locuta est in quatuor tempo℞ uicib⁹, & non sine euidenti utilitate. Nam in his uicibus quatuor miracula secuta sunt. Scilicet in angeli annunciatione, & *Lu. 1. et 2.* tunc concepit Deũ & hoĩem. In uisitatione Elisabeth, & illico exultauit Ioãnes sanctificatus infans *Ioan. 2.* in utero. In nuptijs: & statim conuertit aquam in uinum. In tẽplo, & tunc erat subditus illis. Nota insuper q inter prædictas locutiones cum quatuor personis tm̃, beatam uirginẽ locutam fuisse legimus. Scilicet cũ angelo, cum Elisabeth uetula & cugnata sua, cum filio, & cũ ministris: ubi latet mysteriũ, & admirabile sacr̃m, & documentum oñditur ut *Documẽtũ* puella iuuenis & uirgo rarissime loquať, nisi uel cũ *datum uir* angelo. i. angelico sacerdote confitẽdo pc̃tã sua: q a *ginibus.* angelus dñi exercituũ dicitur. Vel cum sancta Elisa

beth.i.cum muliere matura & sancta, pro spirituali consolatione. Vel cũ filio Dei in orone & diuina cõtemplatione. Vel cum ministris honestis ꝑ necessariorũ postulatione. Inde sequit. *Mansit autem Maria cum illa quasi mensibus tribus, & reuersa est in domum suam.* Tandiu quippe mansit Maria cũ Elisabeth, donec partus tpe completo pcursoris dñi sui pp quam uenerat natiuitatem uideret. Pro cuius ẽt consolatione & obsequio uenerat ministrãs & seruiens ei humiliter & deuote in oibus qbus poterat, in praecursoris partu (ut nõnulli scriptores asserũt) quasi oblita se matrem Dei esse, & totius mundi reginã, ut in oibus impleret humilitatis mensuram. Alij uero (ut Theophilus graecus) affirmant: q imminẽte partu Elisabeth, Maria abierit: eo q iam aliae mulieres ad Elisabeth confluxissent. Et qm in partu mulierũ uirgines adesse non solent: euangelista ideo, primo describit recessisse Mariam, q̃ de partu Elisabeth loquatur. &c.

Opiniones diuersae de mansione Mariae cũ Elisabeth.

De Natiuitate praecursoris. Cap. V.

E*Lisabeth autem impletum est tempus pariendi, & peperit filium. Et audierunt uicini & cognati eius, quia magnificauit dominus misericordiam suam cum illa, & congratulabantur ei.* Circa ortum pcursoris tria pcipue considerantur. s. tpis opportunitas. Prima, praecursoris natiuitas, & amicorũ admirãtium iucunditas. Dicit ergo. Elisabeth aũt tps pariendi impletũ est. Pro quo nota, q hoc uerbo impletionis non utitur scriptura, nisi in ortu, uel actu: uel obitu, bonorum: quorũ uitam pfectionis plenitudinem hre signat. Vide Bibliae concordãtias. Completo igitur pariẽdi tpe, peperit Elisabeth filium. s. octauo Calendas Iulij. Et audierunt uicini q erant cohabitãtes, & cognati. i. consanguinei uel affines, quia magnificauit

Verbũ impletionis quid importat.

 331

dñs misericordiam suã cum illa. Quam qdem misericordiam pluribꝰ modis cum illa magnificare statuit & uoluit. Primo, opprobrium sterilitatis ab ea auferendo: sicut supra dixerat angelus. Et ecce Elisabeth cognata tua. &c. Secũdo, conceptũ miraculosæ ei elargiendo, qa concepit puerꝝ in senectute sua. Tertio, ipsam spiritusancto replendo. Nam repleta fuit Elisabeth spiritusancto. Quarto, nobilissimam prolem ei dando, saluatore dicente. Inter natos mulierꝝ non surrexit maior Ioanne bapt. Quinto, eam personalr̃ uisitando, cum secretorꝝ reuelatione, cum supra dixit. Vnde hoc mihi ut ueniat mr̃ domini mei ad me? &c. Ideo congratulabant̃ ei super tãto dono, sicut dixerat angelus Zacharię. Multi in natiuitate eius gaudebũt. Et merito gaudebãt & lætabantur, quia in multitudine seu iustorꝝ multiplicatione (ut inquit sapiens) lętabitur uulgus. Ex quibus manifeste constat, ꝙ natiuitas præcursoris longe differẽs fuit a natiuitate cęterorꝝ filiorꝝ. Adq̃, qm̃ humana natiuitas primo quidem suapte natura, uel ex pc̃tõ primi hoĩs culpabilis est. Nam secũdum apl̃m, oẽs nascimur filij iræ. Secundo uilis, qa ex spermate corrupto nascimur: iuxta illud Iob. Quis põt facere mundũ de imundo conceptum semine? Tertio, tristis, quia primam uocẽ emittunt plorantes oẽs infantes: teste Salomone. Primã uocem similẽ omnibus emisi plorans. Natiuitas autẽ Ioannis bapt. (diuino aspirante fauore) fuit sancta, magnifica, & iocunda. Ideo dicitur, & congratulabantur ei. *Et factum est in die octauo uenerunt circumcidere puerum, & uocabant eum nomine patris sui Zachariam. Et respondens mater eius dixit. Nequaquam, sed uocabitur Ioannes. Et dixerunt ad illam. Quia nemo est in cognatione tua qui uocetur hoc nomine. Innuebant autem patri eius, quem uellet uo-*

Quõ Elisabeth fuit magnifica ta.

Matt. 11.

Prou. 29.

Ephe. 2.

Iob 14.

Sap. 7.

Natiuitas pcursoris differt ab alijs.

cari eum. Et postulans pugillarem scripsit dicens: Ioannes est nomen eius. Et mirati sunt uniuersi. Et factum est in die octauo .s. a natiuitate Ioannis, ueuerunt amici & q
Gen. 17. deputati erant circuncidere puerꝝ. Sic.n. præceptũ erat in lege. Infans octauo dieꝝ (inquit dñs) circuncidetur in uobis. Et uocabant eum, q̃a sicut nunc in baptismate imponitur nomẽ, ita tunc tp̃is in circuncisione. Intendebant aũt & arbitrabant̃, uolebãtq́ uocare eum noie patris sui Zachariam, more antiquoꝝ patrum, q̃ imponebant noĩa patrum primo
Thob. 1. genitis, & præcipue unigenitis, sicut Thobiæ dicitur. Genuitq́ ex ea filium, nomen suum imponens ei. Id ẽt fiebat, ut sicut imago patris profusa est in filio, ita noie ipsius prænotaretur. Et hoc legi diuinæ esse consonũ censebãt, ubi dicitur. Qñ habitauerint frẽs simul, & unus ex eis absq; liberis mortuus fuerit, uxor d̃functi, nõ nubat alteri, sed accipiat eã fra
Deut. 25. ter eius, & suscitet semen fratris sui, & primogenitum ex ea filium noie illius appellabit, ut nõ deleatur nomen eius ex Israel. Hac igitur de causa, primo genitis nomen patris imponebant. Ex hoc autẽ satis rõnabiliter existimabat̃ ab ignorãtibus mysterium, q̃ de noua grã & nouo ppl'o angelus, aliud nomẽ reuelauerit. Si.n. lex manere debuisset, & isrl' ppl's antiquus, congruũ fuisset, ut nomẽ sacerdotis in ppl'o remaneret. Sed quia sacerdotium iam erat
Hebr. 7. transferẽdum sicut ait apl's: Translato sacerdotio, necesse est ut legis translatio fiat: ideo nec puer sacerdotio patris successerat, nec nomen ab ipso remanendum accipere debuit. Sed nomẽ erat delen-
Cur Ioãni nõ imponitur nomen patris. dum, sicut sacerdotium. Quãuis.n. pater fuerit uenerabilis, & oĩ honore dignus, tñ noie suo sacerdotium transferendum erat, & non nisi in memoria, & nõ in obseruatione remanere debuit: quia ẽt me-

mor

mor domini interpretatur. Ideo rñdens mater eius dixit. Nequaq̃.s.uocabitur Zacharias, sed uocabit Ioannes, sicut prænunciatum fuerat ab angelo, & præordinatũ a Deo. Vnde in ꝑsona ipsius Ioannis, Esaias ait. De uentre matris meę recordatus est no minis mei: Propter admirabile ipsius significatum. *Esaiæ 49.* Et dixerunt ad illam. Miṝ est, ꝙ tu dicis eum sic eẽ uocãdum quia nemo est in cognatione tua qui uocetur hoc nomine.s.Ioannes. & merito, quia nullus præcesserat ei silis in opere: & quia antea non fuerat tp̃s gratiæ. Innuebant aũt patri eius.s.Zacharię quem uellet uocari eum, qbusdam nutibus uisibilibus: qm̃ Zacharias non tm̃ mutus effectus fuerat pp incredulitatem supius dictam, uerum ẽt surdus. Et postulãs pugillarem, nõ uerbo sed signo.i.tabulam tantã quãtum poterat pupillus capere. Vel pu pillarem.i.calamum ad scribendũ. Et scripsit dicẽs. Ioannes est nomẽ eius. Non dicit erit, sed est: quasi dicat. Iam nomẽ est impositũ ei ab angelo. Ideo nõ impono, sed impositũ indico. Et merito quidẽ, qa hoc nomen Ioannes fuit ei proprium pp plenitudi nem gratiæ quam habuit. Tum etiã pp tp̃s gratiæ quod ĩchoauit tpe suo. Nam ab Adã usq; ad Moysen fuit tp̃s sine doctrina legis scriptæ. A Moyse au tem usq; ad xp̃m fuit tp̃s seruitutis: sed in aduentu Christi orta est gratia. Vnde p Adam orta est culpa, per Moysen lex data, p xp̃m, gratia & ueritas facta est. Et mirati sunt uniuersi pp conuenientiam inter p̃rem & m̃rem, quantum ad pueri appellatio nem. Deinde euangelista linguæ patris referationẽ õndit ad nominis pueri confirmationẽ, cum subdit. *A gratia Ioannes dictus est.*

Apertum est autem illico os eius & lingua eius, & loquebatur be nedicens deum. Et *factus est timor super omnes uicinos eorum, & super omnia montana iudææ, diuulgabãtur omnia uerba hac.*

Et posuerunt omnes qui audierant in corde suo dicentes. Quis putas puer iste erit? Etenim manus domini erat cum illo. Et Zacharias pater eius repletus est spiritusancto, & prophetauit dicens.

Statim apertum est os Zacharię, & lingua eius, nõ per moram, qa nescit tarda molimina spiritussancti gratia. Et soluit fides linguam, quã incredulitas ligauerat. Et dicitur os & lingua eius, quia his duobus formatur uerbum. Os.n. quo ad uocis ꝓlationem apertum est, quã prius ꝓferre non poterat. Et lingua soluta est quo ad uerbi formationem. Vox nanq; cõis est oĩbus animalibus, sed uerbum ꝓpriũ est hoĩbus. Ecce quod dixerat angelus. Eris tacens & non poteris loqui usq; in diem natiuitatis eius. Nec mirum si loquebatur, quia prior Deus benedicere dederat ei. Ideo sequitur. Et loquebat̃ benedicens Deum, iuxta illud Danielis. Benedicite sacerdotes dñi dño, pro beneficiis a Deo acceptis. Et factus est timor magnus sup oẽs uicinos eoꝝ.i. Zachariæ & Elisabeth uicini tot mirabilib9 uisis, ex cõsideratione diuinę potentiæ conceperũt timorẽ, admirationem, pariter & stuporẽ: uidentes tã magnũ uirum pp hæsitationẽ sic punitũ. Timebant sibi omnes, arbitrantes nõ esse tutum offendere Deũ. Sic in euangelio scriptũ est, q turbæ (uisis xp̃i miraculis) timuerũt. Deniq; homo propriæ fragilitatis & culpæ sibimet conscius considerata altissimi ptãte, non ĩmerito expauescit. Propter qđ apud Hieremiã scriptum est. Non est similis tui dñe. Magnus es tu, & magnũ nomen tuũ in fortitudine. Quis nõ timebit te, o rex gentium? Et sup omnia mõtana iudææ diuulgabantur oĩa uerba hæc.i. fama horum mirabilium.s. de punitione & curatione Zachariæ, de Ioannis mirabili conceptione, de ipsius natiuitate, & nois appellatione. Iudæis in oĩbus locis suæ re-

Ore et lingua formatur uerbum.

Dan. 3.

Matt. 9.

Hiere. 10.

gionis montosis mirantibus insinuabatur. Magna nanq; & rara solent undiq; diuulgari, quã libẽter audiunt. Siquidem noua placẽt: & insolita admirationem inducunt. Homo aũt naturaliter est animal admiratiuum, uarietatisq; cupidũ, præsertim cum oẽs hoïes natura scire desiderãt. Et posuerũt oẽs in corde suo. i. mentibus suis tenaciter hæc impsserunt, dicentes. Quis putas puer iste erit? Quasi dicerent. Notabilis ualde magnus & laudabilis erit, & crescet in uirum eximiũ. Talia. n. mirabilia contingere non cõsueuerunt, nisi in electis psonis. Ideo subdit. Etenim manus dñi erat cũ illo. i. uirtus, gratia, auxilium, fauor, supnaturalis operatio ipsius Dei fuit cũ Ioanne in eius sanctificatione, exultatione in utero matris, cæterisq; præfatis. Ex quibus probabiliter & æqua rõne concludebatur magnitudo pueri futura corã Deo. Et si quispiam quærat cur Ioãnes sanctificatus in utero & ab originali purgatus circuncisus fuit, cũ circuncisio esset remediũ cõtra originale pctm: Rñdendum est, ipsum circũcisum fuisse nõ ob indigentiam remedij, sed pp obseruationẽ præcepti: & ne alij scandalizarent̃ cãm singularitatis ignorantes. Et quia forte per circuncisionẽ illam ad grãm disponebatur maiorẽ. Inde seqtur. Et Zacharias pater eius impletus est spũsancto. Ecce q̃ bonus Deus & facilis indulgere peccatis: q non solum ablata restituit, sed ẽt inspirata cõcedit. Ille dudum mutus prophetat, nunc aũt impletus spũsancto denuo pphetizans canticũ diuinæ laudis fecit dño dicens. *Benedictus dominus Deus Israel: quia uisitauit &c.* In hoc quidem cantico, Zacharias primo grãs agit Deo: quia iam uenit xps ad complẽdum omnia patriarchaꝝ & pphetaꝝ pmissa. Secũdo, dirigit uerba ad pueꝝ natum cõmendando ipsum

Magna, rã ra, insolitã admirari faciunt.

Cur Ioan. sanctificatus circuncisus est.

de officio præcurſoris, quia Christi præcurſor erat, cũ dixit. Tu puer, ꝓpheta altiſſimi uocaberis. Ad intellectum ergo primæ ptis animaduertere operæ pretium eſt & ſcire cõtingit, ꝙ tota ſcriptura ſancta legis & ꝓphetarꝫ ſæpenumero teſtm̃ Dei merito appellatur: iuxta diffuſam Iacobi Valentini conſiderationem. Nam teſtm̃ dicitur a teſtãdo, qđ idẽ eſt ꝙ affirmare. Ideo utriuſqꝫ iuris ꝓfeſſores, diſpoſitionem oĩum bonorꝫ ꝑ mortem teſtatoris confirmatam, teſtm̃ appellant: cuius diffinitio talis eſt.

Teſtamentum quid, & unde dicitur. Teſtm̃ eſt ultima teſtatoris uoluntas. i. diſpoſitio omnium bonorꝫ per ultimã teſtatoris uoluntatẽ cõfirmatam. Vltimam aũt uolũtatem illam appellãt, quæ ꝑ mortem finitur & cõfirmaẽ. Quãobrẽ diſpoſitio teſtamenti nunqꝫ ualida dr̃ nec cõfirmata, niſi in morte teſtatoris: eo ꝙ antea poterat teſtator de bonis ſuis aliter diſponere. Et ideo hæres nõ recipit hęreditatem niſi mortuo teſtatore. Itaqꝫ diſpoſitio illa oĩum bonorꝫ quæ facta eſt ꝑ tp̃s præteritum a teſtatore nõ dicitur donatio, ſed ꝓmiſſio: q̃ non ſortitur effectum, niſi ꝑ mortem teſtatoris. Ex quibus oĩbus euidentiſſime cõſtat ꝙ tota ſcriptura ſacra legis & ꝓphetarꝫ ante aduentum xp̃i teſtm̃ proprie dici, minime poterat reſpectu illius ppl'i, ſed ſola diſpoſitio teſtamenti, inquantũ promittebaẽ eis xp̃s in carne uenturus, q eos de ſeruitute peccati redimere debebat: & bona ſpũalia gr̃æ & gloriæ in hæreditatem conferre. Reſpectu aũt Dei ſemꝑ dictum eſt teſtm̃ inquantum uoluntas Dei ſemꝑ fuit & eſt ĩmutabilis & firma. Sed reſpectu illorꝫ fidelium & noſtri nunqꝫ fuiſſe uerꝫ teſtm̃ cenſendum eſt, uſque quo ꝑ xp̃m & eius mortem fuerit confirmatũ. Iccirco xp̃s Deus q olim illud teſtm̃ diſpoſuerat per ꝓmiſſiones factas p̃riarchis & ꝓphetis, inde ueniẽs

Lex uetus proprie nõ dicitur teſtamentũ.

in carnem p mortem & passionē suā id confirmare
uoluit. Qua de re oēs fideles ueteris testamēti no- Hebr. II.
biscū receperunt pmissiones, apl'o dicēte. Sancti p
fidem uicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti
sunt repromissiones. Liquet igiť ex his, q̄ tota scri-
ptura sancta utriusq; legis nō est nisi unum testm̄ s.
ante aduentum xp̄i dispositū, & per ipsius aduentū
confirmatum. De prima dispōne ait dn̄s per pphe- Psal. 88.
tam in psalmo. Disposui testm̄ electis meis. De cō-
firmatione aūt ueteris legis, loquiť xp̄s in cœna di-
cens. Hic calix nouū testm̄ est in meo sanguine. i. p I. Cor. II.
meum sanguinē nouiter confirmatum. Exempli cā.
Si rex q̄spiam exñs sanus condidit testm̄, disponit
bona sua oībus filijs, parentibus & amicis suis: de-
inde transactis multis diebus rex ueniens ad mortē
iterū confirmat quæ prius disposuerat, declarans q̄
promiserat p executionem, nimirū prima patris di- Exemplū
spositio, primum testm̄ appellatur. Cōfirmatio aūt de duplici
& ipsius executio in morte facta dr̄ secundū uel no testamēto.
uum testm̄. Ita Deus ante aduentū filij sui multa p-
miserat pp'o israel, & disposuerat. Quæ q̄dem pro
missio & infallibilis dispō dicta est uetus testm̄. De
inde transactis multis tp̄ibus, denuo per filium suū
omnia confirmauit, exequendo p mortem suam, q̄
olim statuerat. Et hæc cōfirmatio & dispō, nouum
testm̄ dici solet. Et quemadmodū hæredes nō pos-
sident bona testatoris nisi post mortē eius, ita nec
hr̄des Dei possiderunt bona patris nisi post necem
Christi. s. uitam æternam. Deus. n. pmiserat popu-
lo israel, primo uisitare eos in psona, sicut p pphetā
Ezechielē testatur. Visitabo uos sicut pastor uisitat Ezec. 34.
gregē suum. Secūdo, redimere eos a captiuitate nō
temporali sed spūali, iuxta illud psalmi. Et ipse redi Psal. 129.
met israel ex oībus iniquitatibus eius. Tertio, erige-

re & exaltare regnum Dauid spũale de ipso carnē assumendo Hac igitur de cã patriarchæ & ꝓphetę & oēs fideles uet. test. tanto affectu aduentum xp̃i optabant. s. ut ueniret ad cõfirmandũ testm̃ suum, & promissiones exequendas. Ideoq; Zacharias in hoc cantico gratias agit Deo qui oēs illas ꝓmissiones putat esse cõpletas, postq̃ mysterium incarnationis agnouit, dicens. *Benedictus dominus Deus israel, quia uisitauit, & fecit redemptionem plebis suæ.* Benedicere Deum est ipsum laudare hymnis, psalmis, & cãticis spũalibus. Benedicere Deo est grãs agere, dicente Daniele. Benedicite angeli dñi dño, benedicite oĩa opera dñi dño, laudate & superexaltate eũ in secula. Benedictus est ergo dñs Deus israel, qui est dñs oĩum iure possessionis, iure creationis, iure bñficiorum, quia uisitauit, & a creatione mundi uisitare non desit plebem suã, quam ēt proprio sanguine in cruce redemit: & uisitationē protinus nostrę opportunitati cõnexit. Nam post pctm̃ illico uisitauit Adam dicens. Vbi es? Vt ad semetipsum pœnitendo rediret. Visitauit Cain ante actum criminis quod operari decreuerat, ne pficeret. Visitauit post scelus, ut pœniteret. Visitauit Noe, ut a diluuio liberaret, & post diluuium qũo uiueret. Visitauit Abraham, Isaac, & Iacob sæpius, necnõ & eoꝝ uxores per angelos, oracula, p non speratos cõceptus, docendo, reuelãdo secreta. Visitauit Loth, uxorem & filias, ut ab incendiis flãmarum eriperet. Visitauit Moysen in deserto per rubũ, & ppl'm in Aegypto. Visitauit Pharaonem p Moysen & Aaron, & ipm ægyptum per ualidas & mirabiles plagas. Visitauit sæpe ppl'm in deserto, Gedeonē, Samsonem, Annam in conceptu, Hely p reprehensionē & alterius sacerdotii prædicẽdo successionē. Visitauit Samue-

Dan. 3.

Ab exordio mundi usque ad psens qũo uisitauit nos Deus.

lem, Dauidem, Salomonem, plurimosq; reges, & ꝓphetas per spm̄sanctum, & ppl'os in clamoribus ꝓphetaꝝ. In plenitudine quoq; temporꝝ uisitauit Zachariam ꝑ angelum, & uxorem eius ꝑ nouum filium. Visitauit uirginem sacrã, & oēm pplm̄, uniuersumq́ mũdum ꝑ redemptorem oium xp̄m æternũ Dei filium. Deniq; Zachariam a silentio liberãdo, qui spũsancto repletus exclamat. Benedictus dn̄s Deus israel, quia uisitauit. &c. Et fecit redẽptionem plebis suæ, quam Dauid longe ante p̄dixerat. Redemptionẽ misit dn̄s ppl'o suo, mãdauit in æternum testm̄ suum. Hoc idẽ saluator cũ p̄dicaret asseruit dicens. Filius hois non uenit ministrari sed ministrare, & dare aiam suam in redemptionẽ ꝓ multis. Apostolus quoq; ad Corinthios iã factũ exclamat. Facta est nobis ab ipso nostra redemptio. Et alibi. In quo habemus redemptionẽ per sanguinem eius. Et ad Timothæum. Vnus Deus, unus mediator Dei & hoium hõ Christus Iesus, qui dedit redẽptionẽ semetipsum pro nobis. Qui introiuit semel in sancta redemptione inuenta. *Et erexit cornu salutis nobis, in domo Dauid pueri sui.* Cornu quasi os est, & discreta origine ab aliis ossibus ꝓcedere perspicuũ est, qm̄ cætera corio & carne uelantur. Cornu uero carnẽ excedit, & supra corium se ꝓtendit. Et alicui animali præterq̃ in capite nõ appet. Arma sunt animalium cornua in capitibus orta. Ideo cornu signat regiam maiestatem: qm̄ in uete. test. oleo quo ungebantur reges ferebatur in cornu, iuxta quod dictum est Samueli cum reprobatus esset Saul. Imple cornu tuum oleo, & mittã te ad Isai Bethleemitem, prouidi eũ in filiis eius mihi regem. Qđ Samuel usquequaq; perfecit. Ideo cornu erectum in domo Dauid est regia xp̄i ptãs, qui secundum car-

Psal. 110. *Matth. 20* *1. Cor. 1.* *Ephe. 1.* *1. Thim. 2.* *Quid sit cornu, & qđ signat.* *1. Reg. 19*

nem de lumbis Dauidis (sicut scriptura testat̃) mũdo natus apparuit. Dicit ergo Zacharias. Et erexit cornu.i.regnum salutis nostræ in domo Dauid pueri sui.i.electi sui, sicut scriptum est. Inueni Dauid secundum cor meũ: Quia de uirgine Maria carnem

Q̃uõ erecta est humana natura. assumpsit, quæ erat de domo Dauid. Nam humanam naturam q̃ per pc̃tm̃ ipsius Adæ ꝓstrata erat, Christus erexit. Primo eam assumẽdo per incarnationem. Secundo, ipsam liberando ꝑ mortẽ & passionem. Tertio, sua resurrectione ipsam glorificando. Quarto, in cœlo inter angelos collocando per suam ascensionẽ. Et ita erexit cornu salutis nostrę in domo Dauid: de quo scriptum est. De fructu uen-

Psal. 131. tris tui, ponam suꝑ sedem tuã. Et iterum. Semel iu-

Psal. 88. raui in sancto meo, si Dauid mentiar, semen eius in æternum manebit. Et quippe cornu salutis nostræ erectum dicitur cum Dei filius Dauitica carne uestitus cœlos ascẽdit, et sedet a dextris altissimi Dei. Et quemadmodum cornu excedit carnẽ & coriũ, sic Christus elemẽta & corpa cœlestia penetrauit. Cui a patre in cœlo & in terra oĩs est collata ptãs. Hoc Anna ꝓphetico spũ longe ante prædixerat dicens. Dominus dabit imperiũ regi suo, & sublima-

1. Reg. 2. bit cornu xp̃i sui. Erectum est cornu, exaltatum est cornu, sublimatum est cornu, salutem dat Christus in suo cornu, liberat a dæmonibus, & ab oĩbus inimicis in suo cornu. Nam & ipse Dauid ante ꝓuidit dicens. Protector meus & cornu salutis meæ. Protector est Christus ab oĩbus malis liberans, & oĩbꝰ sperantibus in eum est cornu salutis, qui ꝑ eundem ꝓphetam dicit. Et oĩa cornua pc̃tõrum cõfringam.

Psal. 74. De quibus Daniel. Bestia quarta habebat cornua

Dan. 7. decem. Ioãnes quoq; in Apocalypsi, uidit de mari

Apoc. 13. ascendentem bestiam hñtem capita septẽ, & cor-

nua decem. Quid est.n.dicere, & cornua pctōrum confringam, nisi conterā oīa supbor regna, & demum regnum antichristi? Et exaltabuntur cornua iusti.i.regna sanctor & iustor cum Christo in cę lo. *Sicut locutus est per os sanctorum, qui a seculo sunt prophetarum eius.* Deum esse locutum non proprie, q cum sit spiritus, os & instrumenta ad loquendū non habet, sed methaphoricæ, & p quandam siītudinem arbitrādum est. Vnde inuisibili modo Deus primo locutus est.s.ante oē tps, generando filiū suū, sicut scriptum est. Dñs dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Deinde in principio tpis cum dixit. Fiat lux. Dicere.n.idē est q uelle fieri. Proinde, post tps locutus est pphetis, cum uoluntatem suā internis inspirationibus manifestauit. Secundo, uisibili modo locutus est Deus p angelum ipsi Abrahę, Iacob, Loth, Moysi, & aliis. Postmodum ore oīum propheta locutus est ppl'o suo. Postremo aūt p filium suū, sicut ait apl's. Multipharíæ multisq́ modis olim Deus loquens patribus in pphetis nouissime dieb⁹ istis locutus est nobis in filio. &c. Et ita tribus modis inuisibiliter, tribusq́ uisibiliter locutus est Deus. Dicit ergo. Sicut locutus est p os sanctorum, qui a seculo sunt pphetarum eius. Hoc est sicut prænunciauit ore pphetarum suor, qui a principio mundi fuerunt, qui uerbis signis & figuris de xpo locuti sunt, & eius mysteria prædixerūt, quia in nulla mundi ætate defuit prophetia de xpo, ut asserit August. Nam & ipse Adam de xpo, uerbis & rebus locutus est. Sil'r cæteri patriarchæ uatesq́. Propter quod in Actis, Petrus testatur. Deus qui p̄nunciauit per os omnium pphetar pati Christū suum, impleuit. Et alibi. Huic oēs prophetę testimonium perhibent. Tm̄ quippe mysterium decuit diu

Psal 2. Gene 1. Q̄uo loquitur Deus. Hebr. 1. Acto. 3.

ante ac multipliciter pñūciari, ut ei⁹ dignitas agnoscatur, & factum credibilius oñdatur, firmiusq; credatur. Vnde in hoc fides nostra certissime confirmatur q oīa quæ de Christo credimus & tenemus taliter prophetata probamus. Sed & ipsi hebræorū doctores fatentur oēs prophetas de xpo & eccl'ia .i. pro tempore xpi fuisse locutos & quicqd locuti sunt ad xpm finaliter retulerunt. Nunc aūt singulariter dicitur, per os sanctorꝝ, eo q oēs uno spiritu concorditer loquebantur. Inde subdit. *Salutem ex inimicis nostris, & de manu omnium qui oderunt nos.* Multa promiserat Deus populo israel in suo primo testamēto ut supra dictum est. s. uisitare & redimere eos, pp quod Zacharias ait. Quia uisitauit & fecit redemptionem plebis suæ: deinde, erigere regnū Dauid spirituale, ideo subdit. Et erexit cornu salutis no-

4. Promissio adimpleta per Christum. bis. Sicut locutus est. &c. Quarto promisit saluare israel ab inimicis spūalibus & corporalibus. Quare seqtur. Salutem erexit. s. nobis, qm̄ in ipso nobis erecta est salus ab inimicis nostris inuisibilibus, ne ultra uiolenter animas raperent, ne iustas animas patrum p amplius detinerent, sicut ipse in euāgelio

Ioan. 12. testatur. Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Et non tm̄ a dæmonib. quinimò a carne & mundo, omnisq; ueræ beatitudinis impedimento. Vnde in ep'la Ioannis scriptum

1. Ioan. 3. est. In hoc apparuit filius Dei, ut dissoluat opa diaboli. Porrò quod ait, de manu omnium q oderunt nos: quidam exponunt de gentilibus quos xps cōuertit, & sic inter illos & iudęos cōuersos pax fuit, inter quos antea inimicitia erat. Potest quoque de cunctis peruersis hoībus accipi a quibus liberātur electi. Nō q ab illis in hac pñti uita discrimina nō patiantur, aut trucidentur, se quia p timorem mor-

dinatum eis non subijciuntur, nec ad uitia reducuntur, sed p humanam psecutionem ab eis illatam, ad gloriam transferuntur æternam: sicq́; æternaliter liberantur ab eorum infestatione: quēadmodum plenius Aug. super illud psalmi, a timore inimici eripe aīam meam. Et id apud Michæā pphetā pmissum est. Exaltabit, inquit, manus tua sup hostes tuos, & inimici tui interibunt. Sic ergo erexit nobis salutē. Mich. 5.

Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris, & memorari testamenti sui sancti. Quinto promiserat Deus patribus in Limbo existentibus misericordiam elargiri, quam in suo adimpleuit aduentu. Ideo dixit. Ad faciēdam misericordiam cum patribus nostris. Nā tps erat miserendi qn̄ uenit tps, quo sancti patres liberari debebant a tartarea ptāte, ut præda sanctorum ab iniustis raptoribus tolleret. Ideo erectū est cornu salutis. i. Christus, ut celebraret misericordia cū antiquo patre Adam, qui fletib⁹ & pœnis culpam ad posse diluerat. Necnon & cum misera prole sua quam a paradisi sedibus sua inobedientia fecerat exulare. Danda erat tpe Christi Noe misericordia, qui euadendi spe pro reparationis humanę, munimine centenariam archā construxit: a quo cōdita sunt seculi testamenta. Facienda erat cū oībus patribus misericordia, qui fidem uerā, obedientiā prōptam dn̄o seruauerunt. Et cū omnibus sanctis prophetis qui uera futura hæc pdixerunt, & pro ueritate, ludibria & mortes, & uincula passi sunt. Dilata erat misericordia, nō ablata, progata, nō denegata. Quamobrem Zacharias agnoscens filium Dei in carne uenisse, præ gaudio canit. Et erexit cornu salutis nobis: Ad faciendā misericordiā cum patribus nostris. s. patriarchis, pphetis, & iustis olim defunctis: ut pote plenā felicitatem impenderet, edu-

5. Promis.

Misericordia tēpore xp̄i pstanda erat oībus patribus.

cendo eos de Limbo. Et memorari testamenti sui.

Testamentū sanctū, testamēti sancti sui differunt. Testamentum sanctū, est futurorū promissio.i. promissio filij sui sancti sanctorū est, & firma pollicitatio supnorū, cuius memoratus est cum plenitudo tpis uenit. Est ergo testm̄ sanctū uetus id, quod tm̄ temporale pstabat. Est testm̄ sancti sui, de quo Dauid. Respice in testm̄ tuum, in illud uidelicet qđ disposuit per filium sanctū suum, cuius Zacharias dicit dn̄m memorari. Etiam Hieremias longe ante de testō huiuscemodi pphetauit dicens. Ecce dies ueniunt dicit dn̄s, & feriam domui israel, & domui Iuda pactum nouū, alias testm̄ nouum: nō secundū pactum qđ pepigi cum patribus uestris, in die qua apprehendi manū ut educerē eos de terra ægypti. Et quæ sequunt. In quibus uerbis notant duo testamenta: uetus.s. & nouum. Primum fuit promissio a deo facta patribus & pphetis, qbus plura pmisit, ut supra habitum est, q̄ dicitur testm̄ sanctū. Secundum fuit cōfirmatio, illiusq́ antiquæ promissionis executio facta p xp̄m. Ideo testm̄ sui sancti.i. Christi merito dici pōt. Testm̄ sanctum sanguinē habet hircorū, uitulorū, & aliorū aīalium. Testamentū sui sancti sanguinem proprium hēt filij Dei. Neq; salus erat in sanguine animalium, nec liberatio captiuorum: sed in sanguine testamenti sancti Dei, prout p alium Zachariam pphetam fuerat ante pdictum. Tu quoq; in sanguine testamenti tui emisisti uinctos tuos de lacu in quo nō erat aqua. Qui sanguis ante passionē impassibiliter dat discipulis qbus saluator dicit. Bibite ex hoc omnes: hic.n.est sanguis meus noui test. qui pro uobis & p multis effundet in remissionē pctōrū. Et ideo xp̄s sui noui sanctiq́ testamenti mediator exn̄s, quod confirmatur suæ mortis intercessione, in redemptionē earū puarica-

Testamentū duplex hic notatur.

Zacha. 9.

Matth. 26

tionum, quæ erant sub peiore testō, remissionē accipiant oēs qui uocati & electi esse participes hr̄ditatis æternæ. Vbi.n.nouū test.est, mors necesse est ut īteruen iat testatoris. Testamētum.n.in mortuis confirmatum est. Quod spū pphetico uidebat Zacharias Dei memorari huiuscemodi testamēti qđ ab æterno disposuerat, & p prophetas pmiserat, ī quo salus, in cuius sanguine liberatio, in quo supna hæreditas, sanctis & electis tribuitur. Id ēt testamētum morte confirmandū ipse uidebat, nosq; in fide aspicimus confirmatum. *Iusiurandum quod iurauit ad Abraham patrem nostrum daturum se nobis.* Sexto, pmiserat nobis Deus cum iurō, multipliciter daturum se nobis. Cuius promissio, & testm̄ iusiurandum pulcherrime dicitur. Apposuit aūt iurm ad ondēdum stabilitatem, firmitatē, ac ipsius pmissionis imobilitatem, irreuocabilemq; ueritatem. Dicit ergo Iusiurandum qa iurō firmatum quod iurauit ad Abrahā patrem nostrum, quēadmodū in Genesi scribit, q Abraham uolens sacrificare filiū suum Isaac, dixit ei dn̄s. per memetipsum iuraui qa fecisti rem hanc, & nō pepercisti unigenito tuo pp me, benedicam tibi & multiplicabo semē tuum sicut stellas cœli. In semine aūt tuo benedicētur oēs gentes. Et semē tuum. s. Christus possidebit portas inimicoꝝ suoꝝ .i. expoliabit infernum, & eiecto principe hui⁹ mūdi foras, subijciet & possidebit pplm gentilē. Iōq; Zacharias gaudio magno dixit. Dn̄s Iesus adimpleuit iusiurandum quod iurauit ad Abrahā prēm nostrum datuꝝ se nobis, ueniendo in carnem, & p mortem & passionē nos liberando. Filius qppe oīpotentis Dei dedit se nobis, exhibendo se frēm & amicum, iuxta illud apl̄i. Vt sit ipse primogenitus in multis fratrib⁹. Ipse quoq; in euangelio. Vos ami

Vetus testamētum cōfirmatur in morte Christi.

Gene. 22.

Roma. 8.

Ioan. 15.

ci mei estis. Item, dedit se nobis in magistrũ & exẽplum dicẽs. Vos uocatis me magr̄ & dñe, & bene dicitis. Exemplũ.n.meum dedi uobis. &c. Rursus. Exhibuit se holocaustũ & cibum, teste Apostolo.
Hebr. 9. Christus assistens pontifex futurorũ bonorũ. &c.
Ioan.6. Et in euãgelio. Caro mea uere est cibus, & sanguis
1.Ioan.2. meus uere est potus. Praeterea, dedit se nobis in ad-
Philip. 3. uocatum & saluatorẽ, sicut Ioãnes ait. Aduocatũ habemus apud p̄rem Iesum xp̄m iustum. Apostol9
Multipliciter xp̄s datur nobis. quoq;. Saluatorẽ expectamus dñm nostrũ Iesum Christum. Deniq; illis dr̄ deus se dare, quibus charitatem & grãm suam infundit. Illi etenim hñt & possident Deum, in quo plena liberalitas, summa dignatio, purissimaq; Dei ad nos dilectio demonstratur. Quoniam dando nobis dona sua, pariter se ipsum pręstat, uidelicet ad hñdum, ad possidendũ, ad diligendum, ad cõseruandũ, & perfruendũ. Ad literam aũt dicendũ est, q unigenitus datus est no-
Esaiae 9. bis, eo q nostrã naturã assumpsit, iuxta illud Esaiae. Paruulus nat9 est nobis, & filius dat9 est nobis. etc.

Vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati, seruiamus illi. Septimo, legem nouam promiserat nobis dare, iuxta multa uaticinia pphetarũ, de quib9 al's dictum est. Ideo Zacharias spũsancto replet9 subdit. Vt sine timore.s.inordinato, mundano, carnali, seruili, de manu inimicorũ nostrorum uisibilium & inuisibilium, liberati p Christi aduentũ & passionẽ, seruiamus illi, tanq̃ uero Deo, cui adoratio latria, timor filialis & seruitus iure debetur: quẽadmodũ
Deut.6. hr̄ in lege. Dñm Deum tuũ timebis, & illi soli seruies. *In sanctitate & iustitia coram ipso, omnibus diebus nostris.* In sanctitate & iustitia.i.in lege euangelica q̃ dicitur sancta & iusta quia sanctificat hominemq; iustificat. Quae qdem euãgelica lex a xp̄o data, lex

libertatis, lex amoris, & gratiæ, lex futuræ beatitudinis, merito dici potest. Non aũt lex seruitutis, fortitudine pœnæ, sicut lex Moysi. Nec onerosa, cærimoniarũ iugo, quẽadmodum illa. Præterea, lex euãgelica dr̃ lex iustitiæ, quia hæc sola iustificat p̱ articulorũ fidem, p̱ dilectionem Dei in obseruãtia p̃ceptorum. Dicitur quoq; lex sanctitatis eo q̄ sanctificat per grãm & sacrã. Propterea dicit. Vt seruiamus illi: non uno die, uel raro, aut modico tp̱e, sed incessanter & p̱seuerãter oĩbus diebus nostris. Qui .n. perseuerauerit usq; in finẽ, hic saluꝰ erit. Ideo nos admonet apl's dicens. Bonum faciẽtes non deficiamus, tp̱e.n. suo metemus, non deficiẽtes. Nihil demum tam stultum, q̄ tp̃s nõ solum infructuose, sed uitiose expendere. Iugiter ergo Deo altissimo obsequamur, sempq; perfectus, atq; ardentius obsequi studeamus, pensantes quod scriptũ est. Maledictꝰ qui facit opus Dei negligenter. *Galat. 6.* *Hiere. 48*

Epilogus dictorum per modum orationis.

Dicamus ẽt & nos orando. Benedictus dñs deꝰ israel, quia uisitauit & fecit redẽptionẽ plebis suæ. Et erexit cornu salutis nostrę, sicut locutus fuerat. i. promiserat p̱ os sanctorũ prophetarũ eius. Nã ipse locutus est. i. loquendo promisit salutẽ ex inimicis nostris. Promisit inq; mittere saluatorẽ qui saluaret & liberaret nos de inimicis nostris. s. dæmonibꝰ & infidelibus, & de manu, p̱tãteq; oĩum inimicorũ qui oderunt nos. Quẽadmodũ locutꝰ est p̱ Samuelem & Nathan p̱phetam, pariter & per Dauidẽ regem dicens. Inueni Dauid seruum meũ, oleo sancto meo unxi eum, manus.n. mea auxiliabitur ei: & brachium meum confortabit eum. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis. i. diabolus nõ apponet nocere ei. Et concidam a facie eius inimicos *Psal. 88.*

eius, & odientes eum in fugam conuertam. Ecce iã Christus uisitauit plebem suã, & uenit ad faciendã misericordiam p̃ribus nostris, quẽadmodum locutus fuerat & promiserat in eodẽ psalmo dicẽs. Misericordias dñi in æternum cãtabo. Quoniã dixisti in æternum misericordia ædificabitur in cœlis, & p̃parabitur misericordia tua in eis. Ecce iam xp̃s erexit cornu salutis nostræ, assumẽdo carnẽ de domo David, sicut in eodẽ psalmo testatus est dicẽs. Disposui testamẽtum electis meis, iuraui Dauid seruo meo, usq; in æternũ præparabo semen tuum. Et infra. Veritas mea & misericordia mea cũ ipso, & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Ecce iam memoratus & recordatus est testamenti sui sancti ueniens in carnem, ut in eodem psalmo promiserat. Neq; profanabo testamẽtum meũ, & q̃ p̃cedũt de labijs meis non faciam irrita. Item. In æternũ seruabo illi misericordiam meã, & testamẽtum meũ fidele ipsi. Ecce iam adimpleuit iusiurandũ quod iurauit ad Abraham p̃rem nostrũ, daturum se nobis. s. in filium, frẽm, saluatorem, aduocatũ, in mag̃rm & exemplum, in amicũ & socium, in holocaustum & cibum: sicut ei alias locutus fuerat. Ecce iam uenit xp̃s liberans nos de iugo legis, de falso fermẽto scribarum & pharisæorum, & dedit nobis euangelicã legem q̃ est lex uiæ, ueritatis & uitæ. Lex q̃ppe gratiæ, libertatis, sanctitatis & iustitiæ. Et de manu inimicorum nostrorũ non solum dæmonũ, sed etiam scribarum & pharisæorũ, qui corruperunt legem. Et de manu infidelium liberati, seruiamus illi: in sanctitate & iustitia. Id aũt fecit filius Dei sicut longe ante prædixerat Esaiæ, q̃a de sion exibit lex, & uerbum dñi de Hierusalem. Hieremiæ quoq;. Dabo legem meam in cordibus eorũ, & in uisceribus eorũ

Quõ promissiones Dei adimpletæ sunt

Gen. 22.

Esa. 2.

Hiere. 3.

scribam

scribam eam. Malachiæ proinde. Erunt offerentes dño sacrificia in iustitia, & placebit dño sacrificiũ iuda & Hierfm. &c. Postremo subdit. *Et tu puer ppheta altissimi uocaberis, præibis.n.ante faciem domini parare uias eius.* Zacharias, reddita gratia Deo de beneficio incarnationis, benedicẽdo xp̃m Deum in carne adhuc in utero matris paruulũ estantem: nunc aũt cõuertit, & sua dirigit uerba ad Ioannẽ nouiter natũ quem forte uirgo Maria tenebat in ulnis. Acceperat.n.in templo p oraculum ab angelo qualis esset iste futurus, & q̄ prę iturus esset dñm in spũ & uirtute Eliæ, ideo repletus spũsancto Zacharias, et data sibi facultate loquendi, reuelationẽ factam de sanctitate & officio pueri publice manifestauit, docuit, & explicauit dicens. Et tu puer uocaberis propheta xp̃i saluatoris altissimi. Et non solum ppheta, sed archipropheta. Nam q̃ alij prophetæ de longinquo p̃dixerunt uẽturum: tu digito oñdens eum iam uenisse dices. Ecce agnus Dei. Vnde nota q̄ Ioannes multis noĩbus est appellatus. Dict9 nanq; est amicus sponsi, ut liquet in euãgelio Ioannis. Pręcursor Christi, ut Matthæus testatur. Baptista, Angelus, Lucerna ardens & lucens, ppheta, & plusq̃; propheta. Elias quoq; pp grẽ uaria dona sibi collata. Quæ qdem noĩa ipsi Ioanni pulcherrime conueniunt. Et præcipue præcursor xp̃i, quia ut inquit Zacharias ad eum, præibis ante faciem eius parare. i. ad parandum uias eius. Vnde aĩaduertendũ est q̄ multis modis Ioães bap. præiuit ante Christũ. Primo, ante conceptionem & natiuitatem. Præiuit insuper ante ipsum tanq; præcursor ad pniam faciẽdam, ad p̃dicationẽ, ad baptismum, & mortẽ. Prænunciauit quoq; ipsum in Lymbo patrũ uenturũ. Sic etiam dicendũ est q̄ multipl'r parauit uias eius

Malach. 3. *Ioan. 3.* *Matth. 3.* *Ioan. 5.* *Matth. 11.* *Multipliciter p̃iuit Ioan. ante Christum.*

id est, præparauit corda hoium ad sequendũ uias Christi, uel ad sequendũ xp̃m in oibus uijs suis. Et quemadmodum Christus, dux & caput, & legifer noster p multas uias duxit nos in gl'iam suã. s. per uiam pniæ & baptismi obseruãtiaq; legis euangelicæ, pariter & p uiam persecutionis usq; ad passionẽ & mortem, ita Ioannes fuit Christi p̃cursor & nũcius in omnibus his uijs, dirigens corda hoium tũc
Mat. Lu. 3 tp̃is, ut reciperẽt xp̃m sic ut liquet in euãgelio Matthæi,
Mar. Io. 1. Marci, Lucæ, & Ioannis. Nam primo p̃parauit corda hoium & direxit ad xp̃m per uiam pniæ, quia teneris sub annis desertum petijt, in quo moratus est usq; ad uigesimũ nonum uel trigesimũ annũ ætatis suæ. Inde egressus uenit in regionẽ Iordanis, prædicans baptismum pniæ. Et ita hoies dirigebat ad xp̃m sequendũ per uiam baptismi, q licet nõ tolleret peccata, erat tñ dispositiuus ad xp̃i baptismũ, qui uere peccata tollit. Rursus, pręparauit corda hominum ad legem xp̃i suscipiendam, qñ in concione clamabat, dicens turbis. Qui hẽt duas tunicas det unam non hñti. Item, qñ militib⁹ aiebat. Neminem concutiatis, estote cõtenti stipendijs uestris. Proinde publicanis, nihil amplius q̃ constitutum sit uobis faciatis. Pręterea, parauit uiam dñi ad psecutio-
Ioan. multipliciter uias domini parauit
nem & mortem suscipiendã, qm̃ pp ueritatẽ tuendam ab Herode capite trũcatus est. Sic ẽt præparauit uiam xp̃i ad limbum, annũcians ipsius aduentũ ad liberandos patres exñtes in eo. In oibus igit̃ pręiuit ante faciem dñi parare uias eius. quẽadmodũ
Malach. 3. per Malachiam pphetam idem dñs prædixerat dicens. Ecce ego mitto angelũ meum, q præparabit uiam ante faciem meam. *Ad dandam scientiam salutis plebi eius: in remissionem peccatorum eorum.* Nõ miremur si Zacharias infantem filium alloqtur octo dierũ,

quia qui in utero Mariæ salutationē audiuit, iā natus uocem patris audire nō est mirū. Agnouit.n.cō simili miraculo,ēt pp illos instruēdos qui aderant, Zacharias futura filij munera q̄ p angelum didicerat depromit,dicens: Tu puer ꝓpheta altissimi uocaberis,qa præibis ante faciem eius: nō tm̄ ad parādum uias eius, uerum ēt ad dandam & conferendā scientiam plebi xp̄i,in remissionem peccatoꝝ. Nā Ioannes baptismū pniæ prædicauit dicens. Pniam agite,appropinquabit.n.regnū cœloꝝ. Veniebant quoqꝫ hoies ad Ioānem confitentes pc̄tā sua,& baptizabantur ab eo. Et licet baptismus & pnia pariter & doctrina Ioānis nō conferret p se salutem & gratiam,dirigebat tn̄ in sciam salutis euangelicam, & in noua sacr̄a q̄ per se salutem & gr̄am cōferūt simul & remissionē peccatoꝝ. Ideo quæcunqꝫ Ioānes agebat anteq̄ Christus baptizaretur ab eo, se habebant ad euāgelicam legē,& ad ecclesiastica sacramenta tanq̄ uia in terminū, & uelut dispositio ad formam. Et ita corda hoium p̄parabant ad pfectissimam formā suscipiendā. Venit igitur Ioannes ad dandam sciam salutis plebi eius, hoc est ad p̄dicandum pplo iudæoꝝ notitiam ad uerā felicitatem ptinentem,seu notitiā xp̄i qui est salus nostra, aduētumqꝫ mysterioꝝ & sacr̄oꝝ Christi. Itaqꝫ non ait, ad dandam salutem,sed sciam salutis,qa Ioānes salutem nō dedit sed p̄dicauit,iuxta illud Ioannis. Nō erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine. Hanc sciam cœpit Ioānes dare, quam Christus & apl'i postea plenius cōtulerunt,de qua ad Philippenses Apl's ait. Existimo oia detrimentum esse pp eminentem sciam dn̄i nostri Iesu xp̄i. Dedit quoqꝫ hāc sciam in remissionem peccatoꝝ eoꝝ, uidelicet plebis suæ,puta credentium,q̄ dispositiue tm̄ ualuit

Marc. 1.

Q̄ō Ioan. dedit sciētiā salutis.

Ioan. 1.

Philipp. 3.

ad diluenda peccata, quia per eam ad pniam, Christiq; fidem explicitam ppl̃s inducebatur. Solus autem Deus dimittit pctã authoritate propria secundum illud, Quis pōt dimittere pctã nisi solus De⁹? passio uero Christi meritorie iuxta illud Apocalypsis. Christus dilexit nos, & lauit nos in sanguine suo. Fides aũt formata hoc formaliter agit prout i actis dicit̃. Fide purificans corda eorum. Opera uero bona pniæ & misericordiæ id satisfactoriæ faciũt, teste saluatore. Date eleemosynam, & oĩa munda sunt uobis. *Per uiscera misericordiæ Dei nostri, in quibus uisitauit nos oriens ex alto.* Quid est dicere p uiscera misericordię dei nostri, nisi per intimã, secretam, & amorosam misericordiã Dei nostri, unigeniti.s. pp nos incarnati? In quibus uisceribus misericordiæ uisitauit nos.i. per incarnationẽ ad nos descendit, & nostram sibi cõiunxit naturam. Nos quoq; ægrotos, uelut medicus pius nunc accessit. Itaque uiscera in Deo spũaliter & metaphoricæ appellant̃ charitas & misericordia eius, qbus inductus est succurrere nobis, sicut de xp̄o ait Apostolus. Qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Rursus quoq; de patre. Propter nimiam, inquit charitatem qua dilexit nos pr̃, filium suum misit. Itaq; quia non pp merita nostra, sed ob suam pietatẽ, charitatẽ, & misericordiam, Deus hæc beneficia nobis largitus est, recte ait. Per uiscera misericordiæ Dei nostri, in quib⁹ uisitauit nos. Legitur.n. in epl̃a Ioãnis. In hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus Deum, sed qm̃ ipse prior dilexit nos. Hæc uiscera Dei olim quasi latebant, iuxta illud Esaiæ. Multitudo uiscerũ tuorum & miserationum tuarum sup me cõtinuerunt se. Itaq; uisitauit nos, oriens ex alto. Hoc est de summo cœlo ad terrã descẽdens. De sinu patris, imo de corde pa

[Margin notes: Luce 5. — Apoc. 1. — Actu. 15. — Luc. 11. — Galat. 2. — Ephe. 2. — 1. Ioan. 4. — Esa. 63.]

 342

tris in uterum uirginis ueniēs. Ab altitudine suæ habitationis, qua inaccessibilē lucē inhabitat, ad peregrinos & exules se inclinās, quēadmodū scriptum est. A summo cœlo egressio eius. Christus quoq; oriens nūcupatur, q candor est lucis æternæ & gloriæ splendor paternæ: ex supsplendidissimo dei patris corde, æternaliter oriens & emanans. *Illuminare his qui in tenebris, & in umbra mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros in uiam pacis.* Hic uersiculus pōt sic primo interpretari. Christus uisitauit nos oriēs ex alto, nō pp alium effectū, nisi ad illuminandū eos qui in tenebris & in umbra mortis sedent, quia ipse est lux uera quæ illuminat oēm hoiem uenientē in hunc mundum. Velut Zacharias imediate dirigat uerba ad Christum uerū lumen dicens. Illuminare. i. illucesce his qui in tenebris ignorantiæ, & umbra mortis spiritualis sedent. Sed pro maiori notitia scire contingit discrimen inter mortē & umbram mortis. Differunt. n. ualde: qm mors est priuatio uitæ, aut separatio animæ a corpe uitam hñte, quæ a mordendo nomē accepit. Nam ipsa (loquendo de aialibus rōne utentibus) in parte mordet, separando uitam a corpore. In morsum uero totū, uēdicare minime potest. Vmbra aūt mortis est somnus siue dormitio, q̄ proprie dicitur mortis imago. Sic in spūalibus reperimus mortem & umbrā mortis. Mors spūalis aię, est cum ipsa peccando separatur a Deo qui est omnium uita, & hæc est mors spūalis prima. Mors uero secunda cum æternę in inferno detruditur. At umbra huiuscemodi mortis, carētia est ueræ cognitionis, carētia ueritatis, & fidei, & lucis æternæ. Est insuper uita impia umbra mortis separans mētem a Deo, quemadmodum mors naturalis a corpe segregat aīam, iuxta illud Esaiæ. Iniqtates uestrę di-

Psal. 18.

Ioan. 1.

Differunt mors, & umbra mortis.

Spiritualis mors, & umbra ei⁹

Esaie 56.

uiserunt inter uos & Deum uestrũ. Vel umbra mortis est seculum pñs, quod cum sit uallis lacrymarum, peregrinatio & exilium, gerit umbrã mortis respectu æternæ uitæ. Considerandũ est præterea quod multipliciter sedebant hoĩes in tenebris & umbra mortis: multisq; modis Christus illuminauit, & eis præbuit lumen, direxitq; pedes nostros in uiam pacis. Primo, oẽs fideles uet. test. sedebant in Lymbo inferni qui est umbra mortis & tenebrarum lac⁹. Christus aũt descendens ad inferos, Lymbum expoliauit, et eduxit eos de loco tenebrarum ad ueram lucem & lumen æternũ, & de umbra mortis ad ui-

Zach. 9. tam cœlestem, sicut scriptũ est. Tu quoq; in sanguine testamenti tui eduxisti uinctos de lacu in quo nõ erat aqua. Secundo, sedebat in tenebris idolorum & umbra mortis, infidelitatis & ignorantiæ totus populus gentilis, qui per fidem Christi & prædicationem

Esaiæ 9. apostolorum lumen accepit, iuxta illud Esaiæ. Populus gentium q ambulabat in tenebris, uidit lucem magnam, habitantibus in regione umbræ mortis, lux orta est eis. Et ille idẽ loquens in persona pr̃is, de xp̃o ait. Dedi te in lucem gentium, ut sit salus mea

Esaiæ 49. usq; ad extremum terræ. De illuminatione ẽt patrũ existentium in Lymbo loquit Salomon dicens: Pe

Eccl. 24. netrabo oẽs inferiores partes terræ, & inspiciã oẽs dormientes & illuminabo oẽs sperantes in dño. Tertio, totus ppl's israel sedebat ĩ tenebris cæremoniarum & umbra mortis legis. Christus aũt sol iustitiæ eduxit fideles de huiuscemodi umbra mortis, & de tenebris ad euangelicũ lumen clamans.

Ioan. 8. Ego sum lux mundi, qui sequit me, non ambulat in tenebris: sed habebit lumen uitæ. Quam qui secuti sunt, tenebras euaserunt tam ex iudæis quam ex populis nationum. Hinc ẽt Hierosolymis dicebatur. Sur

ge illuminare Hierusalem, quia uenit lumen tuum. *Esa. 60.*
Et infra. Ambulabunt gentes in lumine tuo. Deinde direxit pedes nostros in uiam pacis. i. in euangelicam legem, q̃ ueterem illuminat. Quæ uia uitæ & uia pacis, merito dicitur, qa Deo nos reconciliat et pacificat, cuius finis est pax, & requies æterna. Dicit ergo. Ad dirigendos pedes nostros. i. affectus.
Duo. n. sunt pedes aïæ, uidelicet intellectus tendens *Duo pedes animæ.*
in uerũ, & affectus tendens in bonũ, de qbus psalmista. Perfice gressus meos in semitis tuis: ut non *Psal. 16.*
moueant̃ uestigia mea. In uiam pacis. s. securitatis & tranqllitatis: de qua psalm. In pace inidipm̃, dormiam & requiescam. Et alibi: Pax multa diligentib9 *Psal. 3.*
legem tuam. Esaias quoq;: Sedebit ppl's meus in *Psal. 118.*
pulchritudine pacis. Via aũt ad hanc pacem est iu *Esa. 32.*
stitia, quia in aduentu Christi, misericordia & ueri- *Psal. 88.*
tas obuiauerũt sibi, iustitia et pax osculatę sunt. etc.
Puer autem crescebat & confortabatur spiritu, & erat in desertis usque ad diem ascensionis suæ ad israel. Terminatis aũt his quæ euangelista narrauit de præcursoris ortu, Zachariæ miraculo & cantico: hic consequenter paucis uerbis notatur ipsius pueri ꝑfectus triplex. Pri- *Triplex profect9 Ioã.*
mus corpis: quia crescebat. Secũdus aïæ, qa confortabatur spũ. Tertius conuersationis & uitæ, qa erat in desertis. Dicit ergo: Puer aũt. i. Ioannes crescebat corpe & mente, sed plus mente proficiendo ineffabiliter omni charismate gr̃arum ab eo tpe quo rõneuti continue cœpit. Et confortabatur spũ. i. a spũ sancto. Et erat in desertis, ut ibi Deo p contemplationẽ & feruidam dilectionẽ liberius, frequentiusq; uacaret. Vsq; ad diem oñsionis suæ ad Israel. i. usq; quo Deo iubente uenit, & manifestauit se populo israelitico, prædicans & baptizans circa Iordanẽ. Ibi, anno quintodecimo Tyberij Cæsaris. &c.

De libro Euangelicis legis Iesu Christi.

CAP. VI.

Liber triplex i scripturis.

LIber generationis Iesu Christi filij David, filij Abrahã. Triplicem legimus librũ in scripturis sanctis. Librum uidelicet legis Christi: librum diuinitatis Christi: librum quoq; humanitatis eiusdẽ. Primum librũ legimus in Apocalypsi, de quo Ioannes. Et uidi in dexteram sedẽtis sup thronũ librum clausum, scriptum intus & foris, signatum sigillis septem. Et nemo poterat aperire librũ, nec aliquis inuentus est in cœlo, nec in terra, nec sub terra, q possit soluere septem signacula eius, nisi solus agnus q occisus est, & leo de tribu iuda; cui data ẽ potestas aperiendi librum, ac soluendi septem signacula ei⁹.

Apoc. 5. Ad cuius aperitionem ceciderunt uigintiquatuor se-
Esa. 8. niores coram agno, hñtes singuli citharas & phialas aureas plenas odoramentorꝝ, quæ sunt orõnes sanctorꝝ. Et cantabant canticũ nouũ dicentes. Dignus es dñe accipere librum, & soluere septẽ signacula eius. &c. Sed pro maiori notitia scire oportet ꝙ liber ille merito nuncupatur euãgelium Dei. i. bonum nũcium quod nũciatum fuit a Christo, ab angelis, ab apl'is, a sapientibus & sanctis. De quo dñs ad Esaiam. Sũmæ tibi librum grandem. &c. Secundo, liber ille erat clausus uidelicet in uet. test. tanq̃ thesaurus absconditus in agro, & uelut lux in tenebris; & figuratum in sua figura: eo ꝙ nullũ mysterium scriptũ aut factum fuerit in uet. test. gratia sui, sed omnia facta sunt in figura noui test. Quod qdẽ affirmat apostolus dicens. Nolo uos ignorare fra-
1. Cor. 10 tres, &c. Et infra. Omnia in figura contingebant illis. Et subditur. Quæcũq; scripta sunt, ad nostrã doctrinam scripta sunt: ut fidem de Christo & spem habeamus. Hoc idem Eusebius de euangelica præ-

paratione probat, legem ueterē non esse nisi pparationem ad euangeliū. August. quoq; contra Faustum, totum uetus testm̄, inquit, nihil aliud erat, nisi imago & noui test. figura. Item, Greg. in moralib9: Sicut sol pmittit luciferum & alias stellas ad prænunciandum diem, ita xp̄s præmisit oēs patriarchas & pphetas ad pnunciandū aduentū suum. Et queadmodum sex hydriæ aquæ (ut inquit August. sup Ioannem) insipide erant & inutiles nisi p Christum in uinum conuerterentur: ita scriptura sacra ueteris testamenti per illas sex hydrias intellecta insipida erat & inutilis, nisi conuersa fuisset in euangelicum uinum. Idem quoq; Aug. cōtra Faustum: Nihil scriptum est in ueteri testō, nisi ea quæ figurabāt xp̄m & euangelium prænunciabant. Quāobrem multa gesserunt reges Israel & iuda q̄ non sunt scripta in libris Regum, sed ea sola scripta sunt q̄ figurabant aliquod mysterium futurę de Christo & ecclesia. Quare de quolibet rege dicit. Omnia alia quę fecit talis rex, nonne scripta sunt in libris Regum iuda, et israel? Apud. s. populares. Quæ tn̄ in scripturis sanctis nō hn̄r. Itaq; Christus, unum iota non pteribit a lege, donec omnia fiant. Quapp ipsum euangeliū latebat & cōtinebatur uirtualiter in antiqua lege, sicut conclusio in suis pręmissis. Non est ideo mirę, si liber illę erat clausus. Vnde dicit Aug. Vetus test. nihil aliud est q̄ occultatio noui. Et nouum nisi manifestatio ueteris. Et idem sup Ioan. Euangeliū est ueritas quæ latebat in lege. Itē, Origenes sup Matthæum. Vetus testamentum (inquit ille) nihil aliud fuit q̄ sepulcrum in quo clausum & sepultum erat euangelium. Iccirco quoddā uelum reperiebat sub quo euangelium uelabatur. In passione aūt Christi id uelum tēpli scissum est, sepulcrum quodlibetq;

Quid uetus test. respectu noui.

Totū uet. test. figura noui.

Matth. 5.

Quid uetus, quid nouū test.

apertum est.s.uetus testm̄.Tunc fuit reserata, & ueritas euangelica surrexit,quæ ibi latens nō apparebat.Tertio,liber ille scriptus erat intus & foris, qa euangelium duplicem in se continet sensum,literalem uidelicet & spūalem.Ideo liber scriptus erat intus secundum ueram spūalem, & a deo reuelatam intelligentiam. Quia sicut se habet naturale lumen intellectus agentis ad intelligibilia naturalia:ita sup naturale lumen ad supnaturalia intelligēda intelligibilia aūt naturalia agnosci minime possunt, nisi naturali illustrentur lumine,& fiant actu intelligibilia q̄ ante erant in potentia.Ita necessario prærequiritur lumen desuper inspiratū, ad sacras scripturas intelligendas noui & uet.test. Quod quidem lumē petebat Dauid dicens:Da mihi intellectū & scrutabor legem tuam Et alibi:Declaratio sermonū tuorum illuminat. Dicitur insuper q liber ille scriptus erat foris, p solam intelligentiam literalem, q̄ non sufficit ad ueram cognitionem euangelij,cum dicat Apostolus:Litera occidit,spūs aūt uiuificat.Quarto,liber signatus erat sigillis septem, q̄ sunt septem mysteria & secreta ipsius euāgelij latentis in ueteri test. de quibus breuiter dicendū est. Primum sigillum est de essentia & psona. Nam cum Deus sit trinus & unus,quædā sunt opera essentialia,q̄dam uero psonalia. Essentialia sunt illa ad q̄ concurrunt tres psonæ diuinæ,ut ad creandū,regendū, miserandum, & ad alia id genus: cum opera trinitatis ad extra sint indiuisa.Personalia uero sunt illa opera q̄ uni psonæ congruunt & nō alteri: qbus ēt una persona seiungitur ab altera. Quēadmodū gn̄are soli patri conuenit:Generari uero,filio.Spirari aūt spiritui sancto.Ideo in scripturis sacris tū maxime i euāgelio ualde considerandū est, q hoc nomen Deus

Liber cur scriptus in tus & foris.

Psal. 118.

Opa Dei, eētialia psonalia.

quandoq; sumitur essentialiter pro tribus psonis si- Regula d
mul, seu pro essentia psonarum: qnq; personaliter pro essentia et
psona pris, uel filij, seu spus sancti. Vnde datur regu- persona.
la gnalis. Cum.n.nominatur Deus in scripturis ab
solute sine aliarum personarum noie, seu p opera ad ex-
tra: semp hoc nomē Deus essentialiter sumitur. Vt
ibi: In principio creauit Deus cœlū & terrā. Et ali-
bi. Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, & De⁹ Ia Gene. 1.
cob. In quibus oibus Deus stat essentialiter prout Exod. 3.
conuenit toti trinitati inquantum Deus. Cum aūt Psal 2.
legitur in psal. Dominus dixit ad me, filius meus es
tu. Hoc nomen dns personalr pro persona patris
accipiendum est. Item, cū dicitur, sedes tua De⁹ in
seculum seculi: capit Deus pro psona filij, per illud
quod sequit. Propterea unxit te Deus Deus tuus.i.
Deus pr. Similiter, cū Christus clamat in cruce di-
cens. Deus Deus meus quare me dereliqsti? Et ita
dicendum est in pluribus alijs locis. Quare sequit
alia regula gnalis.s. Cum hoc nomen Deus sumitur 2. Regula
in scripturis per opera ad intra: seu cū una psona lo
quitur ad alterā nominando Deum, semp capitur
Deus psonaliter, uidelicet pro psona patris tm, uel
filij, uel spiritussancti. Et hæc de primo sigillo. Secun
dum sigillum huius euangelici libri est de Christo
secundum formā Dei & hois. Nam cū Christus sit
uerus Deus & hō per naturā diuinā & humanā ne-
cesse est idiomata & noia significantia huiuscemo-
di naturam diuinā & humanam simul uerificari de
xpo in cōcreto. Ideo uere dr. Christus est Deus, oi-
potens, infinitus, æternus, inuisibilis, impassibilis,
creator, &c. Propter naturam diuinā sibi cōiunctā. Duplex
Pariter dr uere, Christus est hō: nat⁹ de uirgine, pas- xpi natu-
sibilis, mortalis, &c. ob naturā humanā quā assum- ra, diuina
psit. Iccirco hmōi idiomatum ueri ficatio & noium et hūana.

non est nisi per unionem hipostaticā. Quāobrē in sacris scripturis & p̄cipue in euangelio qn̄q; Christus loquitur secundum naturā humanā tm̄, ut ibi.
Matt.26. In manus tuas dn̄e cōmendo sp̄m meum. Item. Resuscita me, & ego retribuam eis. Et in euang. Matt. Tristis est anima mea usq; ad mortem. Et infra: Pater si possibile est, transeat a me calix iste. Apostol⁹ quoq;: Christus passus est pro nobis. In his aūt & alijs consimilibus locutionibus loquit̄ xp̄s secundū naturam humanā assumptam. Interdū uero loqui
Ioan.14. consueuit secundum naturā diuinā inquantū Deus,
17. & 8. & non inquātum hō, ut ibi. Clarifica me p̄r claritate quā habui anteq̄ mundus fieret. Proinde. Exiui a patre & ueni in mundū. Item. Anteq̄ Abrahā fieret, ego sum. In quibus loquit̄ Christus semp secundum naturā diuinam. Rursus, multa uerificantur in scripturis de Christo rōne utriusq; naturæ, ut ibi.
Psal. 8. Omnia subiecisti sub pedibus eius. Et alibi. Sede a
& 109. dextris meis. Donec ponā inimicos tuos, &c. Sed animaduerte q̄ hos tres dicēdi modos complect̄it ap̄ls ad Philippenses cum dicit: Hoc.n. sentite in domino q̄ & in Christo Iesu. Qui cum in forma Dei esset, &c. Ecce natura diuina in xp̄o. Cum aūt subdit: Humiliauit semetipsum usq; ad mortem: id de xp̄o inquantum hō dici debet: quē exaltauit Deus. Totum uero id, quod sequitur. s. dedit illi nomē qd' est sup omne nomē, uerificat̄ de xp̄o rōne utriusque naturæ, ut in noīe Iesu oē genu flectatur cœlestium, terrestrium, & infernoꝝ, ut simul adoreī & glorificetur diuinitas cū humanitate coniuncta in unitate suppositi. At sigillū istud & diuinū secretū ignorauit Arrius, ideo decept⁹ fuit cū dixit xp̄s: Vado ad patrem, quia p̄r maior me est. Ex q̄bus uerbis patrem maiorem, et filium minorē patre impie fateba

tur,& non consubstantialem,cũ dicat Athanasius, filius æqualis patri secundum diuinitatem, minor uero secundum humanitatẽ.etc. Tertium sigillũ huius euãgelicæ legis est de xp̃o capite & eius corpore q̃ est ecclesia quã sibi uniuit p fidem in unitate mistica. Ex qbus sortitũ est unũ corpus misticũ, de quo ap̃ls ad Corinth. diffuse loquitur, oñdẽs xp̃m esse caput eccl̃iæ: Ipsam aũt ecclesiam tanq̃ corpus habere multa mẽbra quæ necessaria sunt in illo corpore mistico. Ideo xp̃s plerunq; loquitur in scripturis, & se peccatorẽ nominat & fatet̃, mẽbrorum quoque pc̃tã dicit esse sua, nõ quantum ad culpam, sed quantum ad pœnam: quia p suis mẽbris pc̃tõribus pati uoluit, ut ibi. Longe a salute mea, & uerba delictorum meorum. Et alibi. Non est sanitas in carne mea, a facie pc̃tõrum meorum. Et alio in loco. Delicta mea a te nõ sunt abscondita. In qbus locis, Christus ut caput non loqtur in psona sui, nec in persona naturæ assumptę: sed pro corpe suo mistico, & in persona membrorum suorum, & pro natura eorum corrupta. Quę quidem mẽbra assumpsit xp̃s in unitate mistica p fidem & charitatem, pro quorum peccatis passus est pœnam. Illa uero pc̃tã dicit esse sua nõ quo ad culpam sed quo ad pœnam. Sæpenumero ẽt loquitur xp̃s rõne humanæ naturæ assumptæ ibi. Dñe non est exaltatum cor meum, neq; elati sunt oculi mei. Qñq; loquitur rõne naturæ diuinæ q̃ est in capite, ibi. Dñs dixit ad me, filius meus es tu. &c. Sed ulterius considerandũ est q̃ queadmodũ xp̃s uniuit & sibi eccl̃iam fidelium incorporauit p baptismũ & gratiam: ita diabolus inuidens xp̃o oẽs infideles, hęreticos, & obstinatos per pc̃tm̃ in unitate mistica sibi pariter uniuit, quorum congregatio sinagoga Satanæ nuncupat̃, seu ecclesia malignantium, quorum

1. Cor. 12
Psal. 21. & 37.
xp̃s ut caput in psona sui corporis mistici loqtur interdum.

caput diabolus est. Omnes aũt hæretici, infideles, & obstinati, membra huius capitis merito dñr. Tãta.n.est uis & unio ista, ut idiomata capitis uerificẽ

Ioan. 6. tur de membris, & uiceuersa. Ideo xp̃s, Iudam diabolum appellauit, cum dixit. Vnus ue ſtiũ diabolus est. Et nõ nisi pp membrorꝫ cum capite misticam unitatem. Esaias quoq; alloquitur Nabuchodono

Esaie 14. sorem regẽ sub noie diaboli dicens: Qũo cecidisti

Ezec. 28 Lucifer de cœlo q mane oriebaris? Ezechiel insup eodem modo alloquit regem Tyri. Tu signaculũ similitudinis, in paradiso Dei fuisti. Ita econuerso. Diabolus in euangelio appellatur hõ sub noie mẽ

Matt. 13. brorum suorꝫ, dicente dño. Inimicus hõ hoc fecit.i. diabolus superseminauit zizaniam. Et psalmista.

Psal. 55. Miserere mei Deus, qm̃ conculcauit me hõ.i. diabolus. Sed animaduerte ꝙ mẽbra Christi, & membra diaboli admiscent̃ simul. Christus aũt tanq̃ caput, sua agnoscit, & dirigit membra. Et hæc de tertio sigillo. Quartũ sigillum libri huius est de natura & gratia. Nam cũ tota humana natura fuerit in Adam corrupta & sauciata fomite peccati, nullus hõ ex tali natura ita uitiata a primis parentibus p libidinosam gñationem traducta põt uitare peccatum, minusq; bonũ meritorium efficere, nec ualet diuina adimplere p̃cepta, nisi talis natura sic corrupta diuina cooperãte gr̃a fuerit sanata. Quia ut ait Apl's: duos hoĩes participamus. Primum, ueterem hoĩem.s. Adam, a quo traximus naturã corruptam & oẽ pctm̃. Secundum uero, nouum hoĩem participamus.s. Christum, a quo oẽ bonum & oẽm gr̃am

Ephe. 4. habemus. Ideo clamat. Exuite ueterem hoiem cũ actibus suis, & induimini nouum hoiem qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate ueritatis. Non est ergo mirꝫ si multæ in sacra scriptura

locutiones inueniuntur quę uerificanť de hoie secũ dum naturam corruptam q̃ tñ non sunt uere de pso na adiuta per grãm Christi, qualis est ista. Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt, nõ est qui faciat bonum nõ est usq; ad unũ. Id.n.oraculũ pphetæ ueritatem habet secundũ naturam corruptã & uitiatam, inquantum hoies sunt filij Adam: non est tñ absolute & simpl'r ue℞, adiutam diuina grã: ut patet de Hieremia ppheta, & Ioanne bapt. qui fuerunt sanctificati in utero matris: & de beata uirgine sine pctõ originali concepta. Sil'r illud Apl'i dictum. Oẽs in Adam peccauerũt, & egent grã Dei. Et alibi. Neq; uolentis neq; currẽtis, sed Dei miserẽtis. Item, Esaias. Oẽs operationes nr̃æ sunt tanquã pannus menstruatę. Dñs quoq; ad discipulos ait: Cum feceritis oĩa q̃ præcepta sunt uobis, dicite q̃a serui inutiles sumus. Hæ & alię consimiles locutiones, ppositiones, ac scriptura℞ authoritates uerę dñr de hoĩbus secũdum eo℞ naturã corruptam: nõ aũt secundum naturã per xp̃i grãm adiutam. Sunt præterea nõnullę aliæ scriptura℞ authoritates, apostolo℞ & ppheta℞ locutiones q̃ uerificãtur de hominibus exñtibus in gratia, ut istę. Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua. Venientes aũt uenĩet cum exultatione, portantes manipulos suos. Item, Iacobus: Vis scire o hõ inanis qm̃ fides sine operibus otiosa est? Abraham pr̃ noster, nõne ex operibus iustificat⁹. est offerens filiũ suũ sup altare? Apostolus quoq;: Nõ.n.auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur. Qui supra dixerat. Gloria, honor, & pax, omni operãti bonũ. Præterea xp̃s in persona patrisfamilias uocat operarios & reddet illis mercedẽ, incipiẽs a nouissimis usq; ad primos. Et alio in loco. Oẽs bene operãtes

Psal. 13.
Naturas sumus oẽs pctõres, secus adiuti gratia.
Ro. 3. & 9
Esaiæ 64
Luc. 17.
Psal. 125.
Iaco. 2.
Roma. 2.
Matth. 20

Matth. 11 uocat dicens: Venite ad me oẽs qui laboratis & onerati estis: & ego reficiam uos. Quę qdem oia dicta, uera sunt de hoibus quibus diuina cooperatur gratia. &c. Quintum sigillum est de litera & spiritu. Dicit.n. Origenes sup Matthæum ꝙ sicut hõ componitur ex corpe & anima, ita scriptura ueteris & noui testamenti componit̃ ex litera tanꝙ̃ ex corpe: & spiritu uelut ex anima. Et quanto aia præstantior est corpe, tanto spũs excellentior est litera. Et ita sensus spũalis qui est uerus intellectus spũs sancti, primo requirendus est. Qua de cã, xp̃s Iudæos

Ioan. 5. increpabat dicens: Scrutamini scripturas, quia illæ testimonium perhibent de me. Et si Moysi credideritis, crederetis forsitan & mihi, quia ille de me scri

Luc. 24. psit. Et in euangelio Lucæ, xp̃s incipiens a Moyse

Matth. 5. & prophetis interpretabat̃ illis duobus discipulis oia propheta℞ oracula, quia oportebat impleri omnia quæ scripta erant in lege & ꝓphetis & psalmis, de ipso. Ideo nõ uenisse soluere legẽ sed adimplere, omnibus fatebatur. Quãobrem manifestissĩme apparet ꝙ oia quę gesta sunt in uet. test. nõ erãt gratia sui, sed Christi & ecclesiæ. Et sic sensus spũalis in exponendis scripturis, primo & principaliter quærendus est, secundum quẽ sensum iueniemus ꝙ xp̃s ut uerus Adam nõ de terra terrenus, sed de cœlo cœlestis, nõ factus in aiam uiuentem, sed in spm̃ uiuificantem: uerus Abel a fratribus occisus, in cuius sanguine fundata est ecclesia. Verus Noe ĩ quo salui facti sunt electi. Verus Abraham, pr̃ omnium credentium. Verus Isaac, qui seipsum dedit ut sacrifi

Patres ueteris testa. xp̃m quõ figurabãt caretur: risus & gaudium totius mũdi. Verus Iacob uitiorum supplantator. Verus Moses, qui euangelicam condidit legem. Verus Iosue, qui duxit populum Dei in hæreditatem ęternam. Verus Dauid,

rex &

rex & propheta qui occidit Goliad serpentem antiquum. Verus Salomō qui ædificauit domū non manufactam in qua gaudent electi, perpetuo tpe beati. Verus Melchisedech, qui obtulit panem & uinum corpis & sanguinis sui. Verus Ionas de quo scribitur in euangelio. Sicut fuit Ionas in uentre ceti tribus diebus & tribus noctibus: sic erit filius hoīs in corde terræ. Viri niniuite surgent. &c. Postea infert. Et ecce plusq̄ Ionas hic.i. Christus. Deinde subdit. Regina austri uenit a finibus terræ audire sapiētiam Salomonis. Et ecce plusquā Salomō hic. Oēs igitur supradicti patres sortiti sunt talia noīa inquātum fuerunt figura xp̄i, iuxta nominis interpretationem, quæ noīa analogice dicebanť de illis. Et quēadmodum hō pictus nō est hō, sed signum & figura hoīs ueri, sic Christus dr̄ uerus Dauid, uerus Salomon, & uerus hō. Et ita de alijs dicendū est: qui Christum p̄cipue figurabant. Considerādum est p̄terea q̄ oēs promissiones patrū & oīa uaticinia p̄phetarum sunt literaliter interpretanda de xp̄o. & ecclesia, eo q̄ oīa secundum literam impleta fuerūt in xp̄o, ut ista. Non auferetur sceptrum de Iuda donec ueniat q̄ mittēdus ē.i. messias. Et illa alia Esaiæ. Ecce uirgo concipiet. Alia quoq̧. Egredietur uirga de radice Iesse. Et ita de alijs. Et quēadmodum patriarchæ duplicem habuerunt sp̄m in suis promissionibus, pariter & prophetæ duplici spiritu in suis uaticinijs locuti sunt: ita illa promissa & uaticinia fuerunt dupliciter impleta secūdum literam. s. & secundum sp̄m. Exempli gratia. Abraham in illa promissione sibi facta. s. multiplicabo semē tuum sicut stellas cœli & sicut arenam q̄ est in littore maris: præuidit in spiritu qualiter filij carnis debebāt multiplicari sicut arena maris, & temporaliter possidere

Matth. 12.

Prophetiæ literaliter dicūtur de Christo.

Duplici sp̄u locuti sunt p̄phetæ.

re terram illā palęstinæ promissam. Quæ literaliter impleta fuit in iudæis & saracenis, quia & ipsi cha nanęorꝝ possident terram, cum sint filij Abrahę secundum carnē. Sed filij promissionis & fidei multi plicari debebant sicut stellæ cœli, & possidere terram uiuentium æternā q̃ est Hierusalem cœlestis.

Duplex palæstina & Hierusalem. Quæ quidem ꝓmissio impleta est in oībus Christi fidelibus q sunt filij Abrahę secundum fidē. At miseri Iudæi hunc duplicem spm̄ prophetarꝝ pœnitus ignorāt. Sunt insup nōnulla dicta in libro legis xp̄i quæ non p̄nt literaliter exponi, sed tm̄ secundū spiritualem sensum, ut ibi: Ego sum pastor ouium (inquit xp̄s) & alibi: Ego sum ostium, per me siquis introierit saluabitur. Et alio in loco: Ego sum uitis uera, & uos palmites: & p̄r meus agricola est. Et cōsimiles aliæ. Nonnullæ uero noui testamēti inueniūtur authoritates quæ secundum literam uere & fideliter sunt interpretandę. Vt cū Christus satiauit quinq; milia hoīum: & illa conuersio aquarꝝ in uino. Alia quoq; opa & miracula q̃ gessit Christus licet secūdum alios spūales sensus possint interdum spiritualiter interpretari: nihilominus literalem in se primo retinent sensum. &c. Sextum sigillum & diuinum secretū huius euāgelici libri est de sensu quem facit scriptura, & de sensu in quo fit. Pro cuius euidentia scire oportet q multæ locutiones inueniuntur in scripturis & præcipue in euang. quæ uīr falsæ in sensu literali quē faciunt: & gnant in auribus carnalium, q̃ tn̄ uerę sunt ad sensum i quo, uel ad quem spūaliter fiunt. Id aūt manifestissime demonstraē in illa locutione & orōne xp̄i quā habuit in monte, dicens: Pater, si possibile est, trāseat a me calix iste. Veruntamen nō sicut ego uolo, sed sicut tu. Fiat uoluntas tua. Hæc qdem orō in auribus cor

Ioan. 10. *Ioan. 6.*

poris unum efficit sensum. s. quod Christus in principio timuit mortem, optabatque fugere illam, & sic rogabat patrē ut talem passionē transferret, & mutaret sniam suam. In alio aūt instanti tpis, ut Christus uidit quod uolūtas patris erat ut tale genus mortis pateretur, ideo subdit: Nō sicut ego uolo, sed sicut tu: fiat uoluntas tua. At sensus iste quē scriptura facere uidetur oīno falsus est pp incōuenientia multa quę seq possent. Nam si uerus esset: sequeret primo quod petitio xp̄i fuisset indiscreta, qa petebat id, quod iā erat īpossibile, cū ipse sciret ab æterno fuisse a Deo decretū ut ita fieret. Sequeret insup xp̄m retractasse propositum suū promissum. Christus.n. iā statuerat & promiserat tale passionis genus pati & mori prout ipse apl'is ante reuelauerat dicens: Ecce ascēdimus Hierosolymā, & filius hoīs tradetur ad flagellandum & crucifigendū. &c. Sequeret tertio quod Christus pro illo instanti pdidisset charitatē quam habebat erga genus humanū. Sequeret proinde quod uoluisset pro illo instanti scripturas reddere falsas quæ de ipso erant. Quæ oīa in dedecus magnū crebant secundum huiuscemodi sensum. Nā ipse sæpius dixerat: Non facio uoluntatē meam, sed eius qui misit me patris, qa quę placita sunt ei facio semper. Et rursus: In hoc natus sum, ut testimoniū perhibeam ueritati. Et unū iota non p̄teribit a lege, donec oīa fiāt. Aliter igitur dicendū est, quod huiuscemodi locutio & oratio Christi ī horto uera erat in alio sensu in quo facta est. Nam xp̄s his uerbis innuere uoluit se esse uer℞ hoīem, ipsiusque acerbissimā passionem. Voluit insup distinguere in se duos appetitus, & tres uoluntates. Vnum uidelicet naturalē & sensitiuum, seu sensitiuā uolūtatem, quæ timebat & mortem horrebat: pp quod orabat dicens. Pater,

Falsa intelligētia huius orationis: pater si possibile ē. etc.

Luc. 18.

Ioan. 8.

Matt. 5.

ſi poſſibile eſt: tranſeat a me calix iſte. Alium præterea diſtinxit appetitũ intellectiuũ ſeu uoluntatẽ rõnis quæ ſemp̃ fuit conformis uoluntati p̃ris. Aliã quoq; uoluntatem diuinã q̃ uolebat ipſum pati & mori. Et ſic talis o͞ro nõ eſt facta niſi ad exprimẽdũ ſuæ paſſionis intollerabilẽ dolorem. Eſt ergo talis huiuſce o͞ronis ſenſus. O pater, liceat caro mea & ſenſualitas horreat & timeat tale mortis crudelẽ genus, acerbiſſimamq́ paſſionem eo ꝗ oẽ ens appetit ꝑmanere, fugit triſte & delectabile optat, naturaleq́ eſt oĩ animali ut ſe & propriã naturam tueatur, nolo tñ ut uoluntas mea conformetur carni & ſanguini, ſed tuæ diuinę uolũtati. Ideo, nõ ſicut ego uolo per ſenſitiuã uoluntatẽ: ſed ſicut tu: fiat uoluntas tua. Et ita manifeſtiſſime oñdit ꝗ uoluntas ſua ſimul tp̃e condolebat carni & ſanguini & conformabatur p̃rnæ uolũtati. Et iſte eſt ſenſus in quo facta fuit talis o͞ro, qui uerisſimus eſt. Ita pariter dicẽdum eſt de illa euangelica parabola, ubi dicitur: ꝗ qui laborauerant in uineã, per totam diem, murmurabant aduerſus p̃rẽmfamilias eo ꝗ laborantes tñ per unam horam æquales eis feciſſet. Et ẽt illa uerba filij obedientis q indignatus eſt aduerſus patrẽ, eo ꝗ filium ꝓdigum cũ gaudio ad pñiam recepiſſet. Non ſunt ergo talia uerba exponẽda ad ſenſum quem faciunt, qa in illa cœleſti patria eſt ſũma charitas, & inuidere fas nõ eſt, cum unuſquiſq; de alterius p̃mio gaudeat. Sed ſunt intelligenda uerba illa ſecundum ſenſum in quo fiunt. Nam ſaluator in illis parabolis uult nobis innuere, aptiſſimeq́ manifeſtare, ꝗ paſſiones huius mũdi & labores nõ ſunt condignę illo denario ſũmæ beatitudinis, ſicut ſcriptum eſt: Non ſunt condignę paſſiones huius temporis ad futurã gl'iam q̃ reuelabitur in nobis. Ideo

Vera intelligẽtia orationis xp̃i in horto.

Matt. 20.

Luc. 15.

Nota de laborantibus in uineam.

Rom. 8.

si eundem denarium dat primis & nouissimis, & ecõuerso, nulli iniuriam facit, qa ultra condignum utrisq; præmium & stipẽdium impendit: iuxta illud quod alibi dicit. Mẽsuram bonã & confertam & coagitatam & supeffluentem dabit dñs in sinu uestro. Iccirco quilibet debet cõtentari, & gratias agere. In secũda uero parabola docet nos xp̃s qũo ueniam pœnitentibus elargitur ex sũma dei misericordia, & qũo Deus neminem uult perire, quia ꝓ omnibus passus est. Itaq; gaudet de pnĩa peccatoris. Rursus, oñdit Christus ꝙ nullus ex ꝓprijs uiribus peccato resistit, nec aliquid boni efficere põt, sed sola gratia et misericordia Dei. Quãobrẽ magis debet gratias agere iustus, ꝙ̃ pœnitẽs peccator. Et ita iustus gaudere & congaudere de pnĩa pc̃tõris. Sic etiã dici põt circa illa uerba Iob dicẽtis. pereat dies in qua natus sum, & nox in qua conceptus est homo. In qbus uerbis noluit Iob maledicere diem tanq̃ creaturã Dei, magis aũt innuere pc̃tm̃ originale fuisse maledictũ a Deo, rõne cuius, hõ multa patitur. &c. Septimum & ultimum sigillum huius sacratissimi libri est de toto & parte. Nam cũ pars sit aliquid totius, sæpenumero pars capit denominationẽ a toto, & uersa uice per figuram sinechdochẽ. Et ita crebro cũ in scriptura noĩatur una ciuitas, itelligitur totum regnum, aut tota ꝓuincia, qñq; totus mundus. Vt cũ dr̃ in psalmo. Memor ero Raab & Babylonis, intelligit̃ totus ppl's gentilis. Et sic Aegyptus, & Sodoma & Gomorra ponit̃ pro toto pp͞lo maligno: ut patet in ep͞la Iudæ. Sil͞r p iudæam & Hierusalem intelligit̃ tota ecclesia, ut cum dr̃. Si oblitus fuero tui Hierusalem. &c. Ita pari modo dicendum est de tpe & numero, quẽadmodũ scriptũ est, ꝙ angelus siue xp̃s alligauit Satanã per annos

Luc. 6.

Nota de filio ꝓdigo.

Iob. 3.

Nota de toto & pte.

Psal. 86.

Psal. 136.

Apoc. 19.

mille.i.per longum & magnum tpſ. Sic Ioannes in
Apoc. 14. Apoc.uidi inquit ſupra montē ſion centum quadra ginta quatuor milia. Ibi ponit numerus determinatus pro indeterminato. &c. Et nota q̄ de his oībus ſupradictis per amplius loquit Iacobus Valētinus in pſalmis. Voluit tn̄ nonnulla ipſius recenſere dicta pro ſigillis huius euangelici libri. Quinto & ultimo ut iam dictum eſt, nemo poterat neq; in cœlo neq; in terra, neq; ſubtus terrā aperire librum, neq; reſpicere illum. Quare Ioannes plurimū flebat, qm̄ nemo dignus inuentus eſt aperire librum. Latebat nanq; ille euāgelicus liber in ueteri lege, ſicut dictū eſt: quem nullus unq̄ patriarcharum aut ꝓphetarū nec aperire nec reſpicere, minuſq; ex ſcripturis ſacris elicere potuit. Dixit aūt unus de ſeniorib⁹. Ne fleueris: ecce uicit Leo de tribu Iuda, radix Dauid, aperire librum & ſoluere ſeptem ſignacula eius. Et
Apoc. 5. uidi inquit Ioannes, & ecce in medio throni ſ. diuinitatis Dei, & quatuor animalium, quatuor uidelicet euāgeliſtarum, & in medio uiginti quatuor ſeniorum. ſ. duodecim p̄riarcharum, & duodecim apl'orum, agnum ſtantem. i. xp̄m. Stabat. n. quantum ad diuinitatem, quia īmobilis eſt. ſtantem ēt. i. ſedentem tanq̄ occiſum, quia putabant iudęi ipſum eſſe totaliter extinctū, & nō poſſe reſurgere. Eqdem ſtabat agnus, uelut occiſus quo ad humanitatem, ſed non quo ad naturam diuinā. Habētem cornua ſeptem, & oculos ſeptem, q ſunt ſeptem dona ſpirituſſancti. Et uenit. ſ. de cęlo in terrā miſſus ab arce patris. Venit inquam, qn̄ uenit plenitudo tpis, in quo miſit deus filium. &c. Venit, qn̄ ꝑ nos hoīes, & ꝑ noſtram ſalutem deſcendit de cœlis. &c. Venit ꝓpe, qn̄ uerbū caro factum eſt & habitauit in nobis. Venit tandem, qn̄ Maria peperit filiū ſuum primo-

Quō agn⁹ .i. xp̄s uenit apire librum euā gelicæ legis.

genitum,& pannis eum inuoluit. Et accepit de dextera sedentis.i.Dei patris sedentis in throno diuinitatis suæ,& aperuit librum. Aperuit nanq; librũ illum qñ duodecim cũ esset annorũ disputauit in tẽplo sedens in medio doctorũ,sic q stupebant oẽs q eum audiebant sup prudentia & rñsis eius. Aperuit insuper Christus hunc librum euangelicæ legis, qñ ipse in ciuitate Nazareth sedens in sinagoga apuit librum Esaiæ, & interpretabatur illud.s.spirit⁹ dñi super me: ppea q unxit me,euangelizare pauperibus misit me,ut mederer contritis corde, & prędicarem captiuis indulgẽtiam, & clausis apertionẽ. &c. Et uere illud de se interpretabatur, ita q repleti fuerunt oẽs in synagoga ira hæc audiẽtes,& uoluerunt ipsum de monte pcipitare,quia ueritas odium parit. Aperuit ẽt hunc librum xp̃s, qñ in templum pdicabat & docebat eos,ita ut mirarentur iudęi dicentes. Qũo hic literas scit cum nõ didicerit? Quibus rñdit Iesus. Mea doctrina nõ est mea, sed eius q misit me. Mirabañ.n.iudæi audientes xp̃m ex uet. test. extrahere euangelicam ueritatẽ. Aperuit xp̃s hunc librum euãgelicæ legis qñ ascendit in montẽ, & cum sedisset accesserunt ad eũ discipuli eius, & aperiens os suũ docebat eos dicẽs. Beati pauperes spiritu. Et ibi pprie aperuit librum,docẽs nos octo beatitudines,quibus de facili æterna beatitudo acqri potest. Aperuit nanq; xp̃s hunc librum,qñ duobus discipulis ambulantibus ipsa die in castellũ nomine Emaus,dixit. O stulti & tardi corde ad credẽdum in oĩbus q̃ locuti sunt pphetæ. Nõne oportuit Christum pati,& sic intrare in gloriam suam? Et incipiens a Moyse & oĩbus prophetis interpretabañ illis in oĩbus scripturis q̃ de ipso erãt. Et sic uere aperuit librum. Aperuit tandem & xp̃s hunc librũ, qñ

Luc. 2. · Esaie 61. · Luc. 4. · Ioan. 7. · Matt. 5. · Luc. 24.

docuit discipulos suos, & misit illos prædicare, dicens. Euntes in mūdum uniuersum, pdicate euangelium oi creaturæ. Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit. Qui uero nō crediderit, cōdemnabit.

Marc. ult.

Et cum aperuisset librum, quatuor animalia & uiginti quatuor seniores ceciderunt corā agno.i.xpo: adorantes illum, hñtes singuli citharas.i.gaudia & cōsolationes ęternas. Et phialas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt orōnes sanctorum. Et cantabāt canticum nouum ex nimia lætitia, eo q pp aperitionem libri apertū fuit cœlum oibus credentibus & obseruantibus legem Christi. &c. Et hæc de primo libro.

Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham.

Nota lib. diuin. xpi.

SEcundus liber dicitur diuinitatis Christi. Hunc librum legimus in Apocalypsi. Inquit.n. Ioānes, & uidi alterum angelum uolātem p medium cœli habentem euangeliū æternū, ut euangelizaret oibus sedentibus super terram. Istud.n. euangelium æternum nihil aliud est q̃ liber diuinitatis Dei, seu essentia diuina & unitatis, trinitatisq; sacrm. Qui q dem liber fuit ab æterno, & in æternum manebit. Erat clausus, quemadmodum & ille primus, eo q unitatis & trinitatis mysteriū, & id sacrm magnū fuit oibus sapientibus absconditum, sempq; māsisset clausum, nunq̃q; fuisset apertum, nisi illud Christus aperuisset, iuxta sniam diui Lactantij dicentis, in principio diuinarum institutionū. Nō est passus hominem Deus lumen sapiæ reqrentem diutius oberrare, ac sine ullo laboris affectu uagari per tenebras inextricabiles. Aperuit oculos eius aliqn & notionem ueritatis munus suum nobis fecit, ut & humanam sapientiam nullam esse monstraret. Et erranti ac uago uiā cōsequēdæ imortalitatis ōnderet. etc.

Erat liber ille scriptus intus & foris. Primo intus, quia Christus habuit oēs pfectiones Dei in se. Secūdo, foris pp perfectiones oīum creaturaꝝ quas ēt Christus sibi merito uendicauit. Et si dicas, igit̄ xp̄s quo ad naturam diuinā & humanā simul, pfectior est q̄ ipse Deus pp perfectiones creaturaꝝ quæ sibi conueniunt, & una perfectio addita alteri perfectiorem reddit hn̄tem. Dicendū est ꝙ perfectiones Dei sunt infinitæ, quibus & si pfectiones creaturarum addanť, augeri minime pn̄t. Non est ergo Deꝰ perfectior in creaturis q̄ in seipso. Erat ēt liber ille ad instar primi signatus sigillis septem, quæ sunt septem sacra diuinitatis æternæ. Et licet huiuscemodi mysterium & sacramentum sit adeo difficile ꝙ propter eius profunditatem excedat omnem humanam facultatem teste Apostolo, ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus. Nihilominus, quantum præstauerit nobis Deus lumen suæ diuinæ gratiæ, & quæ in scripturis sanctis reperire ualebimus, de his septem sigillis breui sermone, & cum quanta minori difficultate poterimus, maioriq́ꝫ facilitate dicemus, quemadmodum Christus dignatus est nobis reuelare. Primum sigillū est de essentia & unitate Dei. s. ꝙ Deus sit, & ꝙ tm̄ sit unus Deus: quem esse p se notum oēs fatentur: & lumine naturę agnosci posse. Dicit. n. Apostolus. Inuisibilia Dei a creatura mundi p ea quæ facta & intellecta conspiciuntur. Sempiterna quoq; eius uirtus & diuinitas: ita ut sint inexcusabiles. Qui cum unum Deum esse cognouissent, unam primam causam, unū primū motorem imobilem, non sicut Deū glorificauerūt, aut gr̄as egerunt, sed euanuerūt. etc. Possumus ergo naturali quadam rōcinatione Deū esse agnoscere, sic discurrēdo. Omne quod est factū

Oēs pfectiones dei & creaturarū xp̄s habuit.

1. Cor. 13.

Rom. 1.

uel productum non est a seipso, quia nihil gignit seipsum. Igitur est ab altero productum. Ita de illo q̃rendum est, aut est factũ a seipso uel ab altero. Necesse est aũt aut in his oĩbus in infinitum ꝑcedere, aut deuenire ad unũ primum ꝑducens & causans, simpliciter incausatũ. primum abhorrent oẽs sapiẽtes: igitur secundum dicendũ est. Videmus. n. granum moueri a terra, terrã aũt a superioribus elemẽtis: illa uero a corporibus cœlestibus, & illa a primo mobili, illud quoq; a motore suo. Et si aliũ quærere oportet, tandem deueniendũ erit ad unũ primum motorẽ immobilẽ, qui Deus est. Patet ẽt per oppositum. Si primũ mouens nõ moueret, nec ipm primum mobile moueret, & ex cõsequenti, nec cœli planetarꝫ nec elementa inferiora mouerent. Non motis aũt elementis, nihil generaret aut corrũperetur. Igitur a primo ad ultimũ, si Deus nõ esset, nihil esset. Queadmodum asserũt logici. Si Socrates est, homo est. Et si hõ est, animal est. Et ultra, corpꝰ est, & per cõsequens substantia est. Ita ex opposito. Si substãtia nulla est, corpus nõ erit, neq; animal, neq; homo, neq; Socrates. Sic dicendum est de Deo & creaturis. Quod aũt in causis efficientibus & inter se essentialiter ordinatis non sit ꝑcedendum in infinitum, hoc naturali discursu patet. Nam primũ efficiens est cã medĩ, medium aũt est cã ultimi. Sicut Deus est causa Adæ. & ille, alterius est cã. Siue modo unum sit mediũ, siue sint plura media, remota cã remouetur id cuius est cã & remota prima, remouetur secunda. Ergo remoto primo efficiente, medium, causa esse nõ poterit. Sed si ꝑcedatur in causis efficientibus in infinitũ, nulla causarꝫ erit prima. Ergo oẽs aliæ causæ tollentur, quę sunt mediæ, hoc aũt falsum est. Ergo opus est ponere unã primam

Primus discursus ostẽdẽs deũ esse.

Secundus discursus.

caũſam efficientem,ſimplr incauſatam. Illa autem cum non habeat principiũ,finem hre minime poterit,quia finis mouet agentem ad operandũ. Id uero ꝙ caret principio & fine,non põt componi ex actu & potentia,ita ꝙ prius fuerit in potẽtia ꝙ̃ in actu. Quid eſt igitur primũ efficiens ſine principio & fine,æternum,non cõpoſitum ex actu & potẽtia, ſed ſummæ ſimplex,oĩa mouens,regens & gubernans, niſi Deus? Et non ſolũ Deum eſſe, ſed tm̃ unũ Deũ, naturali diſcurſu oñdere ualemus. Quia,uel tm̃ eſt unus motor,uel ſunt plures motores. Si unus tm̃,ꝓpoſitum hr̃. ſi uero plures,aut quilibet illoꝝ eſt cã ſufficiens motus & totius regiminis cœli: aut non. Secundum nõ eſt dicendũ,quia nulla erit prima cã. Nec primum dicere poſſumus, qa ſi quilibet eſt cã ſufficiens,cęteri motores erunt fruſtra. Neceſſe eſt ergo Deum eſſe,& tm̃ unum, quẽadmodũ ipſe teſtatur dicẽs. Videte ꝙ ego ſim ſolus, & non ſit ali⁹ Deus præter me. &c. Secundum ſigillũ huius libri diuinitatis Chriſti eſt de unitate & trinitate ꝑſonaꝝ. Quia licet ſit tm̃ unus Deus, non repugnat quin ſint tres pſonæ.ſ. pater,filius,& ſpũs ſanctus. Non eſſentialiter, ſed realr & pſonaliter diſtinctę. Quaꝝ ſecunda eſt a prima, tertia uero a prima & ſecunda procedit. Quẽadmodũ ex fonte oritur fluuius,& ex fluuio ſtagnũ. Sic ex pr̃e qui eſt memoria fœcunda naſcit̃ filius,& ex patre & filio ꝓcedit ſpiritusſanctus,ſicut ſtagnũ ex fonte & fluuio ortũ habet. Et ſicut fons, fluuius,& ſtagnũ non ſunt tres aquæ ſed una aqua,ita pr̃, filius, & ſpiritusſanctus non ſunt tres Dij,ſed unus Deus. iuxta ſymbolum Athanaſij. Deus pr̃, De⁹ filius, Deus ſpiritusſanct⁹. Non tñ tres Dij, ſed unus Deus. Et quẽadmodum Deus q̃ imutabilis eſt ſecundum naturã & formã,

Alius diſcurſus, ꝙ Deus eſt.

Tantũ unus Deus eſt.

Deut. 32.

Similitudo de unitate Dei, & trinitate pſonarũ

Alia ſimilitudo.

tempus & locum, simul tñ in pluribus reperitur locis, teste psalmista. Si ascēdero in cœlum tu illic es: si descendero in infernũ ades. &c. Ita pari ratione, ille Deus summe simplex q ubiq; est sine loci mutatione manens idem semp & imutabilis, põt sine sui multiplicatione in tribus reperiri personis. Quod si primum conceditur, secũdum negari non decet. Et sicut nõ ualet, Ferrariæ est Deus, Bononiæ est De9, Mantuæ est Deus: ergo plures Dij? Cum unus & idem Deus sit in pluribus locis, ut oẽs fatentur per essentiam, pñtiam, & potẽtiam. Ita nõ sequit, in patre est natura diuina, in filio, pariter & in spiritusancto: igitur plures sunt naturæ diuinæ, cũ sit una & eadem simplex. Hoc est illud sigillum & archanũ Dei, quod neq; angeli in cœlo, neq; dæmones in inferno, neq; hoies in terra perfecte agnoscere potuerũt. Solus aũt Christus id sacrm aperuit, docuit, et explicauit. Et si quæras, cur Deus in ueteri test. non ita explicite trinitatis mysterium tradi uoluit sicut illud in futuꝝ per Messiam reuelandũ reseruauit? Dicendum est, ꝙ ppĩs hebræus maxime ad idolatriam promiserat ad quã euitandã uniuersa lex uetus illa condita fuit. Ne igitur in eoꝝ q plures deos colebant errorem inciderent, caute a diuina prouidentia factum est, ut ipsum diuinæ trinitatis arcanum nõ explicite, sed implicite eis tradereť. Sed qm̃ idolatria per Messiam adimi penitus debebat, uniuersusq; orbis ad unius Dei cultum reducendus, icirco sacrm illud trinitatis explicite atq; aperte reuelandum ad dies Messiæ reseruatũ fuit. Sicut etiã oĩs Cabalistaꝝ schola testať. Id ẽt factum fuit ob magni mysterij difficultatem, ac ipsoꝝ iudæoꝝ nimiam ruditatem. Sed animaduertendũ est ꝙ ubicunq; reperitur in lege uel in scripturis unitas Dei,

Argumentum.

Cur mysterium trinitatis latebat ĩ lege.

Nota pulcherrimã regulam.

ibidem trinitas personarum hr. Et ecouerso, ut in pluribus facile est uidere. Dixit.n. Moyses. Audi israel, Deus Deus noster, Deus unus est. Ibi.n. ter ponit Deus, ut trinitas psonarum denotet. Subdit aūt, Deus unus est, ad denotandū unitatem Dei. Et si quæras, cur secundo tm̄ nomini additur nr̄, & non primo, aut tertio? Rn̄detur q̄ id nō ab re factū est. Ex hoc .n. manifeste inuitur q̄ neq̄ quidē pater qui prima est in trinitate persona, neq̄ spūssanctus qui tertia est in eadē trinitate psona: sed solus filius per nr̄æ humanitatis pticipationē, noster futurus erat. Cui fauet illud quod scribit in psalmo. Benedicat nos Deus, Deus nr̄: Benedicat nos Deus, & metuant eum oēs fines terræ. Vbi in eo q̄ ter ponitur Deus, trium psonarum diuinarum designatur distinctio. In eo aūt q̄ secundo tm̄ loco adiungitur noster, solum filium per nostræ naturæ assumptionē, nostrum fore insinuabatur. In eo uero q̄ postremo, metuāt eum & non eos dr̄, ipsarum psonarum quo ad naturā unitas atq̄ identitas ōnditur. Vt palā demonstretur tres psonas diuinas, nō tres Deos esse, sed unū solū Deū. Esaias quoq̄ id demonstrauit, cum dixit. Seraphin clamabant: sanctus, sanctus, sanctus, Deus exercituum. plena est oīs terra gloria eius. In eo.n. q̄ ter dicit sanctus, tres psonas diuinas expsse designat. Cum aūt subditur, plena est terra gl̄ia ei⁹: simplex Dei unitas denotat. Abraham proinde sub figura trium angelorum, Deum hospitio suscepit. Ideo loq̄batur eis interdū in numero singulari dicēs. Dn̄e si inueni grām in oculis tuis, ut unitas essentiæ ōnderetur. Nonnunq̄ uero in numero plurali eos alloq̄batur, ut.s. Lauētur pedes uestri, exacte trinitatem psonarum innuens & declarās. Et hoc est q̄ Christus turbis iudæorum aiebat. Abraham pr̄ uester exulta-

Deut. 6.

Psal. 67.

Quō trinitas psonarum eliciatur ex scripturis.

Esa. 6.

Gen. 18.

uit ut uideret diem meum, uidit & gauisus est, &c.
Christus aũt hoc sigillũ & id trinitatis admirabile sacr̄m aperuit & docuit cũ dixit apostolis suis. Euntes ergo docete oẽs gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritussancti. Et Ioannes
1.Ioan. 5. in ep̄la canonica. Tres sunt qui testimonium dant in cœlo. pater, uerbum, & spiritussanctus, & hi tres unum sunt. Singulariter ẽt de unaquaq; p̄sona loq-
Deut. 32. tur scriptura. Dixit.n. Moyses: Nunqd non ipse est p̄r tu⁹, qui fecit, & possedit & creauit te? Et dñs ad
Hiere. 3. Hieremiam. Patrem uocabis me, & post me ingre-
Esaie 53. di non cessabis. De filio quoq; dixit Esaias: Genera
Prou. 8. tionem eius, q̄s enarrabit? Salomon insup loquens in persona filij Dei sapię patris. Dñs inquit possedit me in initio uiarꝝ suarꝝ, anteq̄ quicq̄ faceret a principio. Ab æterno ordinata sum. &c. De patre & filio simul psalmista testatur in p̄sona filij dicentis.
Psal. 2. Dominus dixit ad me, filius meus es tu. Pater quo-
Psal. 88. que ad filium ait. Ipse inuocauit me, filius meus es
Gene. 1. tu. Et ego primogenitum ponã illum excelsum præ
Esa. 11. regibus terræ. Proinde de spũsancto scribitur. Spũs
Esa. 61. dñi ferebatur sup aquas. Item Esaias: Requiescet su
Psal. 138. per eum spirit⁹ dñi. Et ille idem in persona Christi: Spiritus dñi super me, eo q unxerit me. &c. Deinde Dauid. Quo ibo a spiritu tuo? Christus uero clarius has diuinas personas oñdit dicens in euangelio. Sic
Ioan. 3. Deus dilexit mũdũ, ut filium suum unigenitum da-
Ioan. 1. ret. Quem Ioãnes uerbum appellat, cũ dixit. In principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbum. Christus p̄terea, patrem fateẽ
Ioan. 14. dicens ad Philippũ. Philippæ, qui uidet me, uidet et
Ioan. 16. patrem meum. Et alibi: Exiui a patre & ueni in mũdum. Iterum relinquo mũdum & uado ad patrem. Item: Ego & pater unũ sumus. Et de spũsancto ait

ille idem. Mittam uobis spiritū paracletum, & docebit uos oēm ueritatem. Cui fauet quod ait Apl's: Misit Deus spiritum filij sui in corda uestra clamātem Abba pater. Et hęc de primo, & secundo sigillo. Tertium sigillum & huius libri diuinum arcanum tale est, q̄ iste tres personæ diuinæ, una est ingenerabilis: & una genita, altera uero spirata. Prima a nullo est, & a nullo dependet. Secunda est a prima: At tertia, a prima & a secunda dependet. Et quia uidem⁹ hoc mysterium esse ualde difficile, faciemus ad instar subtilissimi & sagacissimi pictoris, qui arte sua res naturales inquantum pōt repræsentat & imitatur. Sic nos exēplis humanis & sensibilibus, diuina mysteria & occulta prout possibile erit manifestabimus. Capiamus ergo exēpli cā has tres p̄sonas, uidelicet, Adam, Euam, & Abel. Adā .n. a nullo homine processit, eo q̄ nullus hō fuerit ante ipsum. Eua aūt genita est ab Adam, & a nullo alio. Abel uero ab Adam & Eua ortū habuit. Sed quemadmodum Adā recepit humanitatem & nō ab altero homine, ita Deus, pater diuinitatē habet, & non ab altero Deo, sed a seipso. Et sicut Eua humanitatem habuit & non nisi ab Adam: sic filius Dei diuinam accepit naturā, & non nisi a patre. Pariter dicendum est de Abel, q̄ habuit esse ab Adam & Eua. Ita spiritussanctus diuinitatē agnouit a patre & filio. Et quēadmodū possibile fuit q̄ Eua habuerit patrem sine matre, ita possibile est q̄ filius Dei sit genit⁹ æternaliter a patre sine matre. Et sicut Abel recepit humanitatem a duobus: sic spiritus sanctus, ex patre filioq; procedit. Et hoc est quod dicebat Athanasius. Pater a nullo est fact⁹, nec creatus, nec genitus. Filius a patre solo est, non factus, nec creatus, sed genitus. Spiritussanctus a patre &

Galat. 4.

Pulchrum exemplū de emanatione personarum.

Athan. in symbolo.

filio,non factus,nec creatus,nec genitus,sed procedens. Id aũt mysterium prius latebat in scripturis in persona missa,& mittente. Nam cũ una persona mittit & altera mittitur, ibidem notat̃ q̃ una generatur uel p̃ducitur ab alia. Sicut dñs per Zachariã

Prophetia de deo mittente & misso.

ait. Lauda & lætare filia sion.i.ecclesia,quia ecce ego uenio & habitabo in medio tui ait dñs. Et applicabunt̃ gentes multæ ad dñm in die illa,& erũt

Zacha. 2.

mihi in populũ,& habitabo in medio tui. Ego dñs tethagramathon:Et scies quia dñs exercituum tetragramaton miserit me ad te. Id.n.non est referendũ nisi ad Deũ missum.i.ad Messiã,q a Deo patre mittendus erat. Hæc igitur prophetia satisdare oñdit Deum mittẽtem,& Deũ missum. Esaias insup cla-

Esaiæ 48.

rius Deũ mittentem & missum oñdit dicẽs: Appropinquamini mihi & audite hoc non a principio in abscondito locutus sum. Ex tp̃e anteq̃ fierent ibi eram,& nunc dñs Deus misit me,& spũs eius. Hęc dicit dñs Deus redemptor tuus sanctus Israel. In q̃bus quidem uerbis non solum Deus missus & De⁹ mittens oñditur: sed tota quoq; trinitas apte atq; distincte insinuatur. Præterea, psalmographus distinctionẽ trium psonarũ diuinarũ & unam ab altera produci, non minus q̃ Esaias aperte insinuat &

Psalmista, distinctionẽ psonarũ & unã ab altera produci ostendit.

oñdit,cum dixit:Verbo dñi cœli firmati sunt,& spũ oris eius oĩs uirtus eorũ. In quibus tria hæc, Deus, uerbum eius & spũs, distincte & aperte in mundi productione concurisse ponuntur. Hæc aũt tria,qd aliud sunt,q̃ pr̃,& filius,& spiritussanctus? Verbũ .n.realiter distinguitur a proferente,& spũs a spirãte. Ergo inter Deum mundi creatorẽ, & uerbũ ei⁹

Psal. 133.

per quod mundus creatus est,& Deum spirantem & spiritum eius,in quo mundum produxit:realem oportet esse distinctionem. Cũ igitur in Deo nullũ

sit accidens

sit accidens ut oēs concedunt, q̃a tale imperfectionem dicit: sequitur sane q̄ neq; uerbū Dei, neq; spiritus eius sit accidēs. Ergo sunt hyppostases seu supposita: uel persone realiter distincte. Et p̄ cōseques, necessario fatēdū est tres in Deo esse personas: quibus tres proprietates attribuuntur. s. gñare, spirare, & produci, q̄ sunt pr̄, filius, & sp̄us sanctus: nō tres Dij, sed unus Deus, & unus creator. Christus uero hoc sigillū & occultissimum sacr̄m clariori lumine soluit, & docuit apostolos q̄n misit eos predicare, & ipsi cōposuerunt symbolū fidei pratractātes & aperientes id misteriū prout edocti fuerant a magistro ueritatis. Ideo ecclesia sp̄ū sancto afflata in solēnitatibus missarū canit, Lumen de lumine, Deū uerū de Deo uero. Et de sp̄ū sancto subdit. Qui ex pr̄e filioq; procedit &c. Quartū sigillū huius libri diuinitatis Christi, est q̄ filius est in pr̄e, & pr̄ in filio, & sp̄ūs sanctus in utroq;: licet. n. una p̄sona non sit alia, dicit̄ tñ unā p̄sonam esse in alteram. Exēpli gratia ponantur in hac ciuitate tres hoīes mutuo se diligētes p̄ intrinsecā & uerā amicitiam. s. Petrus Paulus, & Ioānes. Liquet. n. q̄ cor Petri nō est cor Pauli nec Ioannis, sed tria distincta corda. per mutuam aūt & intrinsecā ac uerā amicitiam, dicimus q̄ cor unius est in corde uel aīo alterius. Et uersa uice: quia quicq̄d uult unus, illud idē alter uult & optat. Et sic uoluntas unius est in uolūtate alterius. Et hac de cā dicebat Augustinus. Animus magis est ubi amat, q̄ ubi aīat. Magister quoq; ueritatis aiebat. Vbi ē. n. thesaurus tuus, ibi est & cor tuū. Sic in trinitate p̄sonarū, ita pr̄, filius, & sp̄ūs sanctus se inuicē diligūt, q̄ quidquid uult pr̄, uult filius, uult & sp̄ūs sanctus. Si. n. pr̄ uult creare mūdū, iustificare impiū: illud idē optat filius & sp̄ūs sanctus. Et p̄ consequens, uelle

Quō Christus apuit hoc sigillū.

Matthe. 6.

Quomodo una p̄sona diuina est in altera.

unius est in uolūtate alterius. Et econuerso. Hoc est ergo id mirabile sacr̄m q.s. pr̄ est in filio, & filius in pr̄e & spū sancto: qđ et Christus clare aperuit dicens apostolis suis. In domo patris mei, mansiones multe sunt. Cui dixit Philippus. Dn̄e, ostēde nobis patrē, & sufficit nobis. Ad quē Christus. Philippe, q uidet me, uidet & pr̄em meū. Non credis quia ego sum in patre, & pater in me est? &c. Quintū sigillum est de coeternitate patris & filij, & spūs sancti. Licet.n. pr̄ genuerit filiū ab eterno, & ipse filius sit genitus a pr̄e nō tñ pr̄ prior est filio, nec filius posterior pr̄e, nec ipse spūs sanctus productus a patre & filio posterior est illis: loquendo de prioritate & posterioritate tp̄is. Hoc aūt solis exemplo manifeste constat. Equidem sol fuit ab eterno scd̄m perhipatethicoꝝ opinionem. Et cum semper illuminauerit, sequit̄ lumen solis fuisse ab eterno. Cum uero radius uel lux seu lumen aut splendor sit effectus ipsius solis, palā liquet effectū posse esse coęternū suæ causæ. Et ita constat q sol nō est prior luce, nec lux posterior sole. Si.n. philosophoꝝ quispiā poterit in aliquo instāti assignare sine luce uel lumine solem, ita quilibet Christi fidelis poterit patrem ostēdere sine filio. Et queādmodū non est ignis sine calore a quo procedit, ita pr̄ in diuinis agnosci sine filio minime pōt. Dicit.n. Augustinus. Si pes fuisset ab eterno in puluere, uestigiū pedis fuisset eternū. Cur aūt in his inferioribus filius non est simul tpe cū patre, sed pr̄ semp prior est filio, & filius posterior illo, dictū est supra, in expositione illius euangelij Ioannis in principio erat uerbū &c. Sicut ergo ex sole orit̄ lux, ita ex pr̄e nascit̄ filius. Et sicut ex sole & luce orit̄ lumen & splendor in aere: sic ex pr̄e & filio procedit & spūs sanctus. Nec pr̄ prior est filio, nec

Ioan. 14.

Pulchrum exēplū de coeternitate personarum.

Augusti.

Nota pulchrū similitudinē de sole.

filius posterior illo est. Sic de spũ sancto. Hoc sigillũ Christus soluit & aperuit, cũ per Ioannẽ dixit. In principio erat uerbũ, & uerbũ erat apud Deum, & deus erat uerbũ. Hoc erat ĩ pricipio apud Deũ &c. Quod cõfirmat Athanasius in symbolo dicens. Et ĩ hac trinitate nihil prius aut posterius, nihil maius aut minus, sed totę tres psone coeterne sibi sunt & coequales &c. Sextũ sigillũ est ꝙ oĩa ꝗ habet pr̃ dat filio, & retinet sibi oĩa illa. Similiter pater & filius donant oĩa spiritui sancto, eadẽ sibi retinẽtes & si dicas, impossibile uidetur ut quispiã cõcedat alteri tunicam suã & donet, & eandem sibi retineat: respõdendũ est ꝙ multa bona possumus amicis nr̃is elargiri, absq; illoꝝ bonoꝝ priuatione põt.n. magister hñs plures discipulos oẽm suã doctrinã eos docere absq; illius doctrinæ diminutione p decremento, sed sibi retinendo eã. Sic põt angelus Gabriel reuelarę nõnulla secreta archangelo Raphaeli, & sibi retinere illa, simulq; Gabriel & Raphael eadẽ docere Michaelẽ absq; ulla derogatione. Ita in proposito fieri põt, ut pater donet oĩa filio suo, quibus omnibus nõ priuetur. Tria.n. habet pater. s. uelle: saper: & posse, seu uoluntatẽ, sapientiã, & potentiã, ꝗ oĩa filio suo cõicauit absq; illoꝝ carẽtia. Quidquid.n. uult pr̃, uult filius, uult & spũs sanctus. Et quęcunq; scit pater, scit filius, scit & spũs sanctus. Omnia etiã quæ pr̃ ad extra facere põt, eadẽ põt efficere filius & spũs sanctus. Hæc sunt igit̃ ea ꝗ pr̃ cõicat filio, & pr̃ & filius, spiritui sancto. Id.n. admirabile secretũ soluit Christus cũ dixit. Omnia dedit mihi pr̃. Quẽ alloquẽs aiebat. Omnia ꝗ dedisti mihi abs te sunt. Et infra. Omnia mea tua sunt, & oĩa tua mea sunt. Item. Mea doctrina nõ est mea: sed eius ꝗ misit me.

Septimũ sigillũ huius libri diuinitatis Christi est

Ioan.1.

Oĩa ꝗ habet pater dat filio, et spũi sancto

Ioan.17.

Ioan.7.

de omnipotentia psonarum. Licet.n.sit omnipotēs pater, omnipotens filius, oipotēs spūs sanctus, pōt tñ pr gñare filiū, filius aūt gñare seipsum minime pōt. Similiter pr et filius pñt producere spūm sanctum, cui tñ repugnat, ut seipsum producere ualeat. Nec ēt filius pōt gñare patrē, nec spūs sanctus producere filiū. Quod humanis exēplis ostēdi pōt. Si.n. dux Mediolani donet unā ciuitatē duci Ferrariæ: eandē ciuitatē dux Ferrarię sibimet donare amplius nō ualet: qa illius iā possessor est p liberā donationē. pōt tñ illā duci Mantuæ libere cōcedere. Sic pater in diuinis pōt gñare filiū cōicando ei uoluntatē, sapientiā, & omnipotentiā. Non ualet tñ filius seipsum generare, nec illa incōprehēsibilia sibimet donare, cū iam omniū sit possessor. Quæ tñ una cū pre cōicat spiritui sancto. Pariter dicendū est q pater non pōt gñari a filio, quemadmodū doctissimus magister doctrinā suā lapidē docere minime ualet. Nō ex impotentia magistri, sed defectu lapidis q nō est habilis ad doctrinā. Sic filio repugnat ut generet prem nō p impotentiā suā, sed qa pr est a se, & a nullo generari pōt, seu produci. Omnipotētia.n. psonarum, nō est respectu operū ad intra, sed opera respicit ad extra. Id aūt sigillū aperuit Christus & soluit i multis euangelioꝝ locis, & præcipue cū dixit. Pater misit me. Item. Mittā uobis spūm paracletū, & docebit uos oēm ueritatē. Rursus. Cū uenerit paraclitus quē ego mittā uobis spūm ueritatis qui a pre procedit. Crebro n. dixit Christus, pr misit me; nunq tñ ego misi uel mittā patrē. Cū.n. dixit, exiui a patre & ueni in mundū, palā ostendit q ipse est genitus a patre a quo missus est, nec pōt gñare patrē, quē mittere nō ualet. Similiter cū ait. Mittā uobis spūm paracletū q a pre pcedit, distincte insinuatur q spūs san-

De omnipotentia diuinarum personarum.

Omnipotētia Dei nō est operum ad intra, sed ad extra.

Ioan.14.
15.

ctus procedit a patre & filio. Et quia nullibi legitur q filius mittat seipsum, nec exeat a seipso, nec patrē mittat, nec spūs sanctus mittat se, seu patrē uel filiū mittat, signū euidens est q filius nō gñat seipm, nec patrem: sed est genitus a pre. Et q spūs sanctus nō est a se, sed a patre, filioq procedit. Id aūt negotium diffuse pertractat magister in .1. senten. & sancti canoniste de summa trinitate & fide catholica. capi. Damnamus &c.

De Genealogia & libro generationis Iesu Christi secundum carnem. Capitulum septimum.

Liber generationis Iesu Christi filii Dauid, filii Abraam.

TErtius liber proprie dicitur liber gñationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraā. Hunc librum legimus in Apocalipsi. Et uidi inqt Ioannes aliū angelū fortem descendentē de cœlo amictum nube, et iris in capite eius, & facies eius erat ut sol, & pedes eius tanq columna ignis, & habebat in manu sua libellum apertū. Libellus iste humanitas est Christi. Et dicitur libellus respectu alterius libri diuinitatis suæ. Propter qd dicit infra: q Ioānes abijt ad angelum ut daret sibi librū. Cui dixit angelus. Accipe librum & deuora illū. Quē Ioannes deuorauit &c. Sic nos manducamus spūaliter humanitatē cū diuinitate Christi sub sacro eucharistiæ. Secundo dicit q liber ille erat apertus, qa Christus liqde & clare ostēdit se nobis, & diuinitatē suam in carne assumpta, iuxta illud Apostoli. Multipharie multisq modis olim Deus loquēs patribus in prophetis, nouissime diebus istis locutus est nobis in filio quē cōstituit heredem uniuersorū &c. Dicit ergo euangelista. Liber gñationis Iesu Christi .i. aperitio seu manifestatio gñationis Iesu Christi secundū carnē. Quadruplex aūt reperitur gñatio in scripturis. Pria fuit

Apoc. 10.

De conditionibus libri humanitatis xpi

Hebre. 1.

gñatio mūdi cū oībus suis creaturis q̄ facta fuit sex diebus. Primo die fuit gñatio lucis. Secundo firmamenti. Tertio elementorum. Quarto solis & lunæ. Quinto herbarū & arborꝝ ac fructuū terrę. Sexto animaliū & hominū. Septimo requieuit Deus ab operibus suis, ut innueret requiem Christi in sepulchro. Et ut ostenderet requiē omniū electorū in cęlo. Et si quæras cur omnia ista fecit Deus? Dicendū est ꝙ triplex pōt assignari ratio. primo, ut Deus suā omnipotentiā insinuaret in creando. Deinde suā sapientiā in conseruando. postremo suā bonitatem in redimēdo & gubernādo. Scd̄a dicitur gñatio hominis particularis, q̄ est duplex. s. naturalis, a primo Adā & spūalis, a secundo Adā. s. Christo. Prima fuit multis miserijs associata tā ex pte animę q̄ꝫ ex parte corporis. Primo. n. nati sumus ex Adā ex pte animę filij Diaboli, filij ire, natura peccati, filij mortis, lege irritante, in peccato originali, in morte spūali. Proinde, nati sumus ignorantes Deū, contra uerā sapientiā, mendaces, iniusti, nō confidentes Deo, hoībus placētes. Et sic oēs declinauerūt simul, inutiles facti sunt &c. De qbus oībus loquit̄ Apostolus. Deinde natus est homo quātum ad naturā & corpus tanq̄ꝫ uermis & puluis, fenū & flos agri, mancipiū mortis, uiator, hospes, aceruus niuis, &c. Fames. n. sitis, lassitudo, calor, frigus, infirmitas, somnus, uigilia, mors, hæc oīa associātur homini. Ex Adā natus est homo ex Adā patre suo inquā, in bello quatuor elementorꝝ; & quatuor qualitatū primarum, in bello quatuor passionū. s. gaudij, doloris, spei, & timoris. Natus est insup in bello carnis, mundi, hominis, & diaboli. Et hæc de gñatione hoīs quantū ad corpus & animā &c. Alia est gñatio spūalis hoīs ex Christo Iesu, per quē renati sumus ex fide et baptis-

Quātruplex generatio in scripturis.

Roma. 3.

Psal. 13.

De infinitis hominū miserijs.

mate, ſicut ſcriptũ eſt. Qui nõ ex ſanguinibus, neq; ex uolũtate carnis, neq; ex uolũtate uiri, ſed ex Deo nati ſunt. Ideo per fidẽ & baptiſmum efficimur filij Dei. Itaq; Chriſtus in euangelio. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpũ ſancto nõ introibit in regnum celorum. Quia oportet nos naſci denuo. Per talẽ ideo ſpũalẽ gñationem ex fide, aqua, & ſpũ ſancto Chriſtus nos liberauit ab animę miſerijs. Primo, a peccato originali & mortali. Scdo a ſeruitute diaboli, a ſeruitute legis timoris iudicialis, & cerimonialis, dãdo legẽ amoris. Tertio, p huiuſcemodi ſpũalẽ gñationẽ liberauit nos a morte æterna, a morte peccati, a corporali morte, q̃ amplius nõ eſt mors p futurã reſurrectionẽ. Quarto, ab ignorantia & ſeruitute captiuitatis, ſpũaliterq; regenerãdo contulit nobis libertatem, uitã, gratiam, & ſapientiã, nec nõ & cognitionẽ Dei, & diuinarũ pſonarũ. In ſcdo uero aduentu ab omnibus his miſerijs liberabitur corpus, ut per Chriſtum ſit totus homo ſanus & liber quo ad animam & corpus.

De ſpũali generatione hominis

Ioan. 1.

Ioan. 3.

De generatione Chriſti ſecundum carnem.

MAttheus Apoſtolus incipit Euangeliũ ſuum a genealogia Chriſti, ut oſtendat cõtra iudeos Chriſtũ fuiſſe nazarenũ & regẽ iudeorũ ex ſemine Abraæ, ex tribu iuda, ex ſtirpe Dauid, ideo dicit. *Liber generationis Ieſu Chriſti filij Dauid*, i. hęc eſt aperitio & manifeſtatio gñationis Ieſu Chriſti ſcdm carnẽ. Triplicem. n. Ieſum legimus in iudeam fuiſſe, ſeu tres q uocati ſunt hoc nomine Ieſus. Primus, Ieſus naue. i. Ioſue q fuit dux & capitaneus populi Iſrael, introduxitq; populũ Dei in terra promiſsionis. Sic Chriſtus Ieſus capitaneus & dux noſter introducturus eſt oẽs electos in gloriã ſempiternã. Scds fuit Ieſus fili⁹ Ioſadech ſacerdos Dei altiſsimi, de quo Zacha-

Triplex Ieſus in iudea.

Zacha.I. rias. Ostendit mihi dñs sacerdotem magnũ, Iesum. Ad instar saluatoris nostri qui obtulit semetipsum patri in sacrificiũ laudis. De quo psalmus. Tu es sacerdos in æternũ, scd̃m ordinem melchisedech. Tertius fuit Iesus filius sirach propheta & doctor sapiẽtissimus, quẽadmodũ Messias noster uerus propheta in opere & sermone. Iesus igitur est nomen personale qđ angelus nominauit, dicẽs uirgini, pariter & Ioseph uocabis nomen eius Iesum. Christus aũt nõ est nomen ꝑsonæ sed dignitatis, ꝙ interpretatur unctus. Reges.n. sacerdotes, & prophetę ungebantur

I. Reg.16. in ueteri lege, ut patet in libris regũ, & in paralipo:

I. Parali-po.29. ubi dicitur. ꝙ unxerunt Saul in regẽ, pariter & Salomonẽ, & Sadoch in pontificẽ, Heliseum quoqꝫ un:

3. Reg.19. xit Helias in prophetã. Aliqui.n. fuerũt simul reges & sacerdotes, ut Melchisedech. Nonnulli uero reges & prophetę, ut Dauid & Salomon. Nullus tamen reperiẽ ꝙ simul fuerit rex, sacerdos, & propheta, nisi solus Christus. Itaqꝫ id nomẽ singulariter cõpetit ei. Ideo dicĩ *Iesu Christi inde filii Dauid, filii Abraam.* Pro quo scire oportet ꝙ Christus in scripturis appellatur filius Dei, filius hominis, filius Ioseph, & filius Dauid, diuersis tñ rõnibus. Dicitur.n. filius Dei naturalis scd̃m naturã diuinam. Deinde filius hominis.i. Marię uirginis secundũ carnẽ quam assumpsit ex ea. Dicitur quoqꝫ filius Ioseph nõ secundum carnem, nec ꝑ adoptionẽ, sed scd̃m legẽ. Præceperat.n. Deus in lege ꝙ si quis frater moreretur sine filiis, alter acciperet uxorẽ fratris sui, ad suscitandũ semen fratri suo. Et mulier illa dicebatur uxor primi fratris

Deute.25. scd̃m amorẽ, sed erat uxor scd̃i fratris secũdum carnem, inquantum exercebat carnalem et naturalem actum generandi loco illius. Itaqꝫ filius qui nascebatur nõ ascribebatur secũdo sed primo uiro, ut secũ-

dum legem succederet in ipsius hereditatem. Et ita filius ille cõis erat illorum duorũ fratrũ, ut appellaretur filius primi secundũ legem, alterius uero secũdũ carnẽ. Sic in proposito dicendũ est. Cũ.n. Christus dicatur filius Ioseph, & non scdm adoptionem, nec carnalem filiationẽ, relinquitur ut dicatur filius Ioseph scdm legem. Quia postq; Christus ex uero cõiugio Mariæ & Ioseph absq; adulterio & iniuria fi dei sacri sit conceptus & natus, & tale coniugium inter Ioseph & Mariã uirginẽ fuerit uerũ matrimoniũ sequitur q; si Christus dicitur filius Mariæ uirginis secundum carnẽ, debet appellari ẽt filius Ioseph. Et si nõ scdm carnẽ, tñ scdm legẽ & spiritũ; aliter coniugiũ illud nõ fuisset uerũ matrimonium, aut filius nõ fuisset legitimæ natus, quod absit dicere. Nec concluderetur in genealogia Christi. s. Mathã genuit Ioseph uirũ Mariæ, quare Christus dicitur uerus filius Ioseph scdm legẽ. Quia ex eius inuiolato cõiugio nullo pacto p adulterium diuiso, cõceptus est. Quam prolem suscitauit Deus filio suo Ioseph.

Quomodo Christus ẽ filius Ioseph.

Et si quis dicat similitudo non ualet. Primo, quia Ioseph erat uiuus & nõ mortuus. Scdo, qa in lege non fuit præceptũ q; pater suscitaret semen filio suo, sed tantũmodo frater. Ad primũ rñdet q; licet sanctus Ioseph nõ esset mortuus quo ad opera uitæ: erat tñ mortuus mũdo q̃tũ ad carnẽ & sanguinẽ per uotũ uirginitatis. Ad scdm rñdetur q; licet nõ fuerit præceptũ in lege ut pater suscitaret semẽ filio suo: id tamen in figura huius misterij semel in ueteri testõ factũ fuit & concessum, & in libro legis scriptũ, & a Deo probatũ, sicut patet de thamar, & socero suo iuda, ex quo genuit phares & zarã, ut infra dicet.

Obiectio.

Responsio.

Spũs sanctus suscitauit semẽ Ioseph.

Gen. 38.

Deinde Christus dictus est filius Dauid secundum carnẽ, dicente angelo. Dabit ei dñs Deus sedẽ Da-

uid patris eius. Et eadẽ rõne dicitur filius Abrae. Illi enim fuerunt duo patres tanq̃ duo fundamenta et duæ radices ad quos facta fuit spãlis promissio de Christo. Dauid nãq; fuit primus inter reges. Abraã uero inter patriarchas. Christus aũt debebat descẽdere ex patriarchis & regibus. Sed præponitur Dauid ipsi Abraam, licet posterior sit scdm tp̃s, quia ĩ genealogia fuit Chtisto uicinior. Et dũ prædicaret Christus & miracula faceret, semp se esse filiũ Dauid profitebatur. Rursus, quia tp̃e Dauid facta erat distinctio tribuũ ex filijs Iacob, q̃ nondũ erat temporibus Abrae. Propter ẽt regiã dignitatem, quoniam Dauid fuit rex primus iudeorũ, iustus & sanctus. Ita Christus primus rex christianorũ dñs & princeps. Itẽ, Dauid in ueteri testõ fuit propheta prophetarũ. Sic Christus inter prophetas, principatum tenet. Proinde, ipsi Dauid fuit facta promissio et repromissio a Deo de Christo uenturo, ẽt cũ iuramẽto, sicut scriptũ est. Iurauit dñs Dauid ueritatem & non frustrabitur eũ: de fructu uentris tui ponã &c.

Cur Dauid pponitur Abrae in genealogia xpi.

His igitur rõnibus euidentissime apparet cur Christus dicatur uere Dauid, & uere filius eius secũdum carnem. Appellatur etiam Christus filius Abrae, et uerus Abraã. primo eo q Abraã exiẽs de patria sua iuit peregrinandũ. Sic Christus exiuit de cęlo ut peregrinaretur in terra. Secundo, Abraã fuit obediens Deo, uoluitq; immolare filiũ suũ. Ita Christus fuit obediens usq; ad mortẽ, actuq; immolauit carnem suam. Rursus. Abraã habuit testm̃ fidei & promissionis numerãdo stellas, arenã, & puluerem terræ. Sic Christus numerãdo oẽs electos & congregãdo eos uelut bonus pastor ipso dicẽte. Ego sum pastor bunus, & cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ &c. *Abraam genuit Isaac.* Miraculose de sara no-

Collatio inter Christum & Abraam.

Ioan. 10.

nagenaria naturaliter sterili, qñ & ipse fere cẽtenarius erat. De hysmaele aũt primogenito Abraæ nõ fit mentio, sicut nec de cæteris filijs; qa ex eorũ semine non prodijt Christus, nec mistica ratio compulit eos cõmemorari, sicut inferius commemorantur fratres iudæ & Ieconiæ de quibus tñ non est natus saluator. Nec in gñatione dñi fit mentio de reprobis, qa semp reprobi persecuti sunt electos, & carnales, spũales; & impñ, probos; ut liquet scripturarũ exẽplis. Nam Caym persecutus est Abel, et Hismael, Isaac, Esau uero Iacob, & Phares Zarã, necnõ & fratres Ioseph, persecuti sunt eũ. Et qm̃ Christus promissus erat, per Isaac, dicente dño ad Abram. In Isaac uocabitur tibi semẽ. Apostolus quoq; ad Galathas; Hismaelem natũ scd̃m carnem fuisse testatur: Isaac aũt scd̃m spiritum. i. scd̃m spiritus sancti promissionẽ. Itaq; in Isaac est gñatio Christi, tũ qa ipse fuit conceptus in senectute, Christus uero in ultima ætate. Tum qa Isaac interpretatur risus; ita Christus fuit gaudiũ omnibus gentibus, de quo angelus ad pastores. Ecce annuntio uobis gaudiũ magnũ quod erit omni populo. Proinde, Isaac appellatur filius gratiæ & non naturæ, qa de sterili & sene fuit cõceptus. Sic Christus dicitur filius Mariæ uirginis p gratiã, de spiritu sancto conceptus. Tum quarto, quia ad sui ipsius immolationem ligna portauit: ita Christus baiulans sibi crucẽ exiuit ad passionẽ. *Isaac autem genuit Iacob.* Hic erat uir simplex in tabernaculis habitans. Vnde apud Malachiam prophetam loquitur dñs: Nonne frater erat Iacob & Esau, & Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Iacob insuper angelorũ uisionibus frequenter potitus est, quia ab angelo dictus est Israel. Porro, q̃ præclarissimus propheta extiterit, & q̃ sanctissimũ uitæ

Quomodo mali persecuti sunt bonos.

Gen. 21.

Galath. 4.

Luc. 2.

Similitudo inter Christum & Isaac.

Malach. 1.

Gen.49. finē habuerit ex Genesi elucescit. Non dicit euangelista, Isaac genuit Esau q fuit primogenitus eius, eo ꝙ reprobus fuit. Et quemadmodum hi duo fratres pugnabant in utero matris, sic carnales & spirituales in ecclesia Dei. Et cum nascerētur, Iacob tenuit Esau pedem: quia semper spiritus insequitur carnē. Deinde Esau uēdidit primogenitura Iacob, sicut reprobi cupiditate rerum temporalium, æternā spernūt hereditatem. Postremo Isaac benedixit Iacob, & Esau fugit, quia spirituales benedicuntur a Deo, fugientibus malis. *Iacob autē genuit iudam et fratres eius.* Primo Iacob genuit Iudā i quo erat regia maiestas, sicut scriptum est. Nō auferetur sceptrū de Iuda, & dux de femore eius, donec ueniat q mittendus est. Deinde fratres eius: & sic genuit duodecim patriarchas q dicti sunt duodecim tribus. Ita Christus fuit de tribu Iuda priogenitus inter fratres. i. duodecim Apostolos. Et de isto numero duodenario, alibi dictum est. *Iudas autem genuit Phares & Zaram de Thamar.* Legitur. n. in Genesi ꝙ Thamar ex diuina inspiratiōne exiuit in biuio ad Iudam socerū suum ignarum, mutato habitu, ut suscitaret semē duobus filijs mortuis sine prole. Quod fecit Iudas: & ex illo cōcubitū cum Thamar genuit duos filios. s. Phares & Zarā. Qui Phares postea genuit Esron, a quo descendit Christus. Et iste quidem actus non fuit imputatus ipsi Thamar ad scortum, sed ad iustitiam & misterium. Cui in iudicio dixerat Iudas. Iustior me es. Et tota ecclesia reputat illud fuisse factum in propheticum & misticum misterium, inquantum Thamar agnouit ꝙ non poterat habere prolem ex duobus primis filijs Iudę, nec sibi dabatur tertius. Ideo ne ipsius generatio præteriret, ut ex ea Christus nascere tur, & ne tantam dignitatem ammittere tētauit su

Comparatio inter electos & reprobos.

Gen. 38.

Nota historiam Thamar pro generatione Christi.

scipere prolem ex socero suo suscitante semen filijs suis. Sed quia nihil gestum est in ueteri testamento quin fuerit a completum i Christo & ecclesia, itaq; per huiuscemodi misteriū figurabatur qualiter mortuo Iosepho quo ad mundum & carnalem generationem ob uirginitatis uotum, Deus pater debebat ipsi suscitare prolem spiritualem ex uirgine Maria coniuge Ioseph & sponsa Dei patris &c. Considerandum est preterea q; in genealogia Christi ponūtur plures peccatrices quae tamen postea fuerūt salue, ex quibus etiam nati sunt uiri sancti. Primo enim Iudas genuit Phares & Zaram de Thamar. Secundo, Salmō genuit Booz de Raab. Tertio, Booz genuit obeth ex Ruth. Quarto, Dauid genuit Salomonem ex Bersabeae. Ex quibus uoluit euangelista palam ostendere q; Christus non tantum uenerat uocare iustos, sed peccatores: & ipsos saluare, ac peccata nostra portare, sicut scriptum est in euangelio. Meretrices & peccatores, precedent uos in regnū coelorum. Itaq; de peccatoribus nascitur Christus, ut cōfidamus in illo. Nec putandum est q; propter eorum facinora ponātur in genealogia Christi, sed propter exemplum sperande salutis, propter spem excitandam, quoniam per conuersionem poenitentiam egerunt, & euaserunt in sanctissimas mulieres, ut de quacunq; illarum loco suo dicetur. De Thamar autem uere dici potest quod non fuerit meretrix, eo quod quicquid fecerit, diuina gessit inspiratione. Sed potius est laude & honore digna. Iudas ergo primo genuit Zaram qui figurabat populum Iudaeorum, ille qui primus uenit in lucem fidei de uentre matris.i. de tenebris mundi. Phares autem qui secundo exiuit de uentre matris est populus gētilis qui secundo.i. post Iudaeos uenit

Cur meretrices ponūtur in genealogia Christi.

Phares & Zaré, duos populos figurabant.

In lucem fidei Christi, ut euidenter insinuaretur oēs peccatores & meretrices posse fideliter uenire ad Christum dimissis peccatis. *Phares autem genuit Esron.* Vnde sciendū est q̄ iudas anteq̄ ingrederetur Egyptū genuit phares & zaram, sed postq̄ fuerunt in egypto, phares genuit Esron, & ipse genuit Aram. Ille aūt genuit Aminadab, q fuit princeps tribus iude, sicut scribitur in canticis. Anima mea conturbauit me propter quadrigas Aminadab. Nam ut asserunt hebreis, mari rubro diuiso et Moyse illud ingresso, cum cætere tribus formidarent eum seq, Aminadab cum tribu iuda tanq̄ princeps primo secutus est Moysen. Quamobrē filij Israel uidentes ipsius audaciā secuti sunt eū. Qua de re dicunt tribū Iuda meruisse principatū & regnū. Potius tñ tenendum est, tribus hæc sine suo merito ad regnū electa atq̄ promossa fuisse propter reuerentiam Christi qui de ea icarnari elegit. *Aminadab autem genuit Naason.* Et hęc fuerunt quinq̄ gñationes in quadraginta annis captiuitatis Egypti sub pharaone, q postea simul oēs exierūt de Egypto, & pharao submersus fuit cū eqtibus suis. Naason etiā fuit dux de tribu iuda uir sanctissimus, q & ipso transiuit mare *Naason autem genuit Salmon.* Iste Salmō cōceptus & natus est in deserto, fuitq̄ dux eo tpe quo Iosue intrauit in terrā promissionis simul cū Caleph, mortuis cæteris alijs qui ingressi sunt in desertum pp eoꝝ infidelitatem. Et iste Salmon dux de tribu iuda figurabat Christū de eadē tribu qui dux fuit, cōducens nos in terrā promissionis æternæ. Fuit ēt iste Salmon ex duodecim exploratoribus q missi fuerant explorare terram promissionis fidelis tñ, absconditus quoq̄ & cōseruatus cū alijs exploratoribus in domo Raab meretricis, q postea introductus in terrā promissiōis habi-

Canti. 1.

Cur tribus iuda meruit regnū

De Salmone multa laude digna.

tauit in Bethleē ciuitate Dauid. Sed cū capta fuit ciuitas Hierico, accepit Salmon Raab illā meretricē in uxorem, ex diuina prouidentia hoc inspirante, licet esset prohibitū ī lege. Erat.n.illa Raab pulchra corpore, sed pulchrior fide. Quia dereliquit idola Cananeorꝶ cū esset de gñe illorꝶ, et credidit Deum dedisse illud regnū iam promissum iudeis. *Salmon autem genuit Booz de Raab.* Hæc gñatio facta fuit in terrā ꝑmissionis in ciuitate Hierico. *Booz autem genuit obeth ex Ruth.* Pro qua gñatione sciendū est ꝙ licet prohibitū esset iudeis scđm legem Moysi accipere infideles alienigenas in uxores, et pręcipue Moabitas, ueꝛūtñ qa Ruth propter uirtutis actum, & quoniam Deos patrū suorꝶ, & ad Deū cōuersa est relinquēs uiam malā, elegit Deum uiuentem adorare. Quare Booz accepit eā in uxorē ex uoluntate Dei. Id.n.figurabat sanctā matrē ecclesiā ex omnibus gentibus et peccatoribus esse colligendam. *Obeth autem genuit Iesse.* Hic Iesse fuit Dauidis pr̄, de quo Esaias. Egredietur uirga de radice Iesse. Vnde scribitur in libris Regū, ꝙ reprobato Saul rege, fuit Dauid de tribu iuda unctus in regē iudeorum Deo imperante. Ideo sequitur. *Iesse autem genuit Dauid regem.* Pro quo scire oportet, ꝙ Dauid fuit primus rex iudeorꝶ de tribu iuda. Iccirco ipse solus appellatur rex per anthonomasiam, cuius regnum tp̄ale, Christi sp̄uale regnū & æternū, pulcherrime figurabat quod proprie dicitur regnū Dauid & sedes eius, ac domus Iacob & sic reprobato Saul propter eius inobedientiā & infidelitatē, ungitur Dauid in regem iudeorꝶ. Deinde spiritus malus excitabat Saul, eo ꝙ spiritus sanctus recesserat ab eo per inobedientie peccatū & stimulū conscientiæ. Nam propter desperationem traditus fuerat in reprobum sensum, ad denotandum ꝙ

Ruth, ecclesiam gē tiliū figurabat.

Esa.11.

1.Reg.16.

Cur solus Dauid dicitur rex.

superbi & inobedientes reprobantur a Deo: Humiles autem eliguntur. Postremo Saul Dauidem persequebatur, quia mali non desistũt persequi bonos. Dauid proinde post multa discrimina ingressus est regnum suum, qm̃ per multas tribulatiões oportet nos intrare in regnum Dei. Sed est aliud ualde notabile & memoriæ dignum, q᷑.s. in genealogia Christi ab Abraam usq; ad Dauid describuntur & nominantur tm̃ electi, & sancti ac iusti, ideo Christus dicitur filius Dauid, & omniũ alioꝝ usq; ad Abraã ascendendo, & non aliorum qui sequuntur, qm̃ nõ oẽs fuerunt sancti & iusti, sed multi reprobi & mali. Quare merito & solertissime finẽ facit in Dauid, licet oẽs comprehendãtur in genealogia Christi secundũ carnẽ. Deinde subdit. *Dauid autem rex, genuit Salomonem ex ea quæ fuit Vriæ.* Iste Salomon fuit uir sapiẽtissimus, diuina sapientia illustratus. Fuit etiam rex magnus & pacificus, gerens tipum Christi sapientissimi & pacifici regis. Et dicitur ex ea q̃ fuit Vriæ, ut peccatũ Dauidis ad memoriam reducatur, eo q᷑ ipse ualde ingemuit peccatum suum. Sic nos peccata nostra in memoriam habere debemus, plorare, dolere, & humiliari, cum firmo non amplius peccandi proposito. *Salomon autem genuit Roboam.* Sub isto Roboam diuisum est regnũ sicut prædixerat Deus. Voluit. n. Roboam sequi consilium iuuenũ, relinquens consilium senũ, sicut scriptum est in libris Regũ. Icirco diuisum fuit regnũ Iudæoꝝ in duo regna. Regnauitq; Ieroboam emulus eius super decẽ tribus, & super oẽm Israel. Duæ autem tribus quæ remanserunt ipsi Roboam dictæ sunt regnũ Iuda, sup quibus regnauit in Hierusalem: & id pp Dauid seruum Dei. Peccata. n. Salomonis fecerant ut regnum Dauidis diuideretur in partes. *Roboam autem genuit Abiam.*

Nota cur Christus tantum dicitur filius Dauid & Abraam.

3. Reg. 12.

Vnde

Vnde notandũ est ꝙ hic ommittuntur tres reges sibi succedẽtes, ut patet ex quarto Regũ. Videlicet, Ocozias Ioas & Amasias. Primo, ut ait Hieronymus id factũ est propter impĳssimã Iezabel. Nam iurauerat dñs tollẽ oẽ masculinũ de domo Achab usq; ad quartã gñationem. Secundo, ut ait Augustinus, isti tres reges de genealogia Christi merito excluduntur pp eoꝝ scelera neqssima & impietates, in qbus pseuerarunt usq; in finẽ, dicente dño. Visitabo iniquitates patrũ in filios usq; ad tertiã & quartã gñationẽ, & præcipue cũ in malis perseuerant. *Cur tres reges ommittuntur in genealogia.*

Abias autem genuit Asa. Et cætera usq; ad Achaz, qui genuit Ezechiam. Hic est ille sanctus. Ezechias cui de prçce pto Dei dixit Esaias, Dispone domui tuæ quia morieris. Et ipse fleuit ad parietẽ. Quãobrem misertus est ei dñs, & addidit diebus suis quindecim annos, deditq; ei signũ in sole, & de manu regis Assiriorũ liberauit eum. Ex quibus manifeste apparet ꝙ scit Deus mutare sententiã suã, cum per pçnitentiã mutare uitam nouerit homo. Queadmodum per Hieremiam testatur dicens. Si pœnitentiam egerit gens illa a malo suo, quod locutus sum aduersus eã, agam & ego pœnitentiã sup malo quod cogitaui ut facerem ei. Fleuit ergo Ezechias non pp breuitatem uitæ, sed pp peccata de quibus pniam non egerat. At Deus dedit ei tp̃s penitendi. *Ezechias autem genuit Manassen. Manasses autem genuit Amon: Amon autem genuit Iosiam.* Hic Manasses licet prio fuerit uir pessimus qa de eo scriptũ est in libris Regũ ꝙ ipse impleuit Hierusalem sanguine prophetaꝝ usq; ad os, inter quos Iosiam auunculum suũ secari fecit, pp quod in captiuitatẽ est ductus: Tamen finaliter penituit. Inde ad regnũ suum est reuocatus. Vnde cõstat ꝙ Ezechias p̃r cius nõ tm̃ timore mortis ob pniam agendã an- *4. Reg. 20* *Esa. 38.* *Hiere. 18.* *2. Parali. 35*

te fleuerat, sed seminis defectu, timens ne Christus de eo non nasceretur. Ideo recuperata sanitate hunc genuit Manassen. De Amon nihil dicitur. Iosias uero fuit uir optimus qui in iuuentute sua cœpit quærere dñm, & idolorũ templa destruxit per totũ regnum suum. *Iosias autem genuit Iechoniam & fratres eius in transmigratione Babylonis. Et post transmigrationem Babylonis, Iechonias genuit Salathiel.* Tres fuerunt principales Iudæorum captiuitates. Prima fuit in Egypto, pp uẽditionem Ioseph ab undecim fratribus. Secunda fuit in deserto propter ipsorum infidelitatem, & adorationẽ uituli per quadraginta annos, sicut scriptũ est i Psalmo. Quadraginta annis offensus fui gñationi huic, & dixi semp hi errant corde. Tertia fuit in Babylone pp mortẽ prophetarum. Quarta & ultima est ista, qa uendiderunt iustũ.i. Christum pro argẽto, iuxta sententiam Amos prophetæ dicentis. Super tribus sceleribus conuertam, & super quartam.s. mortem Christi, nõ conuertã uos. Sed quærit, qũo Iechonias & fratres eius geniti sunt in transmigratione Babylonis, cũ ante nati essent? Rñdetur, q nati sunt iã imminente transmigratione, seu translatione Iudæorum in Babylonem, quę post gñationẽ istorum secuta est, euolutis annis circiter uiginti septem. Proinde, ad hoc nati erant, ut pro suis et aliorum peccatis, captiui ducerentur in captiuitatem. Sedechias aũt filius Iosie captus est, & filij eius in hierico occisi sunt corã patre suo. Et ipse Sedechias excecatur, comedebatq sub mensa regis, ut legitur in quarto regum. O admirabilem rem, inter oẽs reges Iudæorum tantũ fuerunt duo uel tres boni & iusti, uidelicet, Dauid Ezechias, & Iosias. Sed non miremur, qm̃ inter tot pontifices nostros pauci reperiuntur boni. Et post transmigrationẽ Babylonis, Iechonias functus offi-

Margin notes: Gen.37. — Psal.94. — Quatuor captiuitates Iudæorum. — Amos.2. — 4. Reg.25 — Tantũ tres reges boni

cio regni genuit Salatiel in Babylone, cum esset senex & sterilis. Et si dicas, Christus fuit ex semine Ieconiæ, & tñ dicit Angelus. Dabit ei dñs Deus sedẽ Dauid pris eius, & regnabit in domo Iacob in ęter nũ. Dicendum est, ꝙ Christus spreuit tpale regnũ, cũ dixit. Regnum meum non est de hoc mundo. Vt spũaliter regnaret. Iõ sedes Dauid ẽ sedes legis, gratiæ, & glorię. *Salatiel autem genuit Zorobabel.* De isto Salatiel nihil boni aut mali legitur in scripturis. Reputatur tñ uir sanctissimus, eo ꝙ assidue orauerit pro liberatione populi tpe captiuitatis sue. Salatiel.n. interpretatur petitio Dei. Zorobabel aũt fuit de semine regio doctor in Babylone, quia iam defecerant sapientes & sacerdotes de tribu leui. Mixtum ergo fuit sacerdotiũ cũ regia tribu, & sic regebant sacerdotes, ut Cayphas & Anna. Iste Zorobabel fuit unus ex tribus cubiculariĵs regis Dariĵ, qui simul disputarunt qd esset fortius. Primus, forte esse uinũ fatebatur. Secũdus, fortior est rex aiebat. Tertius uero, q fuit iste Zorobabel, dixit. Fortiores sunt mulieres: sed sup oĩa uincit ueritas. Ideo Darius uolens illũ remunerare, donauit ei regnũ Israel. Et redierunt oẽs iudæi liberati a captiuitate, edificare Hierusalẽ cũ pecunia magna et lętitia. Et iste Zorobabel fuit capitaneus de tribu iuda, sacerdos & doctor legis. Et sic figurabat Christũ q fuit sacerdos & doctor legis, nec nõ & capitaneus noster, q duxit nos de captiuitate huius mundi ad ciuitatem Hierusalem celestem, quam Christus reędificauit sanguine suo, & lapidibus uiuis s. patriarchis, prophetis, Apostolis, martiribus, & confessoribus, ac uirginibus. *Zorobabel autem genuit Abiud. Et sic de aliis usq; ad iacob.* De isto Abiud, & de aliĵs oĩbus descendentibus usq; ad Iacob, & de eoꝝ genealogia, sacra scriptura nullam

Zorobabel sanctissimus doctor, amplificans ueritatem.

3. Esdre 3.

Zorobabel quomodo figurabat Christum.

mentionem facit. Vel uitio scriptorum, uel quia impius Herodes Anales & Cronicas ac genealogias Iudæorum comburere fecit, ne agnosceretur stirps regia. Matthæus uero Apostolus & Euangelista, hęc quæ scripsit, habuit a spũ sancto reuelante, ut id qđ non potuit p scripturam habere, per reuelationẽ reciperet. Etiam Apostoli nõ fuerunt minus illuminati a Deo, q̃ antiqui uates. Iccirco sunt eorũ scripta sine hæsitatione tenẽda. *Iacob autem genuit Ioseph uirum Mariæ &c* At contra, dicit Lucas Euangelista, q̃ Ioseph est filius Hely, ibi. Iesus putabatur filius Ioseph, q fuit filius Heli. Matthæus autẽ asserit Ioseph esse filiũ Iacob. Rñdetur q̃ Dauid habuit duos filios ex Bersabeæ, Salomonem. s. & Nathã non illum prophetam. Et ex Nathã nascitur Iacob. Et sic Heli filius Mathat & Iacob, erant fratres uterini, ex parte matris tantum, Heli aũt accepta uxore mortuus est sine semine. Et ideo Iacob frater eius accepit uxorẽ fratris sui, ut secundũ legẽ suscitaret ei semen. Et genuit Ioseph. Quamobrem hic Ioseph dicitur filius Iacob naturalis secũdum carnem, ut scribit Matthæus. Et est filius Heli legalis. i. scđm legẽ, ut Lucas testatur. Itaq; Ioseph respectu patris carnalis est de tribu Iuda pp Salomonem, necnon & de eadem tribu quãtum ad patrem suũ scđm legem, pp Nathã. Ex quibus oibus liquide constat q̃ Christus fuit ex semine Abraæ scđm carnẽ, & de tribu Iuda & ex stirpe Dauid, et nominatur filius eius scđm legem. Et ad hunc intellectum, Matthæus scribendo genealogiã Christi, concludit in fine. *Iacob autem genuit Ioseph uirum Mariæ, de qua natus est Iesus qui uocatur Christus.* Christus. n. signat messiam, iuxta illud Ioannis. Inuenit Andreas fratrem suũ Simonẽ, et dixit ei. Inuenimus messiam quod est interpretatum Christus. Et infra. Vere co-

Ioseph, quomodo est filius Iacob, & filius Heli.

Lucæ. 3.

Io. 1. & 7.

gnouerunt principes, qa hic est Christus.i. messias. Et iterũ. Christus cum uenerit, nemo scit unde sit.i. messias. Licet.n. Iesus esset rex, uocatur tñ Christus non inquantũ rex, uel unctus, sed inquantũ messias, quia hic erat promissus in lege, & missus ad saluandum nos. *Omnes itaq; generationes ab Abraam usq; ad David generationes quatuordecim*.s.patriarcharũ. *Et a David usque ad transmigratione Babylonis, generationes quatuordecim*.s.regũ. *Et a transmigratione Babylonis usq; ad Christum generationes quatuordecim*.s.ducum. *Christi autem generatio sic erat.* In rei ueritate nõ sunt nisi tredecim gñationes. Tredecim.n. uicibus tm̃ scriptũ est genuit. Constat aũt q̃ cuilibet gñationi r̃ndet unũ genuit. Sunt tñ quatuordecim p̃sonæ, quarũ prima.s. Abraã nõ numeratur ut genita. Vnde sensus est q̃ oẽs p̃sonæ secundũ singulas gñatiões ab Abraã usq; ad David sunt quatuordecim. Et similiter a David usq; ad transmigrationẽ Babylonis, hoc est usq; ad Ioachim filium Iosię sunt quatuordecim. Pariterq; oẽs a trãsmigratione Babylonis, hoc est a Ieconia, seu Ioachim nepte Iosiæ usq; ad Christum inclusiue, sunt quatuordecim. Sic.n. supputãdo cessant oẽs ambiguitates, & inuenitur clara ueritas significata p̃ Euangelistã. Nota insup q̃ per istos tres ordines notantur tria tẽpora.s.ante legẽ, sub lege, & tp̃s gratiæ. Primus ordo est ab Abraam usq; ad David inclusiue. Secũdus, a David usq; ad trãsmigrationem Babylonis. Tertius ab huiuscemodi transmigratione usq; ad Christum. Primus cõtinet patriarchas. Scd̃s reges. Tertius duces. In primo ordine ponunt̃ nati ante ingressum Egypti, ibi. Iudas aũt. Scd̃o, nati i Egypto, ibi. Phares aũt. In tertio, nati post egressum.i.in deserto, ibi. Naason aũt. Primus ordo signat gñatione Christi per gratiã in anima penitente. Secundus, in

Reuera tantum sunt tredecim generationes.

Tres ordines nota in genealogia.

anima proficiente. Tertius, in anima pfecta. Ex his palã insinuatur nobilitas sanguinis Christi & uirginis Marie matris eius, si licet gloriari de nobilitate sanguinis. Fuit.n. ex quatuordecim patriarchis, ex quatuordecim regibus, ex quatuordecim ducibus, ex semine Abraæ de tribu iuda, clara ex stirpe Dauid. Et si quęras, cur uenit Christus, & uoluit filius Dei descendere de cœlo ad terrã. Respondendũ est, ꝙ multiplici de causa. Primo uenit Christus de cœlo, ut nos ad cœlũ conduceret, expolians infernum. In mundũ uenit, ut mundũ, diabolum, & carnẽ uinceret. In mundũ uenit, tanꝗ rex, sacerdos et propheta, unctus oleo lætitiæ & exultationis. Spoliauit infernũ, conduxit captiuos, & per peccatũ damnauit peccatũ, qa Christus uincit, regnat, & imperat. Secundo, de uirgine nascitur, ut implerentur scripturę. De semine Dauid, ut cõculcaret semen serpentis. Ex patribus uenit, qa illis ꝓmissus erat. Ex patriarchis uenit, quia ipse est pater in regñatione oium credentium. Ex regibus uenit, qa ipse erat uerus rex spũalis & temporalis. Ex sacerdotibus, quia ipse est uerus sacerdos, qui semetipsum obtulit in sacrificium honoris & laudis &c.

Nobilitas Christi & matris notatur.

Cur Christus de cœlo uenit ad terram.

De desponsatione Mariæ uirginis cum Ioseph.

Capitulum octauum.

CVm esset desponsata mater Iesu Maria Ioseph, antequàm conuenirent inuenta est in utero habens de spiritu sancto. Fuit uirgo Maria despõsata ipsi Ioseph scdm uerũ & legitimũ matrimoniũ qd est uiri & mulieris coniunctio maritalis, nõ fornicaria, seu adulterina, inter legitimas psonas. Fuerũt nãq; Ioseph & Maria psonæ legitime, hoc est iure diuino nõ prohibite, ex eadẽ tribu. s. Iuada: Ex eadẽ stirpe, uidelicet Dauid. Et ex eodẽ semine Abraæ. Quare & cõtrahere ma-

Quomodo inter Mariam et Ioseph fuit uerum matrimoniũ.

trimoniũ legitime poterant. Indiuiduã uitæ consuetudinẽ retinens. Fuit.n.inter illos inseparabilis habitatio, iseparabilis amor, inseparabilisq; spũalis unio usq; ad mortẽ. Et cũ esset illud matrimoniũ iure diuino factũ, non poterant ab inuicem separari, quia quos Deus cõiũxit, homo nõ separet. Sed q̃m solus consensus facit matrimoniũ, & nõ copula carnalis, q̃ nec est de essentia ueri matrimonij, ideo licet iter eos nunq̃ interfuisset copula carnalis pp uotũ uirginitatis, nõ obstat tñ quin illud fuerit uerũ, sanctũ, ac legitimũ matrimoniũ. Sed pro maiori & euidentiori declaratione, sciendũ est q matrimoniũ triplici de causa fuit a Deo institutũ, & ordinatũ. Primo, pp mutuã societatẽ, & mutuũ amorẽ, quod sic probatur. Dicit.n.dñs in Gen. non est bonũ hoĩem esse solum, faciamus ei adiutoriũ simile sibi Et sequitur postea scriptura. Adæ uero nõ erat adiutoriũ simile sibi. Misitq; dñs soporẽ in Adam, & tulit unam de costis eius, & repleuit pro ea carnẽ, & edificauit costam in mulierẽ, & adduxit ad Adã. Vnde surgens Adã a sopore, dixit. Nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Propter hoc dimittet homo patrẽ & matrẽ, & adherebit uxori suæ, & erunt duo ĩ carne una. Ex quibus uerbis manifeste apparet q matrimoniũ de primaria intentione fuit a Deo institutũ pp triplex bonũ. Videlicet pp mutuã societatem & mutuũ amorẽ, mutuũq; adiutoriũ & obsequiũ. Et ista tria bona sufficiunt ad uerũ matrimoniũ. Secũdo, fuit hoc sacrm institutũ pp bonum prolis, & speciẽ conseruandam, & ad restaurandã Angelorũ ruinã. Quare Deus uidens sedes celestes uacuas ex Angelorũ ruina, & præuidens hoĩem peccaturũ & moriturũ pp peccatũ, ideo ne species humana periret ut restauraretur ruina Angelorum, dedit dñs eis

1.Cor.7. *Triplici de causa fuit matrimonium institutum a Deo.* *Gen.2.*

gñatione benedictã dicens. Crescite & multiplicamini, & replete terrã. Et tunc coniugiũ dictũ est matrimoniũ rõne prolis. Ex quibus patet ꝙ primi parẽtes iam erant ueri coniuges ante datã gñationẽ, sed postea ꝑ illam, coniugiũ fuit perfectũ sacrm. Ideo illi parentes ante, peccatum genuissent sine libidine. Tertio fuit institutum hoc sanctissimũ matrimoniũ post peccatum in remediũ libidinis, ad euitandum

1.Corin.7. peccatũ carnis, iuxta illud Apostoli. Vnusquisqꝫ propriam uxorem hẽat propter fornicationẽ. Istis ergo notatis, sequit ꝙ inter Mariã & Ioseph fuit pfectũ, uerũ, & sacramentale coniugiũ, ẽt cũ expresso uirginitatis uoto. Et qñ Ioseph & Maria conuenerũt in coniugiũ, fecerunt duplex uotum. Primo, uouerunt incõcusse seruare uirginitatẽ Deo uolente. Secũdo, uouerunt mutuã & indiuiduã societatẽ, et amorem spũalẽ, & mutuũ obsequiũ ac adiutoriũ. Et sic fuerunt reducti ad primũ statũ innocentię, & ad primariã intentionẽ coniugij. Fuit ẽt uerũ sacrm, qa significabat unionẽ diuinitatis Dei cũ humanitate. Postea uero sequutũ est bonũ prolis nõ ex officio coniugali, sed opere spũs sancti. Et si quispiã quęrat, cur filius Dei uoluit ut mater sua esset despõsata ante incarnationis misteriũ? Ad qd rñdet Origenes simul cũ cæteris alijs, ꝙ id factum est multiplici de causa. Primo, ad custodiã & adiutoriũ uirginis Marie: & ut Ioseph esset testis suæ uirginitatis: & ut esset socius & comes sui itineris in eundo. s. ad uisitandum Helisabeth, & eundo in Bethleẽ ad partũ, & ad circũcidendũ puerũ in Hierusalẽ, in fugiendo in Egyptũ, in redeundo in Iudæã & Nazareth. Et sic ipse Ioseph semꝑ præsens fuit omnibus misterijs Christi. Quando. s. uenerunt magi ab oriente, & obtulerunt filio suo, aurũ, thus, & mirã. Quando uenerunt

Verũ matrimoniũ inter Mariam et Ioseph.

Cur uirgo fuit despõsata Ioseph

paſtores q erant in regione eadē. Audiuit et Symeonem tenentē Chriſtū in ulnis ſuis, ac dicentē. Nūc dimittis ſeruū tuum dñe. Fuit deniq; præſens ipſe Ioſeph qñ Chriſtus erat duodecim annorum, & diſputabat in tēplo. O quoties amplectebat, & oſculabat eum. Et quid amplius ſcribitur q Chriſtus erat ſubditus eis. ſ. Ioſeph & Mariæ. Præterea, fuit hoc cōiugiū ad conſeruandā terrenā uirginis famā, ne putaretur ex fornicatione cōcepiſſe: & ne Chriſtus a Iudæis repudiaretur tanq; ſpurius & illegitimus. Rurſus, ut hoc miſterium diabolo celaretur. Proinde, ut Ioſeph eſſet teſtis uirginitatis ſuæ ſponſæ. Quāobrē uirgo Maria dicit uere mater Ieſu. Ad hoc. n. ut aliqua mulier uere dicatur mr, quatuor cōdictiones requirunt. Prima, ut cōſentiat matrimonio, & q talis conſenſus ſit primus, expreſſus p uerba de pñti, mutuus, liber, manifeſtus, intētionatus, & purus. De qbus alibi. Scda cōdictio, q cōcipiat ex propria ſubſtantia. Tertia ut portet in utero prolē tpe debito. ſ. nouē menſibus. Quarta, ut pariat ipſum uiuū. Quæ oēs modo excellentiſsimo fuerūt in Maria uirgine, ideo uere dicitur mater Ieſu. *Antequàm conuenirent inuenta eſt in utero habens de ſpiritu ſancto.* Anteq; conuenirent. ſ. ut inqt Remigius ad ſolēnē celebrationē nuptiarum. Vel anteq; ſimul in una domo habitarent. Nondū. n. conuenerant, nōdū ſimul habitabant. Ille in ſua, & illa adhuc in ſua domo manebat. Quia licitū nō erat apud Iudæos, ut ſponſus & ſpōſa abſq; nuptiarū celebratione ſimul habitarent. Ioſeph. n. a principio intendebat accipere Mariā in cōiugē, forte ad procreandū prolē ex ea, licet illa ſeruare uirginitatem perpetuā ſtatuiſſet. Sed dū Ioſeph uacabat orationi, reuelatū eſt ſibi propoſitū Mariæ de ſeruāda uirginitate, Et tunc Ioſeph & Maria ex cōi con-

Quatuor condictiones ad maternitatē.

sensu,uouerunt uirginitatē, diuino ammoniti consi-
Ioseph fuit uirgo, & illam seruandam uouit. lio. Putandū est ēt Ioseph ante coniugiū fuisse uirginē,qa alias nō traderetur uirgo iuuencula custodiēda,nisi uirgini.Nā in pasione, Christus illam nulli nisi Ioāni uirgini commendauit. Dicit ergo.Anteq̄ cōuenirent.Erat.n.sancta & optima cōsuetudo iustorꝝ in ueteri testō nō perficere matrimoniū p carnalē copulam,nisi prius p aliquos dies uacarēt orationi implorando diuinā misericordiam. Quemad-
Thobi.8. modū docuerat Angelus Thobiā,dicens. Filij sanctorꝝ nō debent coniungi sicut equus et mulus,nec sicut gentes q̄ ignorant Deū.Itaq; Ioseph et Maria orationibus insistebant.In quibus diebus apparuit Angelus Mariæ uirgini,q̄ cōsensit uerbis Angeli dicens,Ecce ancilla dñi &c.Et statim spiritus sanctus ex purissimis sanguinibus Mariæ formauit corpus Christi in utero eius,creans animā,q̄ una cū corpore fuit diuinitati coniuncta.Quare simul tpe & i eodem instanti filius Dei assumpsit humanā naturā,et quālibet eius partem,animā.s.& corpus. *Ioseph autē uir eius cum esset iustus,& nollet eam traducere, uoluit occulte dimittere eam.* Ioseph iste assimilatur illi puero Ioseph filio Iacob. Siquidē ille fraterna ex inuidia uēditus
Similitudo inter duos Ioseph. est,& ductus in Egyptū, Christi uenditionē præsignauit.Iste Ioseph herodianā inuidiā fugiens,Christū in Egyptū portauit.Ille dño suo seruans fidem, dñe noluit cōmisceri:iste dñam suam dñi Dei matrē uirginē agnoscens, continēs fideliter custodiuit.Illi data fuit intelligentia in misterijs somniorꝝ: isti datū est cōsciū fieri atq; participem cœlestiū sacrorꝝ. Ille frumenta seruauit nō sibi sed omni populo: iste panē uiuū de cęlo seruandum accepit,tā sibi q̄ toti mundo.Nō est ergo dubiū qn bonus, & fidelis,& iustus fuerit iste Ioseph cui mater despōsata est sal-

uatoris. Fidelis inq̃ seruus & prudens quem consti tuit dñs custodem,solatiũ,& nutricium matris suę. Sed q͞a Angelus dñi uenit ad uirginẽ ignorante Ioseph,& concepit de spũ sancto ut dictũ est, statim de licentia Ioseph abijt ad cugnatã suã s. Helisabeth ut ei prægnanti seruiret, & natũ filij sui præcursorẽ uideret. Mansitq̃ ibi tribus mensibus,usq̃ ad pactã præcursoris natiuitatem. Ipsa aũt redeunte, uidit Ioseph uterũ eius grauidũ Incurrit ex hoc uehementẽ suspitionẽ. Nec fuit mirũ,propter Mariæ longã absentiã. Nam ut Chrisostomus testat, Ioseph despon sata sibi uirgine accepit eam in domũ suam. Quæ re uersa post triũ mensiũ spacia, uidens eam iam grauidã, prima facie suspicatus est malum. Sed ex altera parte tantũ tenebat de Mariæ sanctitate, ꝙ sibi uidebatur impossibile eã cecidisse. Cum ergo esset iustus. Per fidẽ & bona opera q̃ iustificant hominem, noluit eam traducere.i.propalare & publice manifestare, ut tanq̃ adultera lapidaretur, quia non erat certus de crimine. Et ideo uoluit occulte dimittere eam, ne forte ex opposita parte faueret sibi in crimine. Et bene dicitur occulte, ne si in palã eã relinqueret, nesciret rñdere determinate causam dimittendi eam, hoc quærentibus. Hieronymus aũt & Bernardus aliter dicunt.s. ꝙ sanctus Ioseph certus fuit de castitate Marię. Si enim cognouisset eã fuisse adulterã, & nõ traduxisset eã, fuisset iniustus, q secũdũ legẽ nõ solũ actor sceleris, sed & cõscius eius obnoxius est peccato si taceat. Dũ ergo Euangelista affirmat Ioseph iustũ fuisse, atq̃ ob id Mariam nõ traduxisse, innuit ꝙ de castimonia sponsæ suæ non dubitauit. Et si Christus noluit Iudæos de suæ matris pudore sinistrũ q̃d suspicari, probabile est ꝙ nõ ꝑmisit iustũ Ioseph de tanta uirgine adulteriũ opina-

Opinio Chrisostomi.

Opinio hieronymi & Bernardi.

ri. Sed cur tūc uoluit eā occulte dimittere? Ideo, qm̄ reputauit se cohabitatione, præsentiaq; Mariæ indignū, quā ob rem & Petrus repulit Christū dicēdo.
Luc. 5. Exi a me dn̄e, q̄a homo peccator sum. Et centurio.
Matth. 8. Dn̄e, nō sum dignus ut intres sub tectum meū &c.
Sed aliter dici pōt, ut puto magis cōformiter ad literā. Primo, q̄ nō accipitur traducere pro infammare, sed pro accipere in ptāte. Nam tunc dicit̄ uir traducere fœminā, qn̄ eam in domū suam ducit, sic
Traducere quid signi ficat proprie. ue in ptātē accipit. Et iste nimirū est modus loquendi iurū antiquoꝝ. s. q̄ ad hoc q̄ matrimonium sit legitimū, mulier debet esse uiro tradita, & ab eo traducta. Et istud est accipere eam proprie quantum ad ptātē. Et ita accipit magister in. 4. qui asserit uerum coniugiū non cōtrahi ante traductionē & carnalē copulam. i. anteq̄ ducatur spōsa in domum uiri, & accipiat ptātem in eam. Præterea, Angelus p̄suasit facere Ioseph id qd̄ ipse facere nolebat, nihilo minus dixit ei. Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariā coniugē tuā. Ergo uidetur q̄ ipse nolebat eā accipere pp̄ dubiū ortum. Ergo nolle traducere, erat nolle accipere. Proinde, Ioseph deprehēdit Mariā esse grauidā, qn̄ nōdū erant celebratæ nuptiæ: sed solum erat despōsatio facta, ut patet supra i litera. s. Cum esset desponsata mater Iesu Maria Ioseph anteq̄ cōuenirent, inuenta est hn̄s in utero de spū sancto. Nihilominus qn̄ mulier solum est desponsata, nondū est uiro tradita, nec in domum suā traducta. Id ergo erat quod Ioseph facere nolebat, & est sensus. Cum esset desponsatio facta, & Ioseph celebrare nuptias intēdens, traducereq; Mariā in domum suam. uidit eā grauidā ideo noluit traducere. i. accipere eā & celebrare nuptias. Rursus, accipiēdo traducere pro infammare nō consonat litteræ: quia et

dimittendo illam,infammabat. Nam oẽs arbitrati essent pp fornicatioñẽ eam reliquisse,quod erat palam infammare. Postremo, scribitur ꝙ Ioseph cũ esset uir iustus nolebat eam traducere, uerũtñ si accipiatur traducere pro infammare non conuenienter dicitur,qa erat uir iustus,nolebat eã infammare, cũ ẽt competat uiro iusto adulterã cõiugẽ ad mortem persequi. Et id iustitiæ & sanctitati nõ derogat. Cõcludendũ est igitur ꝙ accipiẽdo traducere.i.accipere per nuptias consonat literæ. Dicit.n.Euangelista. Ioseph cũ esset uir iustus nolebat eã traducere.s.in domum suam ut celebrarentur nuptiæ. Dubitabat nãq; & uerebatur,mirabatur, & nõ audebat aliqd temere iudicare. Ex una parte intuebatur eã grauidã,ex altera uero,attenta ipsius sanctitate nihil mali poterat suspicari. Et sic ambiguus stabat. Et si quęras,cum Ioseph esset ita turbatus ut uellet dimittere Mariã,cur ipsa uiro suo tm̃ sacrm̃ uoluit occulta re? Dicendũ est ꝙ talia secreta nõ sunt reuelãda nisi quantũ se extendit uoluntas diuina. Et ideo iuste & bene uirgo tacuit,tenens firmiter ꝙ quemadmodũ id sacrm̃ fuerat reuelatũ sanctæ Helisabeth dicenti, Vnde hoc mihi ut ueniat mr̃ dñi ad me? Sic reuelaretur alijs quibus esset opportunũ tpẽ competenti, iuxta diuinũ beneplacitũ. Deinde, dato ꝙ uirgo id secretũ uiro suo pandere uoluisset: palã liquet ꝙ Ioseph nõ credidisset ei,qm̃ illud mirabile sacrm̃ trãscendebat limites humanæ naturæ. Rursus,id factũ est misterio diuino ut p Angelũ magis certificaret, & nõ haberet causam obiurgandi uirginẽ, si ipsa ei circa talia loqueretur,uolens excusare illud qd manifestum apparebat. Ideo subditur. *Hec autem eo cogitante, ecce Angelus domini apparuit in somnis Ioseph dicens. Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam.*

Auctoris assertio.

Cur uirgo noluit pandere secretum uiro sui Ioseph.

Quod enim in ea natum est, de spiritu sancto est. Dũ.n.Ioseph cogitaret in mente sua qd de sua spõsa facturus esset (erat.n.perplexus & qd ageret ignorabat) sed Angelus dñi apparuit ei. Quis esset iste Angelus non constat sed satis uerisimile est ꝙ esset Gabriel tanꝙ specialis uirginis minister, cum ipse ad illam salutã-

Duplex somnium. dam missus fuerit. In somnis apparuit. Pro quo est notandũ ꝙ duplex est somniũ quod accidit dormiẽti. Quoddam.n.est naturale, ut est fantasma in somno factũ exterioribus sensibus ligatis, quod fit multiplici de causa, ut docet Philosophus de somno & uigilia. Aliud uero est somniũ quod non est ex mo-

Quid somnium in scripturis. tu fantasmatũ causatum in somno, sed est quædã reuelatio præteritoꝝ, præsentium, uel futuroꝝ immediate a Deo uel ab Angelo seclusis fantasmatibus existentibus in fantasia. Vnde scire contingit ꝙ plures huiuscemodi apparitiones & uisiões factas fuisse in somnis, ut legimus ĩ scripturis a Deo uel ab Angelo. In somnis.n.uidit Iacob scalam cuius cacumẽ

Gen.28. cœlũ tangebat, Angelos quoqꝫ Dei ascendentes et descendentes ꝑ eam, & dñm innixũ scalę dicentem sibi. Ego sum Deus Abraã &c. In somnis cohibet

Gen.20. Deus Abimelech ne tangat uxorẽ Abraã. In somnis

Gen.31. admonet Labã Deus ne noceat ipsi Iacob. In somnis hortatur Deus Salomonẽ ut petat ab eo qdqd

3.Reg.3. uoluerit. In somnis ꝙ uidet Ioseph narrat fratribus suis in qbus præmõstrabat Deus ipsum futurũ prin-

Gen.37. cipẽ fratrum. In somnis uidet Pharao septem spicas plenas & septem uacuas, necnõ septem boues pin-

Gen 41. gues &c. In quibus fertilitas septẽ annoꝝ & fames

Dan.2. alioꝝ septem ostendebãt ei a Deo. In somnis uidet Nabuchodonosor arborem magnam &c. Volens Deus palam insinuare ei abscisionẽ regni sui ab eo.

1.Reg.3. In somnis ter apparuit dñs Samueli dũ ministraret

in tēplo. In somnis ēt loquebatur Deus prophetis, Nume. 12.
& rndebat interrogantibus se. Nō est ergo mirum 1. Reg. 28.
si Angelus dñi apparuit in somnis ipsi Ioseph dicēs:
Ioseph fili Dauid. Et uere de domo Dauid, & uere
de regia stirpe descendit, nobilis gñe, sed nobilior fi
de et mente. Et plane filius Dauid non degenerans
a patre suo, qa nō tantum carne, sed fide & sanctita-
te ac deuotione quē tanq̄ alterū Dauid dñs iuenit
scd̄m cor suum, cui sacratissimū & secretissimū cor
dis Archanū reuelauit, & tanq̄ alteri Dauidi incer
ta & occulta sapientiæ suæ manifestauit. Vocauit
inq̄ eum filiū Dauid qa de illo loq sibi uolebat qui
spāliter Dauidis filius erat. Clamantibus populis, Matth. 21.
Osanna filio Dauid. i. messiæ. Dñs quoq̄ quærens & 22.
a pharisæis de Christo. i. messia cuius filius sit, dicūt
ei, Dauidis. Dixit itaq̄ Angelus. O Ioseph, cū tu sis
Dauidis filius nō mireris de conceptu uxoris, quia ī
ea genitus est ille qui uocatur spāliter filius Dauid.
Noli timere, i. nō dubites accipere eā nō ad carnalē
copulā, sed ad solā cohabitationē. Nō ad cōsuman-
dum matrimonium, sed ad deuotā ministrationem.
Ex quo apparet q̄ sic accipitur traducere. i. accipe-
re in domum uel in ptātem suā, cum dicatur supra
q̄ Ioseph nolebat illam traducere. Modo dicit An-
gelus, ut nō timeat illam accipere. s. in coniugē suā.
Nam ueri coniuges erant cū esset uerū matrimoniū
inter eos per uerba de præsenti p quæ contrahētes
uocantur coniuges. Et ita Ioseph uocabatur uir Ma Ioseph &
riæ. i. maritus, ut scribitur in Euangelio. Ioseph autē Maria ue-
uir eius cū esset iustus &c. Licet cōsuetudo sit q̄ an- ri cōiuges.
te consumatum matrimoniū uocent sponsi, consu-
mato aūt matrimonio uocent coniuges. hic aūt nul
la matrimonij consumatio fuerat, nec postea fuit,
sed more scripturæ accipitur maritus pro spōso, &

Hieronym. econtrario: ut ait Hieronymus super Mattheũ. s. cũ legeris Ioseph uirũ Mariæ nulla tibi subeat suspitio nuptiarũ, sed recordare consuetudinis scripturarũ in qbus sponsi coniuges appellantur. Quod. n. in ea natum est. i. quod in ea cõceptum est; qa natiuitas proprie nõ est nisi exitus de utero. Conceptio uero est formatio in utero. Sed cõceptionẽ hic natiuitatẽ appellat. Et ita scriptura duas asserit natiuitates. Vnam in utero, & alterã ex utero. Ne timeas ergo accipere Mariã, qa nõ fornicata est cũ aliquo, sed de spiritu sancto fecundata est. Et dicitur hic spũs sanctus tota trinitas, qa hæc operatio & gñaliter oẽs operationes Dei ad extra sunt simul ab omnibus tribus psonis tanq̃ ab unico principio, qm̃ Deus nõ est principiũ istarũ rerum sub rõne psonæ, sed sub rõne naturæ q̃ eadẽ est in tribus. Et si quæras, cur magis dicatur de spũ sancto cõcepisse q̃ de patre uel filio, dicendũ est primo pp causam incarnationis, q̃ consideratur ex parte Dei. Est. n. spũs sanctus amor pr̃is & filii. Vnde puenit ex magno Dei amore ut filius Dei carnem assumeret, iuxta illud Ioannis. Sic Deus dilexit mundũ, ut filiũ suũ unigenitũ daret. Itaq; p spũm sanctum q est amor id factũ esse dicitur. Secũdo cõuenit hoc ex parte naturæ assumptæ, quia cũ dicitur facta cõceptio p spũm sanctũ innuitur q natura humana assumpta est a filio Dei in unitate personæ, nõ ex aliqbus meritis nostris, nec propter dignitatẽ naturæ humanæ, sed ex sola gratia, q̃ spiritui sancto cõgruit, iuxta illud Apostoli. Diuisiones gratiarũ sunt, idẽ aũt spũs. Tertio conuenit ex termino incarnatiõis. Ad hoc. n. terminata est incarnatio, ut homo ille q concipiebaĩ esset sanctus, & filius Dei. Vtrunq; eorũ attribuitur spũi sancto. Nã per ipsum efficiuntur hoĩes filij Dei, dicẽte Apostolo. Quoniã

Duplex natiuitas notatur i scriptura.

Cur conceptio Christi attribuitur spiritui sancto.

1. Corin. 12.

estis

estis filij Dei, misit Deus spũm filij sui in corda uestra clamantẽ abba pater. Etiã p spũm sanctum sancti efficimur, ideo ad Romanos uocatur spũs sanctificationis. Sicut ergo alij hoies spũ sancto spãliter sanctificantur ut sint filij Dei adoptiui, ita Christus p spiritum sanctum est in sanctitate conceptus, ut esset filius Dei naturalis. *Pariet autem filium, & uocabis nomen eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum.* In hoc certificabatur Ioseph, q cum postea uidit puerum masculũ natũ, apparuit q Angelus non mentitus fuerat ei. Et ita liquidum fuit q de spiritu sancto conceperat, sicut dixerat Angelus. Et uocabis nomẽ eius Iesum. Id. n. dixit, qa sibi congruebat nomẽ imponere puero, cum reputaret tanq̃ pater. Ipse. n. saluũ faciet populum suum a peccatis eorũ. Reddit causa nois. s. qa Iesus interpretatur saluator. Ideo Angelus ostendit q istud nomẽ recte cõueniebat puero pp effectum, qa ipse saluaret oẽs hoĩes. s. p mortẽ suã. Et signanter dicit populum suum. i. Iudæos q erant populus Christi. s. qbus specialiter pmissus erat messias sicut ipse testatur. Non ueni nisi ad oues quæ perierant domus Israel. Cõsequenter tñ uenit ad oẽs hoĩes. Ideo omnibus iussit prędicari Euangelium, & fidẽ accipere. Nihilominus si pprie loquamur, principalius uenit Christus pp gentiles, q̃ propter Iudæos, cum paucissimi numero de Iudæis salui facti sint. Id aũt significauit cũ dixit. Non est mihi uoluntas in uobis. Ab ortu solis usq; ad occasum magnum est nomẽ meum in gentibus. Et alibi. Ipse erit expectatio gentium. Dñs quoq; p Oseã prophetã. Vocabo nõ plebẽ meã, plebẽ meã: & nõ, dilectã. Dicitur tñ primo uenisse propter Iudæos. i. prius ordine tpis, uel cuiusdam dignitatis accidẽtalis. s. quia eis promissus fuerat. Dixit aũt Angelus ad

Galath. 4.

Matth. 15.
18.

Populus gẽtilis uerus populus Christi.

Ioseph. Ipse saluum faciet populum suum, ad osten dendum ꝙ ipse erat messias ꝙ sperabatur a Iudæis tanꝙ redempturus Israel, quemadmodum ēt discipuli Christi, dixerunt ei ascendentē in cœlum. Dñe si in tpe hoc restitues regnū Israel? Et subdit, a peccatis eoꝶ. Vt palā insinuaret ꝙ Christus non uenerat ad redimendū hoīes ab aliqua tpali miseria, sed a iugo peccati, ut essent apti ad regnū cœloꝶ quod multo excellentius est ꝙ̄ regnum tpale. Iudęi tñ putabant ut messias redimeret eos a tpali seruitute deduxendo regnum Israel ad tpalē prosperitatem maiorē quā fuerat sub Dauide & Salomone, ac cæteris regibus. Quāobrē plurimi Iudęoꝶ nō receperūt Iesum in messiam, qa non restituerat regnū Israel, ut tpaliter regnarent. Vnde mater filioꝶ Zebedęi petiuit a Christo ut sederēt duo filij sui, unus ad dexterā Christi, alius ad sinistrā in regno suo. Quibus dixit. Nescitis quid petatis. Quasi diceret. Putatis regnū meum æternum fore tpale, sed regnū meum nō est de hoc mundo. In hoc ēt ostendebaē Iesum eē uerum Deum, qa nemo poterat saluare a peccatis nisi solus Deus. Iccirco Iudæi audiētes Iesum crebro dicentem, dimittuntur tibi peccata tua, ipsum blasfemare arbitrabātur. Christus aūt saluauit nos a peccatis inquantum ipse p mortē suā satisfecit pro peccatis, ut ablata esset obligatio qua nos tenebamur ad mortē ęternā pp̄ peccata: Sicut dicit Apostolus. Delens quod aduersus nos erat Cirographū decreti quod erat contrarium nobis. Et ipsum tulit de medio affigens illud cruci. Id autem solus Iesus facere poterat, quia ipse solus ualuit in infinitum mereri. Et ita solus potuit hominem a peccato saluare. *Hoc autem totum factum est ut adimpleretur quod dictum est, per prophetam dicentem. Ecce uirgo in utero habebit, & pariet filiū,*

Actuum. 1

Quomodo Christus liberauit nos a peccatis, & nō a seruitute temporali.

& uocabitur nomen eius Emanuel quod est interpretatum nobiscum Deus. Cum dicitur, hoc totum factũ est, ut impleretur quod dictũ est p prophetã, nõ tenet causa liter sed cõmitatiue.i.qñ hoc totum factum est.s.q Christus natus est de uirgine, & uocatus est Iesus, impletũ est quod dictũ est p prophetam. Et ita exponendum est in multis alijs scripturę locis, ubi similis locutio reperitur. Ecce uirgo in utero habebit inquit Angelus. Dicit autem Esaias. Ecce uirgo concipiet. Sed idẽ est concipere quod hẽre in utero, qa dũ manet fœtus in utero dicit̃ cõceptio. Dum uero prodit in lucẽ, natiuitas appellat̃. Et iste est modus loquendi Matthæi, qa.s.dixit supra, inuẽta est i utero hñs de spũ sancto.i.cõcepisse de spũ sancto. Inde sequitur. Et pariet filium.i.hæc puella uirgo existens, pariet. Et uocabitur nomen eius Emanuel. Nunq̃ Christus sic uocatus est, qa solum uocabatur Iesus tanq̃ noie proprio. Interdum uero quodã nomine appropriato.s. Christus uel messias appellabatur. Vocat̃ tñ Iesus Emanuel, qa ita est uerus Emanuel. Nam Emanuel interpretat̃ nobiscũ Deus. Quid est enim dicere nobiscũ Deus, nisi Deũ cum natura nostra? Emanuel igitur est humana natura simul cũ psona diuina. Quod qdẽ nomen soli Christo cõuenit q simul est Deus & homo. Ideo nobiscum est: qa naturã nostrã assumpsit. Considerandum est ergo q Matthæus Apostolus innititur probare id quod dixerat Angelus.s.& uocabis nomẽ eius Iesum. Et ppheta dixit. Et uocabit̃ nomen eius Emanuel. Et ita uult idẽ nomen esse Emanuel & Iesum. Et equidem uerum est, qa Emanuel significat Deum & hominẽ simul.s.in eodẽ supposito. Idẽ autẽ significat Iesus, q saluator interpretatur, maxime cum Angelus dixerit. Quod saluaret populum suum a peccatis. Id aũt

Quomodo intelligitur, Hoc totum factũ.

Quid sit Emanuel quod Deũ & hominẽ significat.

facere nõ poterat,nisi qa ẽẽt simul Deus & homo.s. homo ut pateretur,Deus uero ut p hoc in infinitum mereretur.Et sic uocare aliquẽ Iesum.i.saluatorem, nihil aliud est ꝙ ipsum Deum & hoiem appellare. Idẽ ergo est nomẽ Emanuel & Iesus, & conuertibiliter se habent.Et hoc est ꝗ Matthæus innititur probare:Alias auctoritas Isaię non faceret ad propositum suum.Et cũ subiungit dicens ꝗ est interpretatum nobiscũ Deus,istud nõ est de litera Isaię, sed apposuit illud Matthæus,qa Emanuel est nomen hebraicũ.Et uolens illud exponere Euangelista dixit. Quod interpretatur nobiscũ Deus.Quia Emanu in hebręo idẽ est ꝗ nobiscum. El significat Deũ. Et sic multoties Euangelistę faciunt, aliquoꝶ nominum hebręoꝶ interpretationem docẽtes. Ex his clare liquet qualiter ipsi Ioseph fuit reuelatum ab Angelo hoc misterium & sanctissimum qđ nemo prophetarũ et nemo principũ mundi huius ita pfecte agnouit ꝗ.s. Maria pareret filiũ & uocaret nomen eius Iesum.i.saluatorẽ,& qualiter hæc prophetia Esaiæ esset nunc impleta in uxore eius. Id.n. opus ei datũ est & concessum qđ multi reges & prophete cum uellent uidere & audire,minime potuerũt. Huic autem datũ est cognoscere,portare,deducere, amplecti,deosculari,nutrire,custodire, ac ipsius sapientiã agnoscere.Ideo sequitur. *Exurgens autem Ioseph a somno, fecit sicut præcepit ei Angelus domini, & accepit coniugem suam, et non cognoscebat eam donec peperit filium suum primogenitum, & uocauit nomen eius Iesum.* Ioseph accepit coniugẽ suã quã prius decreuerat dimittere.Itaq; accepit eam in propriam domũ ad cohabitandũ tanꝙ de cætero iugiter pmansurus cũ ea,sine suspitione cum ingenti humilitate,puritate ac reuerentia ministrando ei in omnibus uelut dignissimę genitrici creatoris, sal-

Quomodo idẽ est Iesus et Emanuel.

Dona concessa Ioseph.

uatorisq; sui. Et non cognoscebat eam donec pepe rit filiũ suũ primogenitũ. Ex qbus uerbis uidet̃ quibusdã hereticis q̃ Maria licet a Ioseph nõ fuerit cognita antè partũ Christi, post tñ eius partum fuit ab eo cognita. Vnde sic arguunt. Non cognoscebat eã donec peperit &c. Ergo post partũ cognouit eam. Rursus. Hęc dictio primogenitus dicit̃ respectu aliorũ filiorũ secũdo genitorũ. Scribitur quoq; in Euangelio Ioannis Christum fratres habuisse. Igitur &c. At contra hos hæreticos respondet̃ q̃ Ioseph præsumptuosissimus extitisset, si templum filij Dei, si sacrarium spiritus sancti, si uterũ puritatis uiolare ac poluere tẽtasset. Maria proinde ingrata fuisset si tã to filio nõ fuisset contenta. Iamq; uouerat uirginitatẽ Deo inspirante & consentiente, quam obseruare singulariter tenebatur. Sed scire contingit q̃ hęc dictio donec, tripliciter põt exponi scd̃m tria q̃ spãliter significant. Interdũ. n. est significatiua determinati tpis, quo euoluto fit aliqd, dicente Iob. Quis mihi hoc tribuat ut in inferno protegas me, donec ptranseat furor tuus? Sicq; cõiter dicit magister. Nõ legã, donec ueniant discipuli. Quandoq; est affirmatiua oĩum temporũ, & sic accipitur pro semp & tpe infinito uel indeterminato. Sicq; includit oẽm dñã tẽporis. quemadmodũ in Psalmo pr̃ loquitur ad filiũ dicens. Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos, scabellũ pedum tuorũ. Et alio in loco, Dauid. Oculi nostri ad dñm deũ nostrum donec misereat̃ nr̃i. Et rursus. Deus ne derelinquas me, donec enuntiẽ brachium tuum. Nõ est sensus q̃ postq̃ hostes Christi fuerunt subiecti tunc ipse cessabit sedere ad dexterã patris, imo tũc maior rõ est ut sedeat. Cum enim scriptura dicit eũ sedere ad dexterã patris donec ponantur aduersarij scabellũ pedum eius, inuit

Error Heluidii heretici. *Ioan. 2.* *Iob. 14.* *Donec tripliciter exponitur.* *Psal. 109.* *122.* *70.*

ꝙ postea æternaliter sedeat. Et ita de aliȷs. Sæpenumero aũt hæc dictio donec est abnegatiua omniũ tempoꝝ, & accipitur pro nunꝙ̃, ut hic in proposito, quẽadmodũ scriptũ est. Orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis, donec auferatur luna. Sed quia luna nunꝙ̃ auferetur, ita pax Christi nũꝙ̃ cessabit. Si.n. eam Ioseph non cognouit ante partũ, multo minus eam cognouisse post partũ putãdum est, uisis tot signis & miraculis in natiuitate eius. De primogenitis ẽt dicendum est ꝙ scriptura primogenitum uocat nõ solũ respectu sequentis, sed & præcedentis. Sic.n. in Exodo legitur dñm percussisse oẽ primogenitum in terra Egypti, nec erat domus in Egypto in qua non iaceret defunctus. Nunquid in qualibet domo erãt plures filiȷ? Sic ẽt in lege moysi fuit præceptũ omne primogenitũ Dei offerri. Et si parẽtes non habuerunt nisi unigenitum, tñ ui huius præcepti tenebanẽ illum offerre. Pro quo etiam scire oportet ꝙ uirgo Maria tres spãles filios habuit. Primum filium spũalem habuit Ioannẽ.s. Baptistã, q̃a tenuit illũ dum circũcideretur. Scd̃m filiũ adoptiuũ, Ioannẽ uidelicet Euangelistã habuit a Christo. Qui cũ esset in cruce dixit matri suæ. Mulier ecce filius tuus.s. adoptiuus. Et ad discipulũ. Ecce mater tua. Et sic uirgo uirginẽ uirgini cõmendauit. Tertiũ filiũ habuit naturalẽ, q̃ fuit Christus scd̃m carnẽ. Et iste dicit̃ primogenitus eius, q̃d dupliciter põt exponi. Vno modo simpliciter.i. primogenitus est antequẽ nec post quẽ aliq̃s est genitus. Et iste sensus est uerus. Scd̃o exponit̃ cum addito, quemadmodũ Apostolus ait. Vt sit Christus priogenitus in multis fratribus. Et ita cõceditur ꝙ uirgo Maria habuit plures filios spũales & adoptiuos, sed unum tantũ naturalem. Nam Christus oẽs Apostolos fratres ap-

Psal. 71.

Exo. 13.

Tres filios habuit uirgo Maria.

Primogenitus dupliciter exponitur.

pellat.Dixit.n.Mariæ Magdalene.Vade ad fratres meos,& dic eis.Ascẽdo ad patrem meũ & patrem uestrum.Et in Euangelio Matthęi. Quicunq; fecerit uoluntatem patris mei qui in cœlis est, ipse mihi frater & soror & mater est.Euidentissime igit constat q oẽs Apostoli,discipuli,electi, & sancti appellantur fratres Christi & filij Dei p adoptionẽ inter quos Christus est primogenitus. Possumus etiã aliter interpretari hoc Euangelicũ dictum.s. Et Ioseph nõ cognoscebat eam uidelicet esse matrẽ Dei & uere cõcepisse filium Dei, licet fuerit monitus ab Angelo, qa non pp hoc uere & perfecte cognoscebat misteriũ illud factum uirtute spũs sancti:donec peperit filiũ suum primogenitum. Idest non habuit uerã & perfectã ac simplicẽ cognitionem misterij illius,qa illud nõ complete declarauit Angelus,donec.i.nisi postq̃ Maria peperit filiũ suum primogenitum. Quia tunc audiuit Angelos in cœlo clamantes.Gloria in altissimis Deo.Et uidit pastores uenientes festinanter.Viditq; ẽt magos & reges uenietes, intrantes,& adorantes puerũ cum muneribus.Similiter & stellã q̃ antecedebat eos . Agnouit ẽt aĩalia illo quodãmodo agnoscere regẽ suum per illud ꝓphetæ.Cognouit bos possessorem suum, & asinus pręsepe domini sui.Ex quibus & alijs multis factus fuit certissimus de misterio illo.

Ioan *Mat* *Alia interpretatio huius ultimæ partis euãgelii.*

De Natiuitate Inuictissimi Imperatoris Saluatoris nostri Iesu Christi. Capitulum Nonum.

Factum est autem diebus illis: Exiit edictum a Cæsare Augusto,ut describeretur uniuersus orbis. Hæc descriptio prima facta est a preside Syrie cirino. Et ibant omnes ut profiterentur singuli in suam ciuitatem. Septem misteria & singularissima sacramenta insinuat Euangelista dñm ostẽdisse in natiuitate Iesu Christi filij sui.Primum fuit descri-

Primum misterium in natiuitate Christi.

ptio totius mundi sub uniuersali pace:q omnium ele ctorum descriptionẽ in æterna pace pulcherime figurabat. Dicit ergo. Factũ est aũt i diebus illis.s. anno quadragesimo secũdo, uel circiter imperij Octaui, Maria adhuc prægnante, tpe quo crescebat & confortabatur Ioannes. Exijt edictũ a Cęsare Augusto, ut describeretur.i. Octauianus Imperator præcepit ut in scripto redigeretur uniuersus orbis. Pro quo scire necesse est, q primus Imperator Romanorum fuit Iulius Cæsar q scd̃m Isidorum ideo Cæsar appellatus est, quia Ceso mortuę matris utero eductus fuit, uel quia Cesariæ natus est, uel quia fortiter hostes cedebat. Vnde ab eo Imperatores cæteri sunt Cæsares appellati. Filia aũt Iulij fuit uxor Octauiani. Itaq; Iulio mortuo successit sibi Octauianus Augustus ipsius nepos Imperator secundus, q ideo appellatus Augustus, qa maxime rempublicã & Romanũ auxit Imperiũ. Et sic ab eo Impatores cæteri dicti sunt Augusti. Hic retento cognomine p̃decessoris.s. Cæsare una cum cognomine suo uidelicet Augusto, uocatus est Cæsar Augustus, a quo mensis q primus uocabatur sextilis dictus est Augustus. Vel quia in eo natus est, uel qa tũc de uictoria redijt. A tpe isti⁹ primo ptãs cępit Imperij, q̃ Gręce dicit̃ monarchia. Regnauit quoq; annis quinquaginta septẽ cum dimidio. Duodecim uero annis circa tempus natiuitatis Christi in pace regnauit. Quo tempore Christus cui pax ista famulabatur nasci uoluit, quia pacem magnopere quęsiuit et pacis charitatisq; amatores & sectatores semper diligere dignatus est. Et quoniam naciturus erat rex pacificus & princeps pacis, congruum fuit ut ipse ante ortũ suum pacem quasi auroram ante solem præmitteret. Quam quidem pacem ipse uiuens in mundo admodum di-

Cæsar unde dictus.

Historia Octauiani secundum Isidorum.

lexit & docuit, ut nascens & exiens de mundo discipulis reliquit. Impleta fuit prætérea prophetia Esaiæ in illa uniuersali pace de Christo. Iudicabit inquit gentes, & arguet populos multos. Et conflabunt gladios suos in uomeres & lanceas suas in falces. Nec leuabit gens contra gentẽ gladium, nec exercebuntur ultra ad prælium. Idem & Micheas consimilibus uerbis commemorat. Isaias aũt deinceps sic ait. Habitabit lupus cum agno, & pardus cũ hedo accubabit. Vitulus & leo & ouis simul mo rabuntur. Quod idẽ est dicere. Magnus & paruus, superbus & humilis, diues & pauper simul una & eadem pace gaudebunt. Et puer paruulus minabit eos. Quę omnia in illa uniuersali pace uerificata fuere. Quẽadmodũ ẽt moraliter datur ĩtelligi uerbum incarnatum non nasci nisi in corde paccato, iuxta illud Psalmi. In pace factus est locus eius &c. Paccatis ergo omnibus regiõibus per uniuersum orbẽ, cum quietũ silentium uniuersalis pacis sub Cæsaris Augusti Imperio perturbata prius secula seruasset. Memoratus Augustus rempublicã legibus pacificis adęquare & nutrire desiderans protulit ędictũ ut describeretur uniuersus orbis. Volens.n. scire nũ merũ regionũ in orbe q̃ dictioni suberãt Romanę, numerum ẽt ciuitatũ in qualibet regione, numerum quoq; capitum.s. psonarũ in qualibet ciuitate, ut sciret q̃ & quanta deberent iure tributa dare, ut sic tri butis indebitis nõ grauarentur. Sciretur quoq; per quẽ modũ singulæ terræ sub Romano Imperio melius regerentur. Præceperat insup ut de suburbanis oppidis ac uicis & plagis ubicunq; habitarent ad suã hoĩes cõfluerent ciuitatem, ubi territoriũ habebant, uel originẽ traxerant, & quisq; denariũ.s. nũmũ argenteum preciĩ decem numorũ usualium, qua

Esa. 2.

Isa. 11.

Psal. 75.

Cur describitur uniuersus orbis.

Denarius unde dicitur. de causa denarius appellabatur. Tradēs pręsidi prouincię se subditū Romano Imperio recognosceret, ad soluendūq; tributa se obligaret. Nam & numus præferebat Cæsaris imaginē & nominis ipsius subscriptionē. Dicebatur.n. professio, qa quilibet reddens præsidi denariū tenebatur ponere illum super caput suū, & proprio ore fatebat̄ se Romano Imperio esse subiectū. Appellabat̄ ēt descriptio, qa oēs recto determinabant̄ numero, & in scriptis redigebātur, & sic tripliciter profitebantur. s. facto, quia censum capitis uel capiti impositum Imperatori soluebant. Verbo, quia se esse subiectos Romano Imperio ore ingenue fatebantur. Et scripto, qa eoꝝ noīa scribebantur. Sed animaduerte q͡ secundū Ambrosiū Octauianus Imperator non imperauit uniuerso orbi, imo gotthis neq; Armenĳs, nec ēt uidet̄ possibile q͡ ad oēs mundi prouincias potuerit potestatē suam extendere. Iccirco q͡ totus orbis dicit̄ ad eius iussionē descriptus, hyperbolica locutio est qua aliquid dicit̄ p excessum, ad insinuandū magnitudinē rei, quēadmodum apud Ioannē Pharisæi dicunt de Christo: & populo eum in die palmarum sequēte. Ecce totus mundus abĳt post eum. Ad innuendum ergo q͡ Augustus latissime imperauit dicit̄ toti orbi dominatus illumq; describi iussisse. Reuera nāq; latissime imperauit, nec aliqua ei regio potuit resistere, sed uictoriosissimus & fortunatissimus extitit. Quāobrē in senatu postea. s. tpe Traiani Imperatoris audita fuit uox. Nullus felicior Octauiano, nullus melior Traiano. Magnus Gregorius causam huius uniuersalis descriptionis sub tam magna pace cōmemorat dicens. Quid est q͡ nascituro dño mūdus describitur, nisi hoc q͡ aperte monstratur, quia ille apparebit in carne q electos suos adscriberet in

Triplex professio.

Octauianus non imperauit uniuerso.

æternitate. Nempe illa uniuersalis & mundana descriptio aliã spũalem omnium electorum in æterna pace designat. Quotquot. n. beatificantur non tantum ab æterno sunt prędestinati, sed & tpaliter p gratiã spũs sancti consignati sunt & scripti in libro uitę, de qbus Esaias ait. Erit omnis qui relictus fuerit in syõ & residuus in Hierusalem sanctus uocabitur omnis q scriptus est in uita. i. in libro uitę in Hierusalẽ. Sed & psalmista. In libro tuo omnes scribentur. Daniel quoq. In tempore illo saluabitur populus tuus omnis q inuentus fuerit scriptus in libro uitę. Et Ioãnes in Apocalipsi. Qui uicerit, nõ delebo nomẽ eius de libro uitę. Et infra. Alius liber apertus est, q est liber uitę. Et q nõ est inuentus in libro uitę scriptus, missus est in stagnũ ignis & sulphuris. Et paulo post. Non intrabit in ea. s. in ciuitate sancta Hierusalẽ, nisi q scripti sunt in libro uitę agni. Sic i libro uitę descripti fuerunt oẽs Apostoli, de qbus dñs ait. Gaudete & exultate quia nomina uestra scripta sunt in cęlo. Sic descripti fuerunt & Corinthij qbus Apostolus ait. Vos epistola estis Christi ministrata a nobis, et scripta nõ attramento, sed spũ Dei uiui. Imo & Deus inscribit cuiuscũq hoium conscientię uerbum suum & doctrinã salutarẽ. Hinc est q cõscientia hominũ libri appellanẽ, sicut Daniel libros apertos esse uaticinatur: & Ioãnes in Apocalipsi. Et libri apti sunt, & judicati sunt mortui ex his quę scripta erant in libris. Differunt ergo hę duę descriptiones. s. Octauiani Augusti & Iesu Christi saluatoris nostri. Ille. n. id fecit rõne census & subsidiarij stipendij. Christus aũt suos conscribit in signũ uitę ęternę, sicut Ioãnes ait. Vidi supra montẽ syon agnũ, & iuxta eum centũ quadraginta quatuor milia & habebant nomẽ suũ & nomen patris sui scriptũ in frontibus eorum. Illa

Esa. 4.
Psal. 138.
Dan. 12.
Apoc. 3.
20.
21.
Luc. 10.
2. Corin. 3.
Dani. 7.
Apoc. 20.
Apoc. 14.

Impatoris descriptio facta fuit Calamo & stilo hominis: hæc aũt Christi, digito spũs sancti. Illi deinde qui scripti in libro fuerunt ab Imperatore poterãt deleri: qui aũt scripti sunt a Christo in libro uitæ deleri minime pñt. Congruũ ẽt fuit eo tpe nasci Christũ, ut Iudæos doceret & palam oĩbus insinuaretur adesse iam tp̃s impletæ prophetiæ Iacob de aduentu messiæ, qñ ablato iam de Iuda sceptro penes romanos omne e[illegible]t imperium & dñiũ tum Iudæorũ, tũ orbis uniuersi. Et ut sub illa uniuersali pace Christus inter Deum & hominem pacem confirmaret, suosq; ad æternam conscriberet felicitatẽ, nosq; admoneret ut alter alteri ex charitate fraterna iniurias remitteret sectãdo pacem in honorem pacifici pueri Iesu, & in suam cuiusq; animæ salutem. Hęc descriptio prima facta est a præside Syriæ Cyrino, licet ante hanc generalem mundi descriptionem pręcesserint particulares certarũ regionũ descriptiones, sicut in libro Regum legitur. Dauid iussisse Ioab ut populũ regni sui numeraret atq; in scriptis redigeret, hæc tñ quam Octauianus fieri iussit, fuit prima loquendo de gñali orbis descriptione. Itaq; hæc descriptio prima. s. uniuersalis quã alia similis non pręcessit, facta est a pręside Syriæ Cyrino, hoc est primo executioni mandata est quẽ Cyrinũ Augustus præfecit Syriæ, & Iudeæ, scd̃m Græcũ expositorẽ. Sed Cyrinus in Syria iussit exequi Imperatoris ędictũ, eo q̃ (Syria ut fertur) sit umbilicus seu mediũ terræ habitabilis: in cuius medio dicũt fuisse Iudęã. Et ibant oẽs uidelicet principales de qualibet domo, uel ẽt cęteri q irę uolebant ut profiterentur, hoc est uerbo & facto protestarentur subiectos se Romano Imperio, singuli in ciuitatẽ suã, hoc est in urbe in qua nati fuerunt, uel ad quam amplius ptinebãt.

Alia Octaviani, alia Christi descriptio.

Quomodo impleta est prophetia Iacob.

2. Reg. 24.

Ascendit autem & Ioseph a Galilea de ciuitate Nazareth in Iudeam ciuitatem Dauid qua uocatur Bethleem, eo quod esset de domo & familia Dauid, ut profiteretur cum Maria desponsata sibi uxore pragnante. Secundo, euangelista Christi regale genus & parentũ nobilissimã stirpẽ ipsiusq; humilitatẽ & paupertatẽ palã insinuat cum subdit. Ascendit aũt & Ioseph a Galilea de ciuitate Nazareth in qua Christus cõceptus fuit, & ibidem uirgo beatissima cũ Ioseph sponso & uiro suo tunc morabatur. Ascendit igitur Ioseph cũ Maria desponsata sibi uxore prægnante in Bethleẽ Iudæ ciuitate Dauid, qa ibi nasci uoluit Christus & ungi in regem, q erat de stirpe regia Dauidis, pariter & Ioseph cum Maria, ut ipsi sicut cęteri eandẽ facerent professionem, ut daret exemplũ humilitatis a qua saluator incepit a natiuitate perseuerans usq; ad mortem, in qua humiliauit semetipsum usq; ad crucem. Et licet beata uirgo iã concepisset regem cœli et dñm terrę, ipsa tñ una cum sponso suo Ioseph imperiali ędicto uoluit obedire, ut posset cum filio dicere. Sic nos decet implere oẽm iustitiam, ac p hoc daret nobis exẽplum obtemperandi omni ptãti superiori. Laborabat ergo uirgo hoc longo itinere. Nã a ciuitate Nazareth usq; in Hierusalẽ erant triginta quinq; miliaria. Deinde in decliuio montis Hierusalẽ uersus meridiẽ est Bethleẽ sita & effrata dicta, distans a Hierusalẽ per quinq; miliaria uel circa. Ex quo loco colligi põt q; beata uirgo licet grauida esset, & iã uicina partui, non tñ ex hoc grauabatur in corpore qn iret de prouincia in prouinciam. Quia ut dicit Augustinus cum esset uirgo grauida salubri leuitate plaudebat. Lumen.n. qd in se habebat pondus habere non poterat. Volens igitur Ioseph soluere censum Imperatori terreno, ascendit de Galilea in Iu-

Secundum misterium

Hic notatur humilitas Christi

Maria grauida non grauabatur.

dæam, de Nazareth in Bethleem ciuitate Dauid.

Sed hic nō immerito oritur quęſtio, ſi Ioſeph & Maria erant de domo Dauid & tribu Iuda, cur ille nō profectus eſt Hieruſalē, ubi deſcribi multo poterat honeſtius, cum illa ciuitas, Dauidis iam olim dicta fuerat, ſicut ſcriptū eſt, cœpit Dauid ariem ſyō.
2.Reg.5. Hęc eſt ciuitas Dauid. Et alibi. Sepultus eſt Salomō in ciuitate Dauid: Sepultus eſt aūt ille in Hieruſalē ſup montem ſyon. Scriptura ita quoq; teſtāte. Hie-
3.Reg.1. ruſalē ciuitas eſt Dauid. Reſpondendū eſt q; oportebat Chriſtū naſci de tribu Iuda ſicut Iacob in ſpū
Apoc.5. pręuiderat, & Ioānes exclamat. Ecce uicit leo de tri
Gen.49. bu Iuda. Iacob quoq; dicebat. Catulus leonis Iuda. Cum igitur naſci oportuit illū de tribu Iuda: uoluit ēt in illa regione & ciuitate naſci, q̄ tribui Iudę congruebat, & adiudicata fuerat. In diuiſione aūt, Hieruſalem nō tribui iudę cōtigerat, ſed beniamin, quē
Ioſue.18. admodū in libro Ioſue, ciuitates beniamin commemorātur. In qbus ēt Iebus computatᷓ, puta Hieruſalem. Quę ſi ciuitas Dauidis appellatur uel dicitur, non fit rōne diuiſionis, aut tribus & gn̄ationis, ſed qa filij Beniamin nō pręualebant Iebuſęum expellere ex ciuitate Hieruſalem, ſiue Iebus: quod tn̄ pręſtitit Dauid, deinceps ciuitas Dauidis dicta eſt ex uictoria, non diuiſione. Chriſtus uero de tribu Iuda natus, naſci inſup uoluit in ea parte regionis q̄ ad tribū iuda ptinebat. Verū & Dauid in Bethleē natus eſt, ſicut legitur quando miſit dominus Samuel ut uo-
1.Reg.16. caret Iſai Bethleemitā cum filijs ſuis, ex quorum numero, Dauid quoq; unus extitit. Dauid proinde nō
3.Reg.2. Hieroſolimis ſed in Bethleem ſepultus eſt, ſicut ſcriptum eſt. Dormiuit itaq; Dauid cum patribus ſuis, & ſepultus eſt in ciuitate Dauid. Idem enim teſtatur Euſebius, & poſt eū Hieronymus ſuis ſeculis in

uia a Bethleem in Hebron sepulchra Dauidis & Iesse uisa. Quo nomine Petrus dixit Iudęis. Dauid mortuus est & sepultus: cuius ēt sepulchrum apud nos est usq; in hodiernum diem. Non ait quia hic est. Pręterea, ut adimpleretur uaticinium Michęę nasci uoluit in Bethleem, de qua uaticinatus est dicens. Et tu Bethleem Ephrata paruulus es in millibus Iuda ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israel. Et egressus eius ab initio, et a diebus ęternitatis. Nēpe non est exiguus ciuitatis honor, nec parua dignitas eam sibi ab ęterno elegisse Christum, ut in ea nasceretur quando etiam loci nomen non incongrue sibi conueniebat. Bethleem enim domus panis interpretat̃. Et ut ait Gregorius, licet nomen istud merito habuit propter fertilitatem suam, magis tamen propter Christum, sic dicta est, qui ut ipse ait, panis uiuus est qui de cœlo descendit. Bene ergo in fertili ciuitate natus est qui animas electorū in ęterna patria satiaret, juxta illud. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos. Triplici igitur de causa Christus natus est in Bethleem, eo q; erat de tribu Iuda & domo Dauid: & ut adimpleretur uaticinium prophetę: & propter ciuitatis nominis ethimologiam. *Factum est autem cum essent ibi, impleti sunt dies ut pareret. Et peperit filium suum primogenitum, & pannis eum inuoluit, & reclinauit in presepio, quia non erat ei locus in diuersorio.* Tertium misterium & admirabile sacramentum notat Euangelista excellentissimam i.e. & incomprehēsibilem Christi natiuitatem cum subdit. Cumq; in Bethleem essent quia pauperes erant, hospicium inuenire minime potuerunt, propter conuentum & frequentiam multoꝝ q ob eandem causam concurrerant. Quis igit̃ nō cōpatit̃ uirgini? Quis nos conspicit delicatam iuuenculam

Michę.5.

Cur Christus nasci uoluit in Bethleem.

Matth.11.

Tertiū misterium.

annorum quindecim ex longo itinere fatigatam, & cum uerecundia inter homines uersantem, quęrentem ubi quiesceret & non inueniẽtem. Omnes eam & socium licentiant, et abdicunt. Quare in cõmuni transitu in diuersorium se receperunt quod intra ciuitatem iuxta portam sub rupe concaua erat, nõ habens desuper tectum, ut hodie cernitur: nisi rupẽ de monte pendẽtem. Dicit .n. uenerabilis Beda, diuersoriũ est spacium inter duos uicos ex utroq; latere habens murũ, & ex utraq; parte portam, ut sit inde exitus in utrunq; uicũ desuper coopertum, propter aeris intemperiẽ ut in festiuis diebus possint ibi homines conuenire ad colloquendũ & sollaciandum. Et figurat ecclesiam inter paradisum & mundum existentem, in quã diuertamus ab erroribus mundi huius. Ibi ẽt hoies ad illam ciuitatem pp aliquod negocium uenientes animalia'pp aeris intemperiẽ locare consueuerant. Vnde & diuersoriũ dicebaẽ, qa illuc hoies diuertebant. Forte ibi Ioseph faberlignarius pręsępe fecerat boui & asino quos secum duxerat. Asinum quidem ut uirgo pręgnans super eum ueheretur, bouem quoq; ut ipsum uenderet: ac censum pro se & pro uirgine (si mulieres tenebantur) solueret: & de residuo uiuerent. Vel forte quispiã bouem adduxerat, ut illũ ibi uenderet, qui tunc cũ asino in eodem pręsępe comedebat. Vel forte ambo hęc animalia per alios fuerunt adducta. Completo tpe nouem mensium, uirgo sacratissima ut credi põt, mox paritura genua deuotissime flexit, & mente ad Deum erecta pręstolabatur aduentũ filij sui, optabatq; uidere natum puerũ. Qualem putas fuisse uirginis animum, qualem sensum in illo hora? Nẽpe plena spiritu sancto ardẽti amore & gaudio plorãs, intus aiebat. Egredere o fili, tanq; spõsus de thalamo

Diuersorium quid sit.

De boue & asino, uarius modus dicẽdi.

Cõtemplatio pulcherrima uirginis in ptu.

lamo suo. Adimple desideriũ matris quę dixit. Ecce 380
ancilla dñi fiat mihi secũdm uerbum tuũ. Ego amore
langueo, amplius expectare non ualeo, fac domine
ut ueniat desideratus cunctis gentibus. Deinde ele
uans oculos ad cœlos, tacite dicebat. Rorastis cœ-
li desuper, & nubes pluerunt iustum in utero meo.
Modo aperiatur terra thalami uirginalis, & germi
net saluatorē. Dũ aũt esset uirgo in hac dulci, suaui,
ac spũali contemplatione, ecce cęlũ apertum est, et
quædã ueneranda mulier cum ramo Oliuarũ de si-
nu patris descendit clamans. Misericordia dñi ple-
na est terra. Rogabatq; puerum ut foras egrederе-
tur, & statim ueritas de terra orta est: quia uniuerse
uię dñi misericordia & ueritas. Iustitia aũt de cœlo
prospexit, & uidens has nuptias filij Dei, admirans
de sinu patris & ipsa descendit, iubilans & canens.
Gloria in altissimis Deo, & in terra pax. Et mox mi
sericordia & ueritas obuiauerũt sibi, iustitia et pax
osculatę sunt. Infans quoq; nudus super terram ap-
paruit. O igitur magnũ misterium & admirabile sa
cramentum. Currite oẽs, amplectimini pauperem
puerũ natũ, q̃a ipse est filius Dei, q̃ carne indutus no
bis apparuit. Mater aũt uidit eũ ante se in terra ia-
centem, et paulopost præ frigore palpitantem. Cui
illa tenerrime condolens, susceptũ & amplexatum *Magna*
deosculabatur, stringens eum ad pectus suũ, & ca- *paupertas*
lefaciens ipsum. Deinde candidissimis inuoluit pan *locorum pe*
niculis agens gratias Deo, et reclinauit ac posuit eũ *nuria.*
non in lectulo aureo, sed in præsepio, in medio duo
rum aĩalium. s. inter bouem & asinũ, quia nõ erat ei
locus alius in diuersorio. Ecce magna Christi pau-
pertas & inopia, q̃a nõ solũ suę natiuitatis domum
propriam non habuit, sed nec in cõi diuersorio po-
terat locum habere sibi conuenientem & congruũ.

Itaq; eum præ loci penuria oportuit in præsepio reponi. Vnde uerificatum est illud. Vulpes foueas habent & uolucres cœli nidos, filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet. *Et pastores erant in regione eadem uigilantes, & custodientes uigilias noctis super gregem suum. Et ecce Angelus domini stetit iuxta illos, & claritas dei circũfulsit illos, & timuerunt timore magno. Et dixit illis Angelus. Nolite timere. Ecce enim euangelizo uobis gaudium magnum quod erit omni populo, quia natus est uobis hodie saluator qui est Christus dominus in ciuitate Dauid. Et hoc uobis signum. Inuenietis infantem pannis inuolutum, & positum in præsepio.* Extat quartũ misterium quod innuit euangelista.s. natiuitatem saluatoris, prius fuisse annuntiatã pastoribus, q̃ sacerdotibus, scribis, & pharisæis, ac cæteris principibus Iudæorum. Dicit enim. Et pastores erãt in eadem regione uigilantes super gregem suum prope, per miliare.s. iuxta turrim quandam inter Bethleem & Hierusalem, ubi Iacob rediens de mesopotamia moratus est cum grege suo, ubi mortua & sepulta est Rachel iuxta Bethleem, & turris gregis dicitur, ubi ẽt in ecclesia illorum pastorum tria monstrantur monumenta. Vigilabant igitur pastores circa pecora quę alebant in rure tpe noctis sicut in locis illis fieri consueuit. Et ecce Angelus domini circa quartam uigiliã noctis uenit ad eos. Diuiditur enim nox in quatuor uigilias, & stetit iuxta illos in ueste candida, facie rutilanti & iucunda. Et ut creditur Gabriel erat qui uirgini conceptũ uerbi nuntiauerat. Ideo ipse amplius cæteris gaudens, quia iã impletum erat quod ante prædixerat, ante oẽs se gerebat, ut Christi natiuitatem concionaretur. Et claritas Dei circunfulsit illos undiq; exterius in corpore, & interius in mente: in signum q̧ ortus erat sol iustitiæ, & in tenebris lumen rectis corde, claritasq;

Quartum misterium

Gen. 35.

gloriæ appropinquabat. Et non sine euidenti rõne lumen Angelus attulit, quia eam nuntiare uenerat, qui est lux uera oēm hoiem illuminans, uenientem in hunc mundũ. Et si quæras, cur natiuitas Christi fuit prius pastoribus euãgelizata q̃ aliis. Primo dicendũ est q᷑ Moyses ac cæteri patriarchę & prophetæ pastores ouiũ Christũ uerum pastorem pulcherime figurabant. Inter quos præcipuę Moses gerens figuram Christi, pastor erat ouiũ & pascebat Iethro soceri sui oues, cũ ipsi dñs apparuit in flamma ignis in rubo, & tanq̃ pastorē misit ipsum dñs ad liberandum & educendũ populum Israel de Egypto & dirigendum & custodiendum ipsum p deser tum. Quatuor.n.fecit Moses erga gregem dñi. Nã liberauit & eduxit ipsum de seruitute & captiuitate Pharaonis. Deinde per legem moysi datam sanauit eum a malis moribus & ritibus Egyptiorꝶ quibus erat sauciatus & uulneratus. Proinde pauit eũ manna de cęlo misso. Postremo direxit & custodiuit eũ quadraginta annis p desertum. Ex quibus figurabatur qualiter Christus a patre missus uelud principalis pastor sup gregem humanum debebat ipsum de seruitute diaboli, & a peccato liberare, pariterq; ab omni labe peccati p ecclesiastica sacrã sanare. Pane insup eucharistiæ reficere & pascere. Doctrina euãgelica dirigere & custodire. Item, Abel, Dauid, Iacob, Amos, & q̃ plures alij pastores de pplo Dei, gerebant figurã Christi ueri pastoris. Cyrus quoq; rex persarꝶ & medorꝶ nepos Astiagis qui piectus in nemora nutritus a quodã pastore, fuit ēt & ipse pastor ouium. Sed postea compertus nepos Astiagis factus est rex persarꝶ & medorꝶ, ut inquit Herodotus. Ille.n.i figura Christi postea liberauit populũ Dei dę Babylonica captiuitate. Præterea, Chri-

Moyses pastor ouium figurat Christum.

Abel, Dauid, Iacob, Cyrus, figurant Christum pastorem.

Esdre. 1.

ſtus promiſſus in lege uaticiniјs prȩnuntiatus tanq̃ uerus paſtor ad liberandũ & ſanandũ gregẽ ſuum promiſit uenire, quemadmodũ p Ezechielẽ teſtat.
Ezech. 34 Ecce ego requiram oues meas, & uiſitabo eas ſicut paſtor uiſitat gregem ſuum. Et liberabo eas de omnibus locis in quibus diſperſe fuerant in die nubis & caliginis. Et paſcam eas in paſcuis uberrimis, & in montibus Iſrael erunt paſcua earum &c. Rurſus. Chriſtus uenit in mundũ & ad inſtar ueri paſtoris officium exercuit. Nam eripuit oues ſuas de faucibus lupi & draconis, qui ultra quatuor milia annorum eas ſub iugo & captiuitate ac ſeruitute peccati poſſederat. Et pro earum redemptione ſe morti tradidit & in uberrimo & ſecuro ouili celeſti ubi ſempiterno euo fruuntur collocauit. Ideo dicebat. Ego
Ioan. 10. ſum paſtor bonus. Bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis. Poſtremo aſcendens in cœlum non elegit ad apoſtolatum & officiũ paſtoratus ex ſcribis & Phariſæis & ſacerdotibus peritis: ſed ex ſimplicioribus & piſcatoribus, quibus totũ gregẽ ſuũ & eccleſiam cõmiſit: queadmodum dicit Apoſto-
Actorũ. 21. lus. Attendite uobis & uniuerſo gregi in quo poſuit uos ſpũs ſanctus. Paſtores. Inter quos prȩcipuȩ Petro uelud capiti oues ſuas paſcendo tradidit dicẽs.
Ioan. ulti. Paſce oues meas, paſce agnos meos. Ex qbus oĩbus manifeſte conſtat cur Chriſtus natiuitatem ſuã primo paſtoribus euangelizare decreuit: Non ſiquidẽ pontificibus & ſacerdotibus templi &c. Et ecce Angelus dñi ſtetit iuxta illos. Aſſumpſit.n. corporis humani effigiẽ ut uiſibiliter eis appareret, & claritas Dei circunfulſit illos. i. lux quædam diuinitus miſſa, aerem prope paſtores ſic clarificauit q ipſi luce illa undiq operiebantur ſecundum q paulopoſt interius ſpũali luce pfuſi ſunt ad cognoſcendã ueri-

taté de Christo. Quēadmodū in Actis de paulo habetur. Subito circūfulsit eū lux de cœlo. Vnde in ueteri testō non leguntur Angeli cū tanta claritate apparuisse. Ideo pastores timuerūt timore magno, ppter tam grandem, inconsuetāq; uisionē, & subitam claritatem. Sed Angelus eos consolatur dicens. Nolite timere. Cuius causa subdit. Ecce. n. euangelizo. i. bonū denuntio uobis. s. gaudiū magnū qđ erit omni populo. i. ecclesiæ de cunctis populis. s. Iudæorū & gentilium colligendæ quia natus est uobis, non nobis ad utilitatē magis uestram q̃ nostrā, hodie. i. in isto die naturali noctē præcedentem supputando ad diem sequentē. Vnde ex tunc nox incepit præcedere diē, & potius dicit hodie q̃ in hac nocte, quia gaudiū uenerat nūtiare. Et nox illa sicut dies illuminata fuit ex diuina claritate. Hodie inq̃ natus est saluator. i. salutis amator & dispensator qui est Christus. i. unctus, tanq̃ rex, pontifex, & propheta, pariter & dñs, qui omnibus dominabit. In ciuitate Dauid. i. Bethleē in qua unctus fuit, iuxta illud Psalmi. Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Quæ unctio facta est a tota super benedicta trinitate, de qua ēt Christus p Esaiam ita loquit dicens. Spūs dñi super me eo q unxerit me. Deinde subdit Angelus. Et hoc uobis sit signū more Iudæorū qui signa q̃runt. Inuenietis infantem pannis inuolutū, & positū in præsepio. Nō miremini inquit Angelus si inuenietis eum non sericis inuolutū, nec positum in reclinatorio aureo, sed in præsepe aialiū brutorum. Quia licet sit Deus & homo, rex regū et Deus Deorum, nihilominus altissimā humilitatē & paupertatem elegit. Currite pastores & inuenietis uerū pastorē q oues suas ab æterno cognouit, & eas nominatim uocat quarum nomina scripta sunt in libro ui-

Actorū. 9.

Cur dicitur hodie, & quid significat.

Psal. 44.

Esa. 61.

Nota contradictiones pastoris et ouium.

tæ,uenit ad uocandum & redimendum eas. Congregabit quoq;,defendet & pascet. Omnes.n.iusti, electi & sancti oues sunt istius pastoris propter innocentiam,simplicitatem,patientiam, & utilitatē. *Et subito facta est cum Angelo multitudo militiæ celestis,laudantium deum & dicentium. Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis.* Quintū admirabile sacramentū insinuat Euāgelista, inusitatum uidelicet & singularissimum canticū Angelorꝝ, dicens. Et subito facta est cum Angelo.s. Gabriele qui tanq̄ principalis inter alios nuntiaret Christi natiuitatē multitudo militiæ celestis.i. Angelorꝝ qui noīe militiæ designantur,qa pro salute hominum cum demonibus præliantur. Vel qa natus est rex celestis. Ideo multitudinem Angelorꝝ nomine militiæ designat. Quia uero dux ad præliū natus est, ideo eam secundū aliā literā exercitū appellat.(Laudantiū Deum) consona uoce de Christi natiuitate, eo q̄ per ipsum sciebant hoīes ad salutē deduci, & ruinā Angelorꝝ reparari,& in honorem Dei una benedictione dicentium. Gloria in excelsis Deo.i.in cœlis. Quia licet eius gloria ubiq; reluceat,præcipuæ tamen in cęlo Empireo, ubi est Angelorꝝ & sanctorꝝ habitatio. Et in terra pax hominibus,non quibuscunq;,sed bone uoluntatis.s.eis qui bona uoluntate Christū natum suscipiunt, laudant & adorant. Sed pro maiori notitia considerare oportet q̄ gloria Dei dupliciter sumit̄ in scripturis. Vno modo pro illo summo gaudio & intrinseca lætitia eadem cū diuina essentia quam semp̄ Deus habuit ab æterno,nec pro tali gloria indiget bonis nostris,ideo augeri minime potest. Alio modo sumitur gloria Dei pro honore singulari quē dant oēs Angeli ipsi Deo & beati in cœlo quæ cōsistit in adoratione & continuis laudibus

Quintum misterium

Duplex gloria Dei intrinseca & extrinseca.

quia non cessant procidentes in facies suas laudare & benedicere ac glorificare Deum & pro beneficijs receptis gratias agere. Hæc aũt gloria Dei extrinseca appellatur, quę ex tpe incepit ab Angelis in cœlo post eorꝫ conuersionẽ & confirmationem qa statim teste Esaia cãtare ceperũt. Sanctus, sanctus. *Esa.6.* Deinde fuit augmẽtata & nouiter dilatata usqꝫ ad hoies sanctos p aduentũ Christi, quẽadmodũ Ioannes uidit illa quatuor animalia quæ non habebant requiẽ die ac nocte dicentia. Sanctus, Sanctus, Sanctus. Et infra subdit. Post hæc uidi turbã magnam quã dinumerare nemo poterat ex omnibus gẽtibus tribubus & populis & linguis, stãtes ante thronũ, & clamabant uoce magna dicentes. Salus Deo nostro &c. Et oẽs Angeli stabant in circuitu throni et seniorꝫ & quatuor animaliũ. Et ceciderunt in conspectu throni in facies suas, & adorauerunt Deũ dicentes. Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarꝫ actio, honor, uirtus, & fortitudo Deo nostro in secula seculorꝫ amen. Ex quibus liquide cõstat ꝙ solum angeli hanc gloriam Dei ante Christi aduentũ exhibebant: postmodũ uero hoies simul cũ Angelis qñ Christus ascẽdit in cœlũ dant gloriã Deo. Et ita gloria Dei dicitur nouiter augmentata & dilatata. Quæ cũ sit gloria exterior nõ inconuenit ipsam augeri, augmẽtari, & successiue dilatari, quemadmodũ crescit numerus electorꝫ in cœlo & in terra. At gloria Dei interior iã ob id, ut dictũ est, augeri minime põt. qm̃ Deus non indiget bonorꝫ nr̃orꝫ ad suam gloriã interiorẽ augendã, quã interminabiliter habuit ab ęterno. Ideo dixerunt Angeli. Gloria in altissimis Deo. i. nunc per Christum incarnatũ et natũ dabitur maior gloria Deo in altissimis Angelis & beatis quia amplius se extendet & ampliabit

Apoc.4. 7.

Quomodo gloria Dei augeri potest, et quomodo non.

ad hoies electos & prædestinatos &c. Et in terra pax: q̃ nihil aliud est nisi quædã ordinata coniunctio aliquorum. Et dicitur a pango pangis quod est coniungere, siue pactũ facere. Siquidẽ in omni fœdere & pacto fit quædã coniunctio. Sed quia ex tali debita et ordinata coniunctione rerũ resultat tranquilitas & quies, ideo dicitur ab Augustino: Pax est tranqlitas ordinis. Ordo autẽ est pariũ dispariũq; rerũ sua cuiq; loco tribuens dispositio. Et sic unaqueq; res manet in pace & tranqlitate qñ est disposita & locata in suo cõuenienti & debito ordine naturę. Ex quo sequitur tranquilitas et quies q̃ dicit̃ uera pax. Per oppositũ aũt qñ res est seiuncta extra suum locum & ordinẽ, nunq̃ in tranquilitate & pace quiescit, sicut uidemus in separatione membrorum corporis animalis, uel animę a corpore, seu hoís ab altero, quę absq; maximo dolore fieri minime potest. Ideo pax est finis belli. Nã bella geruntur, ut cũcta in pace quiescãt. Et sic omnia appetunt pacẽ, tanq̃ bonũ ultimatũ, sicut scriptum est. In pace in idipsum, dormiam et requiescã. Possumus ideo scd̃m Augustinũ ut supra multiplicẽ distinguere pacẽ. Nã quædã est pax corporis, q̃ est ordinata tẽperatura partiũ ĩter se. Alia pax corporis ad animã quę resultat ex temperata complexione quatuor qualitatũ primarum, & conuenientia humorum. Et est ordinata uita & salus animãtis. Alia pax sensualitatis ad rationẽ, q̃ consistit in conformitate appetitus sensitiui ad rationem propter cõsensum ordinatę cognitionis & actionis. Alia est pax hoís ad Deum, q̃ est ordinata in fide sub æterna lege obedientia, seu conformitas uoluntatis hominis cũ uoluntate Dei. Alia est pax hoís ad alios hoíes quę est animorum sub aliqua lege ordinata concordia. Alia est pax hoís ad animalia,

Pax unde dicitur, & quid.

Augusti. de ci. Dei. c. 13. 19.

Pax multiplex reperitur.

quæ est utendi ordinata facultas. Vltima est pax cœlestis quæ est ordinatissima societas fruendi Deo, cũ summa tranquilitate animi & felicitate. Has oẽs paces Adã habuisse, oẽs ęquo animo fatentur in statu innocentiæ, & equidem habuisset in perpetuum si stetisset. Habuit.n. pacẽ cũ Deo p cõformitatem suæ uoluntatis cũ diuino beneplacito, pariter & cũ Angelis, qa eorꝫ fruebatur colloquio quia & ipsi secreta diuina reuelabant. Pax corporis inerat ei, qa nullum patiebatur dolorẽ in mẽbris. Pax insup corporis ad animam, quæ p mortem nunꝙ fuisset separata. Pax ẽt inerat ei sensualitatis ad rationem, q̃ semper fuisset conformis & obediens rõni. Pacẽ proinde habuisset cũ omnibus hoĩbus qa oẽs cõformes fuissent diuinæ legi et uoluntati. Pacem quoqꝫ cum omnibus animalibus, quia omnia ad nutũ ei famulabãtur: de quibus plenum dñium habebat. Pacem deniqꝫ habuisset celestem in societate Angelorꝫ sibi promissam si stetisset. Nam post longã & felicem uitam una cum posteris suis, fuisset translatus in ultam meliorẽ æternam. Sed heu, quia peccauit Adã, & omnes has paces amisit. Et qa inobediens fuit diuinæ uoluntati, ita oĩa recesserunt ab eo, ut non amplius sensus obediret rõni, & ita de alĳs. Ad hãc igitur pacem reddendam & recuperandã toti generi humano, uenit Christus in carnem, ut reconciliaret & pacificaret hoĩes cum Deo & Angelis suis. Ideo nato saluatore cantarũt Angeli. Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus. Quasi dicerẽt. Gratias agamus Deo in natiuitate huius pueri, quia per ipsum dabitur gloria in cœlo, & reddetur pax hoĩbus in terra, quam Adã per peccatum ammisit. Sed adhuc restat difficultas. Nã nos uidemus ꝙ post aduentũ Christi adhuc remanent bella & litigia inter

Quomodo primus homo habuit omnes paces.

Quomodo Adam oẽs paces amisit peccando.

Pulchra difficultas elicitur & soluitur.

hoies,Adhuc extant infirmitates & mortes in corpore,pugna quoq; non modica inter carnē & animā,inter sensum & rōnem.Ad hęc rñdetur q pax q̄ est inter homines & Deū iam primo tradita est,& præcipuæ recuperata nobis. Reconciliati.n.sumus Deo per gratiā & sanguinē Christi,sed post hāc uitam reconciliabimur per gloriam in cęlo. Christus prgterea recuperauit nobis pacē corporis & animę, immortalitatem simul & in passibilitatem. Sed nō uult Deus ut in præsenti uita,hanc pacem possideamus,ob maius bonū,usq; ad gn̄alem resurrectionē. Extant nāq; passiones ad exercitiū uirtutum,uelud instrumenta merendi,quia nulla esset uictoria,si nulla mansisset pugna.Permittit insuper Deus tirānos & malos,ut exerceant bonos.Permittit bella & p̄lia,ut boni cū malis flagellentur. Pacē aūt omnium istorꝝ possidebimus post futurā resurrectionē, quā quidem pacem & immortalitatē licet nondū possideamus in facto,iam tñ possidemus in merito & fide:iuxta illud Apostoli.Gloriamur in spe glorię filiorꝝ Dei &c. Hominibus bonę uoluntatis.Bonū enim aliud est apparens & nō existens,ut uindicta de inimicis,fornicatio uel furtum.Aliud uero bonū & existens,& est duplex.s.per essentiam & p participationem.Primum conuenit Deo qui est p essentiam bonus.cuius bonitas se extendit ad oia creata.Ideo respectu multorꝝ ipsius uoluntas dicitur esse bona.Primo respectu oium hominū quos uult et cupit eē saluos,iuxta illud Apostoli. Deus uult oēs hoies saluos fieri. Secundo, respectu Iudæorum de quorꝝ progenie natus est,quos primo uocauit , & corā eis multa miracula fecit,quibus etiam dicebat. Hierusalē Hierusalē, quotiens uolui congregare filios tuos quēadmodū gallina congregat filios suos

Quomodo omnis pax recuperata est nobis a Christo.

Bonū multiplex.

Quomodo uoluntas Dei dicitur bona.

1.Thi.1.

Matth. 23.

sub alas & noluisti &c. Tertio, respectu omnium peccatorum in quorum fauorem sæpenumero dicebat. Nolo mortem peccatoris, sed ut magis cõuertatur & uiuat. Proinde. Nõ ueni uocare iustos, sed peccatores ad pniam. Quarto respectu incipientiũ, quorũ leprosus figurã gerebat: cui dñs. Volo. Mũdare. Quinto, respectu proficientium, de quorum numero fuit Ioannes Euangelista. Ideo dñs. Sic eũ uolo manere donec ueniã. Sexto, perfectorum: de quibus dñs p Apostolũ. Hæc est uoluntas mea sanctificatio uestra. Septimo, respectu coronatorum, dicente dño. Volo pr, ut ubi ego sum: illic sit et minister me⁹ &c. Homines aũt dicuntur boni per participationẽ. Et quẽadmodum in intellectu est uerũ & falsum, ita in uoluntate est bonũ & malum, qm̃ prima radix merendi & demerendi consistit in uoluntate scdm quã homo dicitur bonus uel malus. Hoĩes igitur dicunt boni uoluntatis qñ conformant uoluntatem suam uoluntati diuinæ in præceptis & prohibitionibus, obseruando ea quæ præcepit. Hinc cõgrue pax enũtiatur hominibus bonæ uoluntatis, quia nõ est pax impijs, dicit dñs. Potest quoq; pax hic accipi non uniuersaliter pro omni pace, sed primo & præcipue pro spirituali pace. s. reconciliatione generis humani facta cum Deo per Christum, quam Angeli tunc instare dicebant, iuxta illud Apostoli. Reconciliati sumus Deo, p mortem filij eius. Et alibi. Pax Christi exultet semper in cordibus uestris. De qua etiam per Micheam prædictũ est. Pax erit in terra nostra dum uenerit. Et qñ calcauerit in domibus nostris. Et in Psalmo. Orietur in diebus eius iustitia & abundãtia pacis. Hæc est pax interna iustorum uere Christianorum quæ eis p exteriores inquietudines seu tribulatiões auferri nõ ualet: dicẽte in puerbijs Salomone.

Ezech. 18. *Ioan. 21.* *1. Thess. 4.* *Ioan. 12.* *Qui sunt bonæ uoluntatis.* *Rom. 5.* *Collo 3.* *Pax spiritualis.* *Prouer. 18.* *12.*

Iustus quasi leo confidens, absque terrore erit. Et rursus. Non contristabit iustum quicquid ei acciderit.
Esa. 32. Hinc Esaias. Sedebit populus in pulchritudine pacis. Hanc pacē attulit Christus & reliquit in terrā, eāq; in domibus & ciuitatibus prędicandā pcepit. Dixerūt ergo Angeli ut oīa ī unū cōcludamus. Gloria in altissimis Deo. i. gaudeamus omnes tam Angeli quam homines, quia natus est hodie saluator propter cuius aduentum erit Deo gloria in altissimis, quia augebitur numerus laudantium Deum in
Epilogus dictorum. gloria cœlesti: & in terra erit pax & reconciliatio hominibus bonæ uoluntatis cum Deo & Angelis eius, in pręsenti per gratiam, & in futuro p gloriam.

Et factum est ut discesserunt ab eis Angeli in cœlum, pastores loquebantur adinuicem. Transeamus usq; Bethleem, & uideamus hoc uerbum quod factum est, quod fecit dominus & ostendit nobis. Et uenerunt festinantes, & inuenerunt Mariam & Ioseph, & infantem positum in præsepio. Videtes autem cognouerunt de uerbo quod dictum erat illis de puero hoc. Et omnes qui audierunt mirati sunt, & de his quæ dicta erant a pastoribus ad ipsos.

Sextū misterium. Sextum misteriū notat Euāgelista. s. pastorū de uerbo incarnato & saluatore nato, uerā fidē & admirabilem cognitionem cum subdit. Et factū est ut discesserunt ab eis Angeli in cœlum. Vnde scire operepretium est q in ueteri testō qñq; legitur apparuisse
Iudic. 2. se unus Angelus tm̄, ut in libris. Iudicū scribiť. Ascēdit Angelus dñi de galgalis ad locū flentium et ait. Eduxi uos de Egypto &c. Et infra capite tertiodecimo. Aliqñ duo, ut in Genesi dicitur. Venerūt duo
Gen. 19. 18. Angeli hospitādi apud Loth. Interdū uero tres, ut ī eodem. Abraā tres Angelos uidit & in hospicio suscepit. Sæpenumero sex, ut apud Ezechielē. Et ecce
Ezech. 9. sex uiri ueniebant de uia portę superioris. Aliqñ plures indeterminate, ut ī Genesi legitur de Iacob. Fue-
Gen. 32.

runtq; ei obuiã Angeli Dei. Interdum exercitus, sed tm̃ per modũ uisionis, ut in libro regum. Ecce mons plenus curruũ igneoꝝ. Sed hic legitur Angelorum militia apparuisse nõ tm̃ in uisione sed in assumptis corporibus in signum ꝙ maius solito nuntiabat. Dicit ergo. Et factũ est ut discesserũt ab eis Angeli, & redissent in cœlũ, quo solent reuerti ministerio propter quod missi sunt, consumato. Quemadmodum Thobię Raphael ait. Tempus est ut reuertar ad eũ qui me misit. Pastores loquebantur ad inuicẽ. Quãuis.n. primo territi ac stupore repleti fuissent, tamẽ ex consolatione angelica ac dulcissima perceptione rei tã gaudiose confortati fuerũt & leti, alacresq; effecti dixerunt. Transeamus usq; Bethleẽ, quae (ut dicitur) per miliare distabat a loco quo ista intuiti sunt pastores. Et uideamus.s. oculis corporeis qđ nunc oculis fidei credimus. Hoc uerbum ꝙ factum est.i. rẽ uerbis ad nos dictis significatam.s. puerum natũ qui est Christus dñs rex messias. Verbũ ꝗppe in scripturis interdũ pro uerbo mentali uidelicet cõceptu, interdũ pro uerbo uocali seu scripto. Quandoq; pro re significata accipitur. Quemadmodum in libris Regum loquitur Ezechias. Non fuit uerbũ in domo mea quod nõ ostenderim eis.i. rem uerbo significatã quãlibet ostendi eis. Quod dñs fecit.i.ꝑ Angelos ad nos locutus est. Vel quã rem fecit, quia dñs pater, imo tota trinitas bñdicta fecit Christũ secundum humanitatem assumptã, iuxta illud Apostoli. Factus est ex semine Dauid scd̃m carnẽ. Verũ tamen haec particula (quod dñs fecit) in Gręcis et antiquis correctisq; codicibus, non habetur: nec est de textu. Deinde subdit. Quod dñs ostẽdit nobis.i. quẽ puerum manifestauit nobis per Angelũ natum esse. Potest quoq; de incarnato uerbo exponi, ut sit

Tho. 12.

Verbum triplex in scripturis.

4. Reg. 20

Rom. 1.

ſenſus. Videamus hoc uerbũ.i. Dei unigenitum, de quo dicitur. In principio erat uerbũ. Quod factum eſt.i.incarnatũ,iuxta illud. Et uerbũ caro factũ eſt. Et uenerunt feſtinantes, quia feruentes erant in Dei & pueri nati amore. Feruideq; deſiderabãt tam magnum nouum, uidelicet Chriſtum natum conſpicere. Gaudebant quoq; de totius mundi ſalute, iã imminente, ſcripturis impletis. Sed & ad greges ſuos quos ſine cuſtode reliquerant redire uelociter satagebant. Ideo feſtinabant. Ita & nos Chriſtum cum feſtinatione.i.diligenter ac feruenter quęramus quẽ nemo cum torpore & diſidia digne quærit. Si quidem ad Deum feſtinare & currere, eſt ipſum ardenter amare. Et inuenerunt Mariã matrem & Ioſeph uirginis ſponſum cuſtodem, miniſtrum, eiuſq; integerrimę uirginitatis ueriſſimum teſtem. Et infantẽ.i. paruulum. Qui licet more alioꝝ paruuloꝝ infans quaſi non fans ſeu loqui non ualens uocatus ſit: tñ a prima ſuæ natiuitatis hora diſertiſſimę ac ſapientiſſimę loqui ualebat. Non hebręa dũtaxat, ſed omnium gentium lingua. Nam & dona grę datis gratæ, ut prophetia, gña linguaꝝ, ſcientiã, interpretationemq; ſermonũ, a primo incarnationis inſtãti accepit. Viderunt ergo eum poſitũ in præſepio, inter bouem & aſinũ. Videntes aũt puerum inuolutũ & collocatum, ut prædixerat Angelus, cognouerunt de uerbo quod dictum erat illis de puero hoc.i. conſiderauerũt ſermonem eis ab Angelo de infante iſto prolatum, eſſe ueracem. Sicq; corporalibus oculis corpus Chriſti uidentes, interrioribus oculis eius diuinitatem p fidem nouerunt. Inde ſequitur. Et oẽs q audierãt.ſ.ea quæ a paſtoribus dicta erant ad ipſos de puero iſto, qualiter Angelus apparuiſſet, Angelorumq; militia hymnum dño cecíniſſet, de his inq̃

Verbum ĩt exponitur pro filio Dei.

Infans non fans.i. non loquens interpretatur.

Oẽs mirati ſunt & cur extat cauſa.

mirati sunt, & merito, quia super naturaliter fuit, ut 384
in una persona tanta maiestas & humilitas, summa
dominatio & tanta inopia conuenissent. Et ꝙ rex
cœlorum natus esset in terra: quod desideratus cun
ctis gentibus aduenisset. Quem patriarchæ atq; ꝓ
phetæ tam ineffabiliter optauerunt. Insuper mirati
sunt de tam constanti, certi, ac feruida protestatio
ne pastorum, qui inaudita fingere nescierunt, sed
simplici facundia, quæ uera sunt prædicauerunt.
Maria autem conseruabat omnia uerba hæc, conferēs in corde suo.
Et reuersi sunt pastores glorificantes & laudantes Deum *in om-*
nibus quæ audierant & uiderant, sicut dictum est ad illos. Septi *Septimum*
mum misterium & ultimum sacr̄m docet Euange- *misterium*
lista. s. ꝙ plurima prophetarũ testimonia fuisse tunc
tpis consumata, quæ Maria uirgo conseruabat &
conferebat in corde suo. Dicit ergo. Maria aũt pru
dentissima, conseruabat in armariolo pectoris sui
omnia uerba. s. de annuntiatione Angelica, de exul
tatione Ioannis in utero, de ortu saluatoris, de can- *Quæ cōser*
tico Angelorꝝ ac de apparitione & fide pastorum, *uabat Ma*
conferens ea in corde suo, cum scriptis prophetarũ. *ria in cor-*
Ecce ergo optima discipula quæ audita conserua- *de suo.*
bat, memoriæ commendando & omnia nihil obli-
uioni dando. Et conferens obseruata frequenter re-
petendo. Vnde fuit archa continens diuinorum elo
quiorum archana. Conseruabat ergo omnia & me
moriæ cōmendabat, ut postea ipsa docente & nar
rante scriberentur, ac in uniuerso mundo prædicarē
tur. Ab ipsa. n. Apostoli plurima de gestis dñi didi-
cerunt: præcipuæ ea quæ gessit anteꝗ eos uocaret,
& ad ipsam oẽs quasi ad magistrã recurrebãt. Et qa
sanctas scripturas legerat, nouerat ꝗ ꝓphetias, con *Maria opti*
ferebat secum quæ acta sunt de dño cum his ꝙ no *ma discipu*
uerat a prophetis scripta de eo prudenter attendēs *la.*

q̃uo prophetiæ implebantur in puero nato. Confe
rens ergo ea quę in puero uidebat fieri cum illis quę
de ipso in oraculis prophetarum legerat. Tanto ue
rius esse Deum eum credebat quanto ea quæ de
illo legerat, in eo compleri ac multa completa esse
cernebat. Quæ aũt fuerint hæc scripturarũ testimo
nia consumata uideamus. Hodie uerificata sunt
uerba quæ dixit Deus ad Abraã. In semine tuo be-
nedicentur oẽs gentes. Id uero nunq̃ uerificatũ fuit
nisi in Christo qui in natiuitate sua totum orbẽ be-
Gen. 22. nedictione repleuit, sicut prædixerat Dauid. Benedi
centur in ipso oẽs tribus terræ, oẽs gentes magnifi-
cabunt eum. Hodie completũ est oraculũ Iacob
Gen. 49. patriarchæ ad Iudã dicentis. Nõ auferetur sceptrũ
de Iuda, nec dux de femore eius donec ueniat q mit
tendus est. i. messias. Et ipse erit expectatio gentiũ:
quia gentiles ipsius fidem recepturi erant. Hodie
impleta sunt uerba Dei clamantis ad Moysen. Pro-
Deute. 18. phetam suscitabo eis de medio fratrum suorum si-
milem tui, & ponam uerba mea in ore eius, loque-
turq; ad eos omnia quæ præcepero illi. Qui autem
uerba eius quæ loquetur in nomine meo audire no-
luerit, ego ultor existam. Hodie elogium Dei cõ-
stat esse uerũ qui ad Dauidẽ dixit. Cum fuerint cõ-
pleti dies tui, & dormieris cum patribus tuis, suscita
2. Reg. 7. bo semen tuũ post te. Quod de Salomone intelligi
minime põt ut asserunt Iudęi, quia natus est tempo
re Dauidis patris sui, a quo ẽt anteq̃ moreretur cõ
stitutus est rex. Inde subdit. Quod egredietur de ute-
ro tuo. Firmabo regnũ eius & stabiliã thronum re
gni eius usq; in sempiternũ. Quod ẽt de Salomone
3. Reg. 12. ueritatẽ non habet, qm̃ tpe Roboam filĳ sui diuisum
est regnũ, et decem tribus constituerunt sup se regẽ
in Samaria Ieroboam regem Israel, Nec filio Salo-
monis

monis remanserunt nisi duæ tribus. Sequitur ibidē. Et fidelis erit domus tua, & regnū tuū usq; in æternum ante faciem meā. Id quoq; de Salomone non intelligitur, qui inueteratus amore mulierum alienigenarum fecit templa idolis & coluit ea. Nec uerificatur de domo sua, quia quasi omnes reges fuerūt idolatrę usq; ad Ezechiā, cuius filius Manasses impleuit templū dñi idolis. Sed nec illud quod sequitē de Salomone uerificari pōt s. Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filiū. Recte aūt hęc prophetia de rege nostro Christo ueritatē habet, de quo inquit p Dauidē Deus. Ipse inuocabit me, pr̄ meus es tu. Et ego primogenitū ponā illum excelsum prę regibus terræ. Et per Hieremiā idem testificatus est dicens. Ecce dies ueniunt dicit dn̄s, & suscitabo Dauid germen iustū, & regnabit rex & sapiens erit, & faciet iudicium & iustitiam in terra. Quem regē quæsierunt magi dicentes. Vbi est qui natus est rex Iudęorū? Iuramēto quoq; hoc idē asseruit Deus, sicut scriptum est. Iurauit dn̄s Dauid ueritatē & nō frustabitē eum, de fructu uentris tui ponā super sedem tuam. Et per Esaiam. Egredietur uirga de radice Iesse: & flos de radice eius ascendet, & requiescet sup eū spūs domini &c. Propter igitur has promissiones, pr̄es ueteris testamenti magno desiderio aduentum saluatoris præstolabantur. Itaq; Iacob patriarcha in obitu suo descensurus ad lymbū orabat Deū dicens. Salutare tuū expectabo dn̄e. Et Moyses. Obsecro dn̄e, mitte quē missurus es. Esaias quoq;. Emitte agnū domine dominatorem terræ. Itē. Rorate cœli desup & nubes pluant iustū, aperiatur terra & germinet saluatorē. Dauid proinde. Ostende nobis dn̄e misericordiam tuam, & salutare tuū da nobis. Quæ q̄dē oīa hodiernō die uerificata sunt. Hodie pphetia

4. Reg. 11. Psal. 88. Hiere. 23. Psal. 131. Isa. 11. Gen. 49. Exo. 4. Esa. 16. 45.

O

Salomonis clarescit.f. Dum mediũ silentium tene-
Sapien.18. rent oĩa,& nox in suo cursu mediũ iter haberet,om
nipotens sermo tuus dñe a regalibus sedibus uenit.
In qua Christum in nocte esse natum ostenditur.
Hodie uaticiniũ Isaiæ liquidũ apparet cũ fatebat̃.
Ecce uirgo concipiet & pariet filiũ,& uocabitur no
Esa.7. men eius Emanuel quod est interpretatũ nobiscum
Deus.Et infra.Populus gentiũ qui ambulabat in te-
nebris,uidit lucẽ magnam,habitantibus in regione
umbræ mortis lux orta est eis.Et paulopost subdit.
Esa.9. Paruulus.n.natus est nobis,& filius dat⁹ est nobis.
Et factus est principatus sup̱ humerũ eius, & uoca-
bitur nomen eius admirabilis cõsiliarius,Deus for-
Exponitur tis,pr̃ futuri seculi,princeps pacis. In quibus uerbis
prophetia. dabatur intelligi ꝙ Christus futurus erat mirabilis
in natiuitate,consiliarius in legis euangelicę latione.
Deus in miraculoꝝ operatione. Fortis in passionis
tolleratione.Pater in redemptionis dilectione.Sem
piternus in resurrectione.Princeps in ascẽsione. Pax
in spũs sancti missione. Hodie expletũ est id qđ
Hieremias aiebat.Nouũ faciet dñs sup̱ terrã,fœmi-
Hiere.31. na circundabit uirũ.Quod impletũ est in Maria,q̃
Christum uirum perfectũ scientijs & uirtutibus ab
instanti incarnationis in utero suo circundedit.
Hodie impletum est tp̃s septuaginta hębdomada-
rũ Danielis,ut consumetur pręuaricatio,& finẽ ac-
Dan.9. cipiat peccatũ,& deleatur iniquitas, & adducatur
iustitia sempiterna,& impleatur uisio et prophetia,
& ungatur sanctus sanctoꝝ. Hodie comperta est
prophetia Ezechielis q̧ de natiuitate pueri Iesu &
integritate matris uaticinatus est dicens. Vidi por-
tã in domo dñi clausam.i.Mariã uirginẽ semp̱ inta
ctã.Et dixit dñs ad me.Porta hęc clausa erit & non
aperietur,& uir nõ transibit per eam, qm̃ dominus

Deus Israel ingressus est per eã.i.spũs sanctus fecun dauit eam,& dñs Angelorꝝ hodie natus est ex ea. Ezec.44.
Eritq; clausa in ęternum, quia Maria ante partum, & in partu, & post partum uirgo permansit.
Hodie liquet id quod alias Dauid propheta ore ꝑphetico fatebatur. Descendet sicut pluuia in uellus. Queadmodũ.n.pluuia in uellere recipitur & ab eo Psal.71.
exprimiẽ sine corruptione uelleris, sic Christus fuit conceptus & natus absq; corruptione uirginis.
Hodie archanum Micheę prophetę omnibus innotuit, qui prę cęteris locũ natiuitatis Messię ipsiusq; regimen,ęternũ quoq; principiũ pulcherime uaticinabatur dicens. Tu Bethleẽ terra Iuda nequaq̃ mi- Miche.5.
nima es in principibus Iuda,ex te.n.exiet dux,q regat populum meum Israel. Et egressus eius ab initio & a diebus ęternitatis. Hodie uerbũ Abachuch prophetę exploratũ habemus,q Christi paupertatẽ & humilitatẽ,simul mirabatur & uerebatur dicẽs. Abachuc.3
Dñe audiui auditionem tuã,& timui &c. Id quoq; Esaię dicentis. Cognouit bos possessorẽ suũ, & asinus pręsępe dñi sui: Israel aũt nõ me cognouit,& po Esa.1.
pulus meus non intellexit &c. Deinde sequitur euãgelista. Et reuersi sunt pastores ad pecora sua, quę oues fuisse dicuntur,q̃uis forte & aliqua alia pecora fuerunt,sicut & filij Iacob diuersarꝝ specierũ pecora custodiebant,& tñ in Genesi pastores se ouiũ nominant. Glorificantes.i. gloriosum confitẽtes & laudantes Deum pro beneficijs suis de quibus subiungitur. In oĩbus magnalibus Dei,quę audierãt ab Angelo,exercituq; Angelico de Christi natiuitate, & uiderant proprijs oculis in Bethleẽ sicut dictum est ad illos &c. Moraliter, quatuor sunt Vigilię Vigiliae noctis, & dicitur uigilia prima conticiniũ cum oẽs ctis, quadormiendo tacent. Secunda intempestũ, qñ nõdũ tuor.

est tps ad operandū uel surgendū. Tertia, galli can
tus, qa tunc excitant galli ad cantandū, & Deū lau
dandū. Quarta, ante lucanū, quasi ante lucē. De qui
Marc.13. bus dñs in Euangelio. Vigilate, nescitis.n qñ dñs ue
niet. Sero, an media nocte, an galli cantu, an mane.
In his.n. uigilare debemus dño, nō corpore sed cor-
de, iuxta illud. Ego dormio, & cor meū uigilat. Po-
stremo, quod pastores corporaliter peregerūt, nos
spūaliter faciamus. Hortemur nos mutuo dicentes.
Eamus usq; Bethleem.i. per deuotā et affectuosam
consideratione uniamus cor nostrū loco in quo na-
tus est Christus, & mentaliter intueamur quantam
paupertatem & humilitatem pro nobis assumpsit
rex glorię, simulq; grati beneficijs eius uerbo et ope
re, ipsum ueraciter immitando, & cū angelicis spiri-
tibus ardenter ac summa reuerentia laudando &c.

Christus circunciditur & imponitur ei admirabile nomen. Capitulum decimum.

P*Ostquàm consumati sunt dies octo, ut circuncideretur puer.* Impletis diebus octo a natiuitate Christi com-
putādo tā natiuitatis q; circuncisionis diem ipsius,
ut circuncideretur puer, iuxta pręceptum dñi dicen
Gen.17. tis. Infans octo dieꝝ circuncidetur in uobis. Nā cir-
cuncisio ab Abraā sumpsit exordium, quia primus
unius Dei confessus est fidem, in cuius signū primo
circuncisionem accepit ut per id signū distingueren
tur fideles ab infidelibus. Credens.n. Abraā adhuc
in præputio positus filium se habiturū quem Deus
ei promisit, quinimo filiū Dei de semine suo nascitu
rū, circūcisionē accepit, ut q; credens iustificatus sit
cerneretur. Fuit ergo data & instituta circuncisio,
primo propter meritum fidei Abrae: ut quemadmo
dum fide distabat a cęteris nationibus, sic distaret
et signo circūcisionis. Deinde, ut populus qui ex ea

dem progenie nasciturus erat per circūcisiōis signū peculiaris Deo agnosceretur & ab aliis nationibus discerneretur, ac semen eius qui credēs Deo hoc ipsum acceperat esse sciretur. Rursus, ad singulare remedium peccati originalis. Preterea circūcisio data fuit in preparatione susceptionis fidei: quia circuncisio est quedā professio Mosayce legis seruāde, sicut & Baptismus est professio Euangelice legis, & per illam disponebantur ad istam. Circūcisio igit̄ prętériti temporis precepta fuit in signū promissi Christi, quā usq; ad ipsum oportuit auctoritatem habere, ut tamdiu curreret, donec nasceretur Christus Abrae promissus: quo nato & promissione impleta oportuit circūcisionē et promissionis signū cessare. Vnde fiebat cultris petrinis, qa Christus erat petra, & petra Christus. Non indigebat circuncisione Christus, quia nec originale contraxerat, nec actuale cōmiserat peccatū. Voluit tamē circūcidi pluribus de causis. Primo, ut ostenderet se esse de gñe Abrae, q circūcisionis mandatū accepit, & cui de Christo repromissio facta fuit. Secundo, ut patribus assimilatus Iudeis satisfaceret, scādalum quoq; ac omnem excusationem in se nō credendi & eum non recipiēdi ipsis penitus auferret. Tertio, ut legem ueterē & circūcisionem quam Deus instituerat approbaret: eāq; sanctā, iustā, & bonā fuisse monstraret. Quarto, ut obedientię & humilitatis uirtutem nobis suo commendaret exemplo: preceptum legis cui tñ subiectus nō erat obseruādo. Quinto, ut legem quā dedit aliis, eādem & ipse seruaret. Et qin similitudine carnis peccati uenerat, remedium quo caro peccati mundari consueuerat non respueret. Sexto ut legis onus in se sustinens, alios a legis onere quod portare nequiuerant liberaret, quia factus est sub lege, ut

Circuncisio cur data & instituta fuit a Deo.

Cur Christus uoluit circuncidi.

eos qui ſub lege erant redimeret. Septimo, ut p̄ nobis ſanguinem ſuum non ſolum in ętate uirili, ſed ēt in infantia funderet. Octauo, ut caſtitatem q̄ a circū ciſione actus illius membri eſt commēdaret & carnis concupiſcentiā reprobaret. Nono, ut in ipſo, carnalis circūciſio finē & ſpūalis exordium haberet: & nos fore ſpūaliter circūcidēdos demōſtraret: iuxta

Rom. 10. illud Apoſtoli. Finis legis Chriſtus eſt ad iuſtitiam omni credenti. Fuit.n.triplex remediū aduerſus peccatū originale. Primo, ſacrificia & oblationes uſq; ad tp̄s Abrahę. Deinde, circunciſio in maſculis uſq; ad tempus gratię. Poſtremo baptiſmatis ſacr̄m ab exordio nouæ legis uſq; in finem mundi. Inter hæc aūt tria remedia ſicut ſecundū eſt efficatius primo, qm̄ circunciſio conferebat ampliorē gratiam q̄ hoſtiarū oblatio, aut fides propria ſiue parentum, ita

Baptiſmus circunciſionem euacuauit. tertium prętantius ſecundo, qm̄ baptiſmus pandit introitum regni cœleſtis. Gratia igitur baptiſmi ſuperueniens carnis circunſionem euacuauit, quēadmodum fructu adueniente, flores decidunt & marceſcunt: & lumine, ceſſant tenebre.

De ſpirituali circunciſione.

PRæter illam circunciſionem Iudæis pręceptam, eſt alia circunciſio ſpūalis a nobis q̄diu hic uiui

Hiere. 4. mus exercenda: dicente Hieremia. Circuncidimini dn̄o & auferte præputia cordium ueſtrorū uiri iuda & habitatores Hieruſalē, ne forte egrediat̄ ut ignis indignatio mea, & ſuccendet̄, & nō ſit q extinguat. Omnia aūt hæc mala uenient propter malitiā cogitationū ueſtrarū. Hic.n.propheta alloquebatur uiros Iuda iam prouectę ætatis, q iamdiu fuerant circunciſi ſcd̄m carnē, & tn̄ admonet eos ut circūciderentur dn̄o. Igitur de alia q̄ de carnali circūciſione, loqui opere preciū eſt. De qua dicit Apoſtolus ad

Propter peccata ueniunt aduerſa.

Romanos. Nõ. n. qui in manifesto Iudęus est, neq; q̃ in manifesto in carne est circũcisio, sed qui in abscõdito Iudæus est: & circũcisio cordis in spũ non litera, cuius laus non ex hoibus, sed ex Deo est. Et ad Collosenses scribens ait. Circuncisi estis circũcisione nõ manufacta in expoliatione carnis, sed in circũcisione Christi, cõsepulti ei in baptismo. Et hæc circuncisio nihil aliud est q̃ resecatio supfluarũ cupiditatum, ac prauarum actionũ ab anima nostra. Debent aũt in nobis præsertim tria corporis membra spũaliter circũcidi. Primo, cor a prauis cogitationibus sicut scriptũ est. Circũcidite pręputium cordis uestri. Id. n. dictum fuit ad eos qui iampridem secũdum carnem circuncisi erãt. Cui fauet quod dñs ait per Esaiam. Auferte malum cogitationum uestrarũ ab oculis meis. Contra uero de ijs qui resistunt monitis spũs sancti dicitur. Dura ceruice & in circũcisi cordibus & auribus, uos semper restitistis spũi sancto, sicut et patres uestri. Secundo, circũcidenda est lingua a prauis sermonibus, qm̃ teste Sapiẽte, Mors & uita in manibus linguę. Et hanc docet propheta in Psalmo, dicens. Quis est homo qui uult uitam, & diligit dies uidere bonos? Prohibe linguã tuã a malo, & labia tua ne loquantur dolum. Eandẽ quoq; se obseruaturum solicite circuncisionem proponit diuus psaltes cum ait. Dixi, custodiam uias meas, ut nõ delinquã in lingua mea. Posui ori meo custodiã, cũ consisteret peccator aduersum me. Sed qm̃ proprijs uiribus & ex seipso se non posse hãc linguę circũcisionẽ exacte seruare cognouit, ad hoc recte faciendũ diuinum in alio loco implorat auxiliũ dicẽs. Pone dñe custodiã ori meo, & ostiũ circũstantię labijs meis. Quod et nos assidue orare debemus. Tertio circũcidẽde sunt manus nostrę. i. opera exterio-

Rom. 2. Deute. 10. Esa. 1. Actorũ. 7. Prouer. 18. Psal. 33. Psal. 38. Psal. 140.

ra,ut simus innocētes manibus & mūdo corde &c.

Sed ut omnia breuibus uerbis cōcludamus,quoties post peccatū homo ad pniam reuertitur, circūciditur.Hanc aūt circuncisionē præcedere oportet octo spūales diuinarū gratiarū illuminationes, quæ per octo dies intelliguntur, & sic octauo die circuncisio in anima celebratur. Videlicet, peccatoris ad Deū conuersio.Peccati recognitio.Contrictio.Cōfessio.Satisfactio.Peccati detestatio.In futurum,nō amplius peccandi propositum. Deinde octauo die sequitur impij iustificatio,qua gratia infunditur, & peccatum expellitur.Quamobrem in ipsa die octaua.s.in iustificatione impij celebratur circuncisio in anima penitentis.Quæ quidem circuncisio non est aliud q̄ amputatio uitiorū cultello pœnitentię Quēadmodū.n.in circūcisione corporali fit amputatio superflue carnis,sic in circuncisione spūali fit uitiorū & peccatorū amputatio,quæ sola sunt hoīs superflua,cætera uero in homine creata sunt ualde bona. Et nisi huiuscemodi circūcisio fiat in anima,ipsa est filia perditionis.Tali igitur circūcisione, omnia uitia & peccata tolluntur & excluduntur.Vnde et octauo die circūcisio merito fiebat in qua ultima resurrectio fiet,qn̄ membris omnibus circūcisis.i. uitijs & peccatis abscisis,totus ex integro innouatus homo, omniq; superfluitate mūdatus ad immortalitatem resurget. Considerandū est præterea q̄ septē circūcisiones in scripturis reperiuntur : quibus aliæ septem spirituales pulcherime figurantur. Prima fuit Abraæ de qua dn̄s.Infans octo dierum circūcidetur, & masculus cuius præputij caro nō fuerit circūcisa peribit de populo suo.Secūda,Moysi de qua scribitur in lege.Omnis seruus emptitius circūcidetur, et sic comedet ex eo.Ante.n.nūq̄ dictū fuerat, q̄ cir-

Quid sit spiritualis circuncisio.

Circuncisio spiritualis fit octaua die.

Gen.17.

Exo.12.

cũcisus solus deberet comedere pascha. Tertia circũcisio est Iosue.5.eorum qui nati sunt in deserto quos nemo circũciderat. Quarta fuit Cephoræ quę tulit acutissimã petram, & circũcidit carnẽ præputÿ filÿ sui: & dixit. Sponsus sanguinum tu mihi es. Quinta circũcisio est spũalis, de qua Hieremias. Circũcidimini uiri Iuda, & auferte pręputiũ cordium uestrorum, ut supra dictum est. Sexta est mulieris gentilis in bello captæ, de q̃ Moyses in lege. Si egressus fueris ad pugnã contra inimicos, et tradiderit eos dñs in manus tuas, captiuosq; duxeris, & uideris in numero captiuorum mulierem pulchrã, & amaueris eã, uoluensq; eã habere uxorem, introduces eam in domũ tuã, quæ radet Cæsariẽ & circũcidet ungues, & deponet uestem in qua capta est: sedensq; in domo tua flebit patrẽ & matrẽ uno mense, & postea intrabis ad eam. Septima est circũcisio Christi, quã sine omni indigẽtia sui propter nos suscepit. De qua hic loquimur. Per has igitur septem corporales circũcisiones, septem aliæ spũales palam insinuantur: quarũ tres sunt actiuorum. Prima, per iustitiam fidei. Secunda, per deuotionẽ sacramenti. Tertia, p abiectionẽ seculi. Quarta est sephorę, q̃ placens amplexatio interpretatur. Hæc.n. orantibus præcipuæ cõpetit: qm̃ decet orantem in oratione filiũ hoc est spiritum suũ circũcidere a falsis & fantasticis imaginibus: nã ueri adoratores adorabunt patrẽ in spũ & ueritate. Quinta q̃ uere spũalis est, contemplatiuis congruit ac perficientibus quo ad amputationẽ curarum & solicitudinum, ut puro corde proficiscantur ad spõsum. Sexta perfectorum est quo ad denudationem et proiectionẽ oĩum ut quelibet anima quæ uitã pfectã profitetur nudo spũ sponsum amplexetur, q̃ diu alienis induta est uestibus & unguibus antiquis ar-

Iosue.5. *Exo.4.* *Deute.21.* *Septẽ circũcisiones spirituales hic notantur.* *Ioan.4.*

mata ac cogitationibus impedita spōso minime est apta. Christi aūt circūcisio nostra est instructio, in qua ad hęc omnia formam accepimus &c. Deinde subdit Euangelista. *Vocatum est nomen eius Iesus. Quod uocatum est ab Angelo priusquàm in utero conciperetur.* Quoniā Christus uerus messias in lege promissus, et pfectus Deus & pfectus homo futurus erat: iccirco prophetæ ad insinuandā utriusq; naturæ ipsius ueritatē, eū quandoq; Deum, nomine tetragramaton, siue alio diuino noīe. Quandoq; hoīem seu aliīs nominibus humanā naturam designantibus appellant. Sed qa salus humani gñis non nisi p Deū humanitati hypostaticæ unitū fieri debebat: ideo hoc nomē Iesus quod saluator interpretatur īter cætera nomina ipsi Christo attributa, est illi magis propriū, magisq; cōueniens. Cū nō solū utrāq; naturā, diuinā. s. et humanā quæ in Messia ipso hyppostatice uniende erant, importet. Verū quoq; ipsam humani gñis salutem quā ipse operaturus erat aptissime insinuet. Quod quidē nomē ab æterno per æternā prædestinationē ab æterno p̄e illi impositū fuit, & postmodum ab eodē prophetis reuelatum. Vnde Abachuch quasi Deo gratias agens dicebat. Ego aūt in dño gaudebo, & exultabo in Deo Iesu meo. Postremo, Angelus dñi id nomē uirgini patefecit. Sed pro maiori notitia scire oportet q nomē Dei proprium quod magis in scripturis frequentatur est Adonai qd hebręi pronuntiant admirabile & ineffabile nomē ob mirāda misteria quæ in eo comprehendunt. Quam obrem quatuor literis hebraicis scribitur, uidelicet, Iod, He, Vau, He, Id aūt propter quatuor misteria psonalia & alia quatuor essentialia q̄ cōtinet & notificat illud nomē in Deo significata, per quatuor huiuscemodi literas. Nā hæc litera, Iod, principium in-

De nomine Iesu multa pulcherrima.

Abach. 3.

terpretatur. Iccirco patrem significat in diuinis qui est principiū oīum psonarum, sine principio. He uero interpretatur esse: ideo uerbū siue filiū per quē facta sunt omnia, & a quo habent esse pulcherime figurat. Vau aūt uirtus interpretatur, quare spūm sanctum significare uidetur, q spirat omnem uirtutem & motum omnibus rebus. Vltima uero litera. s. He, signat humanitatē filij unitā uerbo. Et ideo bis ponitur He in hoc nomine ut palā insinuetur q̄ ista litera He bis sumpta denotat duas naturas in una psona. Et licet in Christo duæ naturæ reperiantur, nō manet tñ nisi una psona. Et nō sine rōnabili causa secunda litera He ponitur ultimo loco, ad denotādū q̄ licet tres psonę diuinæ sint ab æterno, incarnatio tñ facta est in tpe, & illa humana natura unita est psonaliter filio, & nō cęteris personis. Ex his liquide constat q̄ his quatuor literis denotatur misterium trinitatis simul & incarnationis. Significant. n. tres psonas diuinas, pariter & humanitatē in uerbo assumptā, quæ quatuor misteria personalia dicuntur. Denotant prętерea hę quatuor literę alia quatuor ineffabilia misteria essentialia. s. summā omnipotentiā, incomprehensibilem sapientiā, infinitā misericordiā, & sine termino iustitiā. Quāobrem id admirabile nomē patribus ueteris testamēti ante Christi aduentum, nondū fuerat reuelatū nisi sub quibusdā figuris dicente dño ad Moysen. Nomen meum Adonai, nōdū reuelaui eis. Messias aūt in lege promissus id ineffabile nomē reuelare, notificare, palāq; manifestare debebat: iuxta illud Esaię dicentis. Vtinā dirumperes cœlos & descēderes, ut notū fieret nomē tuū. Et Dauid in Psalmo clamat. Cātate dño & benedicite nomini eius, annuntiate inter gentes gloriā eius. Ideo Christus i carne apparēs supradicta qua-

De nomine Dei tetragramaton.

Exo. 6.

Esa. 64.

Psal. 95.

tuor misteria tam personalia q̃ essentialia toti mũdo notificauit, docuit & explicauit. Nam solus ipse misteriũ trinitatis nobis innotuit cũ dicit. Cum uenerit paracletus quem mittet pr̃ in noĩe meo &c. Item, humanitatem uerbo unitam nos docuit dicens Pater maior me est. Notificauit quoq; unitãtem essentiæ cum alibi dicit. Ego & pr̃ unũ sumus. Secundo, toti mundo illa quatuor misteria essentialia patefecit. Primo diuinã omnipotentiã in sua natiuitate, & tpe uitæ suę per miraculoꝝ operationẽ, cecos illuminãdo, mortuos suscitãndo &c. Deinde suã sapientiã, cũ legem Euangelicã dedit. Postremo, suã misericordiã patefecit in passione & morte, per quem facta fuit copiosissima redemptio. Itẽ, Quarto suam iustitiã ac iudiciariam potestatẽ clare ostendit in die ascensionis, sedens ad dexterã patris omnipotentis. Quã quidem iustitiam magis notificaturus est. qñ in iudicio ueniet cum potestate magna et maiestate. Ex quibus liquide constat q; solus Iesus saluator noster omnia misteria & secreta ac uirtutes huius nominis Dei quatuor literarum palã insinuauit. Quod quidẽ nomen magno & ardenti affectu desiderarunt scire omnes patriarchę & prophetæ ueteris testamenti. Considerandũ est proinde q; Christus noĩe Dei tetragramaton proprie ac directe tanq; uerus Deus uocandus erat, dicente dño per Hieremiã. Ecce dies uenient dicit dñs, & suscitabo Dauid germẽ iustum, & regnabit rex & sapiens erit, & faciet iudicium & iustitiã in terra. Et hoc est nomen quod uocabunt eum dñs iustus noster &c. Vbi hoc nomen dñs scribitur quatuor literis quod soli Deo cõuenit. ut sapienter oẽs testantur hebræi. Hac igitur de causa dicitur in Euangelio. Et uocatũ est nomen eius Iesus quod est nomen quatuor lite-

Quatuor misteria trinitatis et essentiæ Dei per Christum explicata.

Hiere. 23.

tā tanq̃ nomen proprium quod soli Christo cō-
petit. Nam iste literę Iod, Hę, Vau, Hę, præposite in illo noīe si recte combinentur cū suis punctis appositis, reddunt & sonant hoc nomē Iehoesua, qd græce dicitur Iesos, & latine Iesus quod interpretaī saluator. Et nō tm̄ Christus eo noīe uocatus est, sed est realiter nomen quatuor literarum scd̄m proprium sensum, qm̄ in Iesu Christo sunt illa supradicta quatuor misteria personalia. Nam in eo est uerbum cū humanitate psonaliter assumpta. In eo quoq; est persona patris cum sit eiusdē substantiæ, & per eundē modū est persona spūs sancti, qa pater est in filio, et filius in patre, pariter & in spū sancto, & ecōuerso. Et sic Christus quatuor illa misteria personalia cōplectitur. Et per eandē rationē alia quatuor misteria essentialia. Quinimo ipse Christus est realiter oīpotentia, sapientia, misericordia, & iustitia. Sequiē igitur q̄ Iesus est uere nomen Dei tetragramaton. Deus aūt pater ut posset nobis loqui, & sua nobis palā insinuare secreta induit uerbum suum carne, & ita uerbum Dei æternum factum est caro & nomen per quod multipharia multisq; modis loquens patribus in pphetis, nouissime diebus istis locutus est nobis &c. Et si quispiam dicat tres alios in sacra scriptura hoc nomine appellatos fuisse leguntur, q fuerunt Iesus Naue, Iesus Syrach, & Iesus Iosedech, quos oēs doctores figurā ueri Iesu extitisse fatētur. Quemadmodū. n. Iesus Naue uir fortissimus hostibus deuictis filios Israel ad terrā promissionis intro duxit. Et Iesus Syrach doctor sapientissimus suis (ut legitur) tpibus sapientiam renouauit. Ac Iesus Iosedech sacerdos sanctissimus templū dn̄o ædificauit. Ita Christus uerus Iesus sua quidem fortitudine hostibus humani generis superatis fideles suos ad pn̄ā

Iesus ē uere nomen Dei tetragramaton.

Tres Iesus uerum Iesum figurarunt. celestem introduxit. Sua uero sapientia ac ueridica doctrina mundum illuminauit, ipsum ab erroribus expurgans. Sua aũt sanctitate sacerdos in æternum ipse existens spũale templum hoc est ecclesiam fidelium ex uiuis & electis lapidibus construxit. Respondendum est q̃ licet hi tres eodem sint nomine uocati, non tñ secundum illã ueram proprietatẽ secundum quã Christo conuenit quæ est, ut sit oĩum saluator, iuxta illud Matthæi. Ipse.n. saluũ faciet populum suũ a peccatis eorꝝ. Multa præterea huius sanctissimi nominis Iesu reseranda sunt archana, qm̃ id nomen Iesus est nomen salutis. Omnis.n. qcunq;
Iohel. 2. inuocauerit nomẽ dñi (inqt Iohel) saluus erit. Oẽs
Actorũ. 4. quoq; accipiunt remissionem peccatorꝝ per nomẽ eius. Non est.n. aliud nomen sub cœlo datum hominibus in quo oportet nos saluos fieri. Nam p ipsum
Luc. 24. habetur remissio peccatorꝝ, sicut Lucas testatur, & prædicari in nomine eius remissionem peccatorꝝ in
Psal. 26. omnes gentes. Item, Psalmista. Propter nomen tuũ dñe propitiaberis peccato meo, multũ est enim. Et
Psal. 78. rursus. Deus in nomine tuo saluum me fac. Ideo, Adiuua nos Deus salutaris noster, & propter gloriam nominis tui dñe libera nos: & propitius esto peccatis nostris pp nomen tuum. Nomen Iesus est magnæ potentiæ, iuxta illud q̃d ait dñs in Euangelio.
Marc. ulti. In nomine meo demonia eijcient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent &c. Item. In nomine Iesu ceci uident, claudi ambulant, leprosi mundantur, pau
Matth. 11. peres euangelizantur &c. Et propheta. Sanauit eos propter nomen suũ. Et alibi. Beatus uir cuius est nomẽ dñi spes eius. Ideo Apostolus Petrus paralitico
Actor. 4. dixit. In noĩe Iesu Christi surge & ambula. Nomẽ
Ioan. 16. Iesus est nomen exauditionis, teste saluatore qui ait. Quicquid petieritis patrem in nomine meo, dabit

nobis. Moyses quoq; orat dicens. Omnipotens nomen eius, currus pharaonis & exercitum eius proiecit in mare. Et psalmista. Hi in curribus, & hi in equis, nos aũt in noie dñi. Et alio in loco. Tribulationem & dolorem inueni, & nomen dñi inuocaui. Itaq; clamat. Exurge dñe adiuua nos, & libera nos propter nomẽ tuum. Et alibi. Adiutorium nostrum in nomine dñi, qui fecit cœlum & terram. Quãobrẽ saluator ait. Vbi.n. sunt duo uel tres cõgregati in nomine meo, ibi in medio eoꝝ sum ego. Nomen Iesus dicitur magnæ fortitudinis nomen, quemadmodum nobis aperte monstratum est, Dauidis exemplo, qui adhuc adolescens nec clypeo munitus, nec hasta, sed inermis descendit ad singulare certamen aduersus Goliath immanẽ gigantem uiribus potẽtissimum & armis instructissimum in noie dñi tetragramaton Dei Israel. Et nominis illius uirtute euasit uictor insignis, prostratũq; hostẽ pastorali funda, proprio illius caput obtruncauit gladio. Sic sane cum truculentus nos inuadit hostis, & antiquus serpens ut machinis suaꝝ tentationũ nos ꝓsternat, opponamus ei clypeũ nois huius sup celestis Iesu. Nẽpe illius fortitudine ꝓtinus euincet̃, & ad instar fumi deficiet. Et quẽadmodũ fluit cera a facie ignis, sic ois illius uis & impetus euanescet. Nomẽ Iesus est nomẽ honoris & glorię, sicut testat̃ Apostolus. In noie Iesu, oẽ genu flectat̃, celestiũ, terrestriũ, & infernoꝝ. Itaq; Psalmographus. Vt pueri.i. simplices laudent nomen dñi, eos hortat̃ dicẽs. Laudate pueri dñm, laudate nomẽ dñi. Sit nomẽ dñi benedictũ &c. Quia exaltatũ est nomen eius solius. Et illeidẽ, Filiũ Dei in carne uenturũ ita alloquit̃ dicẽs. Oẽs gentes quascũq; fecisti, uenient & adorabunt corã te dñe, & glorificabũt nomẽ tuũ. Item. Reges

Exo.15.
1.Reg.17.
Philip.2.
Psal.85.

terræ & oẽs populi principes & oẽs iudices terræ. Iuuenes & uirgines senes cũ iunioribus laudent nomen dñi. Præterea. Cõfitemini dño & inuocate nomen eius. Memẽtote qm̃ excelsum est nomen eius. O, igitur nomẽ ineffabile, O, gaudiũ Angelorum, O, lætitia iustorum. Nõ miremur itaq; fratres si Iesus est nomen tantæ dignitatis, honoris, & gloriæ, qm̃ nõ tantum continet illud admirabile nomen Dei tetragramaton (ut supra dictum est) quinimo & aliud proprium Dei nomen, qđ est, sum: ut liquet per tres tantum ipsius desinentias. s. Iesus, Iesu, Iesum. Quarũ ultimæ literæ id uerbũ sum, pulcherime efficiunt qđ est nomẽ Dei, sicut ipse testat̃. Ego sum qui sum. Præcepitq; Moysi ut diceret. Qui est misit me. Præterea, hoc nomẽ Iesus quinq; literas complectitur, quarum tres sunt uocales, & duæ consonantes. Tres uocales quæ per se sonant significant trinitatem personarum. Duæ uero consonantes quæ cũ aliis sonant, duæ sunt partes humanitatis, anima. s. & corpus, diuinitati cõiunctæ. Iccirco libẽter honorare id ineffabile nomẽ debemus, quoties noiat̃ humiliter nos inclinãdo, & oia opa nr̃a ad illius honorẽ dirigendo, quẽadmodũ nos salubriter admonet apl's dicẽs. Oẽ qđcũq; facitis in uerbo, aut in opere, oia in noie dñi nr̃i Iesu Christi facite, grãs agẽtes Deo &c. Deniq; id sacratissimũ nomẽ implorat̃ in oi sanctificatione, qa oia sanctificant̃ p nomẽ Dei, ut liquet i sacramẽtis, in qbus nomẽ dñi Iesu semp inuocat̃. Pariter & in oium dictorum confirmatione, p iurm &c.

Nomẽ Dei sum, comprehenditur in nomine Iesu.

Christus quomodo apparuit nobis & adoratur a Magis, quo tempore multa comperta fuerunt oracula prophetarum.

Capitulum undecimum.

CVm natus esset Iesus in Bethleem Iude in diebus Herodis regis Octauiano Cæsare Augusto orbi dominante

nante uniuerſo terrarum, Anno quadrageſimo ſecundo imperij ſui, natus eſt Ieſus (ut inquit euãgeliſta) in Bethleẽ Iudæ pro Iudeæ. Nam duæ fuerunt ciuitates nomine Bethleẽ. Altera in tribu Zabulon ut patet in Ioſue libro. Altera in tribu Iuda ĩ qua ortus eſt Dauid, & de hac eſt ſermo. Ideo additur Iudeę.i. in ſorte tribus Iude, quæ uocatur Iudæa. Et ſubdit. In diebus Herodis regis. Vt palam inſinuaret impletũ eſſe uaticiniũ Iacob patriarchæ dicentis. Nõ auferetur ſceptrũ de Iuda, nec dux de femore eius donec ueniat qui mittendus eſt.i. meſſias, & ipſe erit expectatio gentium. Herodes.n. Aſcalonita primus Alienigena tpe natiuitatis Chriſti regnũ Iudæorũ dolo obtinuit. Nam ut Ioſephus et alij Hiſtoriographi tradunt ex patre Antipatro Aſcalonita, & mr̃e Cypride Arabica genitus, pr̃no qdẽ gñe Idumeus, materno uero Arabs fuit, q a Romanis Iudæorum regnũ ſuſcepit, ut tributis præeſſet, & Romano pareret Imperio. Quiq3 neptem Hircani ſacerdotis magni & principis Iudæorum duxit uxorẽ, & circũcidẽs ſe ob regni & eius amorem factus eſt proſelitus. Et tandẽ eundẽ Hircanũ dolo occidit una cũ Antigono eius filio, q patri in pontificatu & regno ſucceſſerat. Quotquot ẽt regia de ſtirpe prodierant pariter interemit. Quamobrem proprie & uere imminente Chriſti natiuitate, de tribu Iuda regni ſceptrũ ablatũ fuit, cum nemo de regio gñe remanſiſſe crederet. Nempe natus eſt Chriſtus anno trigeſimo quarto regni Herodis, uel.xxviij. ut alijs placet. Nominatur præterea hic in loco Herodes ſecundum Chriſoſto. ad oſtendendum prophetiã Danielis de natiuitate Chriſti poſt ſeptuaginta hebdomadas annorum a tpe Danielis eſſe in Chriſto pulcherime cõpletã, qm̃ a tpe illo uſq3 ad regnũ Herodis multe hebdo-

Ioſue. 19.

Gen. 49.

Herodis crudelitas.

mades transierunt, de quibus dixit Angelus ad Danielē. Tu aūt animaduerte sermonē, & intellige uisionē. Septuaginta hebdomades abbreuiate sunt super populū tuū, & super urbē sanctā tuā, ut cōsumetur præuaricatio, & finē accipiat peccatū, & debeatur iniqtas, & adducatur iustitia sempiterna, & impleatur uisio & prophetia, & ungatur sanctus sanctorꝫ. Scito ergo & animaduerte ab exitu sermonis, ut iterū edificetur Hierusalē, usqꝫ ad Christū ducem hebdomades septē, & hebdomades sexaginta duæ erunt: & rursum edificabitur platea & muri in angustia temporꝫ, & post hebdomades sexaginta duas occidetur Christus, & non erit eius populus q eum negaturus est.

Dan. 9.

Sed pro huius magnæ prophetiæ clarissima notitia ut Iudæis iam Christū uenisse palam insinuetur, primo scirī opus est, quatuor fuisse principales Iudæorꝫ captiuitates, ob quatuor eorꝫ scelera, quemadmodū Amos propheta testaī.

Primum Iudæorum scelus.

Primum scelus fuit, cū Ioseph fratrem suum triginta argenteis uendiderunt, ob quod in Egypto. ccx. annis captiui fuerunt. Post quos ducibus Moyse & Iosue ad terrā eorꝫ ipsos dn̄s reduxit.

Secundum scelus.

Scd̄m scelus fuit, cū promissionē de Messia sub noīe Dauidis patribus factā despexerūt, dicentes. Nō est nobis pars in Dauid. Et cū duos sibi uitulos formātes atqꝫ adorantes dixerunt. Hi sunt Dīj tui Israel: & reliq̄. Quāobrem captiuauit eos Deus per regem Assyriorꝫ.

Tertium scelus.

Tertiū scelus fuit, cū uaria colentes idola, ipsis non solū bestias, uerum proprios quoqꝫ filios immolabant, & cum prophetas qui eos de hoc alījsqꝫ uicījs arguebant occiderunt. Propter aūt huiuscemodi scelus a rege Babylonis septuaginta annis captiuati sunt.

Quartum scelus.

Quartum deniqꝫ scelus fuit, qn̄ Messiā argēto uendiderūt uel potius mercati sunt, & morti tradi-

derunt. Propter quod scelus a Romanis hac nouissima captiuitate captiui facti sunt, a qua nunquã eos dñs reducet quandiu .s. tales obstinati fuerint. Sed omnibus dimissis, de tertia captiuitate sub rege Nabuchodonosor dicturi sumus. Scdo, nõ est ignorandũ q̃ anno tertio Ioachim regis Iuda (teste Daniele) uenit Nabuchodonosor rex cũ seruis suis in Hierusalẽ & obsedit eã: Et ut sacra regnorũ testatur historia, egressus est Ioachim rex Iuda ad regẽ Babylonis, ipse & mater eius, & serui eius, & prĩcipes eius, et eunuchi eius. Et suscepit eum rex Babylonis anno octauo regni sui. Et cepit Hierusalem, regem quoq; & oẽs principes ac nobiles, uirosq; robustos captiuauit in Babylonem. Inter quos erat Daniel, Ananias, Azarias, & alij quos duxit in obsequium domus suæ. Accepit quoq; uasa aurea & argentea & oẽs thesauros domus Dei et regie ut liquet in .4. regũ. c. 24. & hoc fuit initiũ captiuitatis Iudæorũ .i. ab octauo anno regni Nabuchodonosor inceperũt septuaginta anni captiuitatis eorum. Et eodem anno constituit Nabuchodonosor Mathathiã patruũ Ioachim pro eo, imposuitq; nomen ei Sedechiam, qui ẽt fregit pactũ & iurm. Sed anno quarto regni eius qui fuit duodecimus Nabuchodonosor, Hieremias prophetauit ruinã templi ac ciuitatis incẽdiũ, deinde eiusdẽ reædificationẽ, a quo tempore debẽt initiari septuaginta hebdomades Danielis, dicente Angelo ad eũ. Animaduerte ab exitu uerbi .s. Hieremiæ ut iterum reædificetur Hierusalem &c. Scribit enim apud Hieremiam prophetam capit. uigesimo octauo. Et factũ est in anno in principio regni Sedechiæ regis Iuda in anno quarto qui fuit duodecimus regni Nabuchodonosor. Et capite sequenti subdit dñs. Cum ceperint impleri in Babylone septuagin-

Dan. 1. *4. Reg. 24* *Initium captiuitatis Iudæorum* *Hiere. 28. 29. 30.*

ta anni, uisitabo uos, & suscitabo super uos uerbum meũ bonũ, et reducã uos ad locũ istum. Et cõtinuat prophetiam in trigesimo capite dicens. Hæc dicit dñs. Ecce ego conuertam & reducã captiuitatẽ uestram, & congregabo uos de uniuersis gentibus, et de cunctis locis ad quæ expuli uos & reuerti uos faciam de loco ad quem transmigrare uos feci. Et paulopost. Ecce ego conuertam captiuitatem tabernaculorum Iacob & tectis eius miserebor, & edificabitur ciuitas in excelso suo, & templum iuxta ordinẽ suũ fundabitur &c. Cum ergo egressum sit uerbum ut iterum edificaretur ciuitas. i. Hierusalem quarto anno Sedechię regis qui cepit octauo anno Nabuchodonosor regnare. Igitur anno duodecimo regni Nabuchodonosor exijt uerbum ut iterum edificaretur Hierusalem. Ab anno igitur duodecimo Nabuchodonosor hebdomades septẽ sexaginta duę & una. i. septuaginta sunt supputãde. Sed animaduerte quod in diuinis scripturis hebdomas uel hebdomada dupliciter accipi solet. Vno quidẽ modo pro septẽ dierũ spacio, quẽadmodũ in Leuitico scribitur. Septẽ hebdomades sunt a festo pasche accipiende quę quadraginta nouẽ dies faciunt, & quinquagesima die festum est pentecostes. Altero uero modo summitur hebdomada pro septem annorum curriculo, sicut in eodem, paulopost subdit dñs. Numerabitis septem hebdomadas annorum quę faciunt annos quadraginta nouẽ. Et quinquagesimus annus immediate sequẽs iubileus est. Cum igitur alius ab his duobus nõ inueniatur modus quo hebdomada accipiatur in sacris literis, nec possit in prędictis Danielis uerbis hebdomada pro septem dierum spacio accipi, quia sic tota Danielis prophetia infra annum & dimidium cõpleta fuisset. Pro septem igitur annorum circulo sum-

Leuiti. 23.

Leuiti. 25.

Duplex hebdomada dierum & annorum.

mi cõsequens est. Tertio adhuc scire necesse est, ꝙ Nabuchodonosor regnauit i Babylonia quadraginta quinqꝫ annis ut clare ostẽditur, qm̃ octauo anno regni eius Ioachim rex Iuda capitur & carceri mancipatur in Babylonia, ut patet in quarto Regũ. Deinde scribitur in eodẽ, capite uigesimo qnto. Factum est autem in trigesimo septimo anno captiuitatis Ioachim regis Iuda in duodecimo mense in uigesima quinta mensis, eleuauit Euilmerodach rex Babel in anno. Primo regni sui caput Ioachim. Sed si triginta septem annis addas octo annos pauloante dictos, habebis quadraginta quinqꝫ annos qbus Nabuchodonosor regnauit. Balthasar uero eius filius tribus tantum regnauit annis, teste Daniele qui ait. Anno tertio regni Balthasar regis, uisio apparuit mihi. Et hic ultimus eius fuisse intelligitur, de cuius conuiuio & nece capite quinto prius fecerant mentionem. Quamobrẽ Euilmerodach filius Nabuchodonosor uiginti tribus regnasse annis necesse est, ut regnum chaldeoꝝ a Nabuchodonosor esset septuaginta annoꝝ, quemadmodũ dixerat dñs per Hieremiam prophetam. Ecce ego dedi oẽs terras istas in manu Nabuchodonosor regis Babylonis serui mei insuper & bestias agri dedi ei ut seruiant illi. Et seruient ei oẽs gentes & filio eius, & filio filij eius donec ueniet tp̃s terræ eius & ipsius. s. septuaginta annoꝝ. Idẽ. n. pauloante dixerat. Cumqꝫ impleti fuerint septuaginta anni, uisitabo super regem Babylonis, & super gentem illã dicit dñs iniquitatem eoꝝ, & super terram Chaldeorum. Quod factum est in morte Balthasar regno transeunte ad Medos &c.

4. Reg. 25

Dan. 8.

Hiere. 27.

Hiere. 25.

Anni igitur istarum hebdomadaꝝ numerantur ab exitu sermonis Hieremię prophetæ ut iterũ edificetur Hierusalem. Quæ quidem prophetia ꝓlata f-

uit anno quarto Sedechię regis Iuda, qui fuit annus duodecimus Nabuchodonosor, qui regnauit quadraginta quinq; annis, ut supra dictum est. A qbus si subtrahantur anni undecim, remanent anni triginta quatuor, qa anno quarto mense quinto regni Se-

Post uerbũ Hieremie regnum Nabucho. anno. 34. dechiæ factum est uerbum istud ad Hieremiã prophetam. Nabuchodonosor ergo post uerbum ut supra prolatũ ex ore Hieremie, regnauit annis triginta quatuor. Euilmerodach uiginti tribus regnauit annis. Balthasar annis tribus. Deinde trãsĳt regnũ

Euilme. 23 ad Medos, in quo primus ex Danielis qnto regna-

Balthas. 3. uit Darius Medus, cui sex anni tribuuntur. Duo ma

Zacha. 1. nifeste habentur per Zachariam dicentem. In mẽse octauo in anno secundo Darĳ regis, factũ est uerbum dñi ad Zachariam filiũ Barachiæ. Sed ad sex peruenisse oportet, si ita est q̃ septuaginta anni trãsmigrationis hebræorũ q̃ incepit octauo Nabuchodonosor anno ad primum Cyri annũ peruenerint, quo tpe misertus est dñs captiuitatis Iudæorũ, qui-

Darius. 6. bus a Cyro data est licentia reædificando temptũ. Ergo Dario sex tribuuntur anni, post quẽ regnauit Cyrus, & successor eius qui Artaxerxes, & Assue-

Neemie. 2 rus dictus est. At ex Neemie capite secundo Artaxerxes uiginti regnauit annis. Factũ est aũt inquit in mense Nisan anno uigesimo Artaxerxis regis, & secundum templũ absolutum sexto anno Darĳ, Artaxerxis successoris, dicente Esdra libro primo capite sexto. Et edificauerunt & construxerunt iubente

1. Esdre. 6. Deo Israel & iubente Cyro & Dario et Artaxerxe regibus persarũ, & compleuerunt domum Dei istã usq; ad diem tertium mensis Adar, qui est annus sextus regni Darĳ regis. Et eundem esse Artaxerxẽ &

1. Esdre. 4 Assuerũ habes primo Esdre capite quarto sic dicentis. In regno aũt Assueri ipse est Artaxerxes, in prin-

cipio regni eius scripserunt accusationem aduersus habitatores Iude & Hierusalem, propter quã ut in fine capitis habeť intermissum est opus domus dñi Hierusalẽ, usq; ad annũ secundũ Darij regis Persarũ. Et ex secũdo Ioannis, quadraginta sex annis edificatum est dicentibus Iudæis ad dñm. Quadraginta & sex annis edificatum est templũ hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud? Primo aũt anno Cyri cepit edificari dicente Esdra, primo capite primi. In primo anno Cyri regis Persarum ut compleret uerbum dñi ex ore Hieremie, suscitauit dñs spũm Cyri regis Persarũ et traduxit uocem in omni regno suo, ẽt per scripturam dicens. Hæc dicit Cyrus rex Persarum, omnia regna terræ dedit mihi dñs Deus cęli, & ipse pręcepit mihi ut edificarem ei domum in Hierusalẽ quæ est in Iudęa &c. Igitur anni Cyri quibus regnauit super Medos sunt uiginti, qui cum uiginti Artaxerxis uel Assueri, & sex Darij, faciunt q̃draginta sex, quod est tp̃s totius edificationis templi. Quod aũt ab Historiographis triginta anni Cyro attribui soleant, decem intelligi possunt potentatus quem prius exercuit in Persas. Deinde Iudæi fatentur secundũ templum posteaq; completum fuit durasse annis uiginti & quadringentis, quibus si addis annos a duodecimo Nabuchodonosor usq; ad complementũ tẽpli, habes annos triginta duos & quingẽtos. Nam si a quadraginta quinq; annis Nabuchodonosor subtraxeris undecim relinquentur residui anni Nabuchonosor qui erunt triginta quatuor. Et Euilmerodach uiginti tres. Balthasar tres. Darij usq; ad Cyrum sex. Cyri uiginti. Artaxerxis uiginti. Et Darij sex, qui simul duodecim supra centum efficiunt, qui adiecti uiginti & quadringentis summã triginta duorum & quingentorum conflant an-

Ioan. 2.
1. Esdre. 1.
Ciri, an. 20
Asueri an. 20.
Darii. 6.
Nabu. 34.
Euil. 23.
Baltha. 3.
Darii. 6.
Cyri. 20.
Artax. 20.
Darii. 6.
112.

Tēpli Duratio.420. 532. Subtra.42 70.Hebd. an.490. Peracto tē plo. Regnum Persa.34. Regnum Græc.180. Regnum Mach.103. Regnum Rōma.103

norū (ut doctis facile est uidere) Ex quibus si subtraxeris quadraginta duos annos q fluxerūt a morte Christi usq; ad desolationē ciuitatis Hierusalem, residui complent numerum quadringentorꝫ nonaginta annorꝫ, qui quidē anni hebdomadas septuaginta efficiunt & complectuntur. Siquidem septuaginta anni per septem multiplicati, numerum quadringentorum nonaginta perficiunt.

Quod aūt duratio tēpli fuerit uiginti & quadringentorum annorꝫ liquet qm̄ Iudæi tribuunt. Regno Persarꝫ durāte templo annos triginta quatuor. Regno Græcorꝫ annos centum octoginta. Regno Machabeorꝫ annos centū tres. Et regno Herodis & sequacium eius identidem, centum tres, qui simul adiecti, quadringentos & uiginti efficiunt. Quæ posita est duratio secundi templi, quibus si addis annos a duodecimo Nabuchodonosor usq; ad templum absolutum, qui sunt (ut uisum est) anni centū duodecim, summā efficiunt quingentorꝫ triginta duorꝫ annorꝫ. Et idem continent septuaginta hebdomadas Danielis. Et insuper quadraginta duos annos, qui fuerunt a passione domini, in quorū ultimis destructa est ciuitas Hierusalem. Et secundum dirutū est templum a Tito & Vespasiano eius patre.

Abbreuiatio septuaginta Hebdomadarum Dan. secundum fabrum.

HEbdomades Danielis initium habuerunt anno quarto Sedechiæ regis Iuda qui fuit annus duodecimus Nabuchodonosor, quia tunc tpis exijt sermo ex ore Hieremiæ prophetæ ut iterum edificaretur Hierusalem, a quo tempore Nabuchodonosor adhuc regnauit annos. 34

Euilmerodach filius eius regnauit annos. 23

Balthasar regnauit annos tantum. 3

Darius Medus regnauit annos. 6
Cyrus rex regnauit annos. 20
Assuerus qui est Artaxerxes annos regnauit. 20
Darius secundus regnauit annos. 6
Hi omnes simul ascendunt ad summam annorum. 112
Deide edificato tẽplo regnũ Persarũ fuit annorum. 34
Durante templo regnũ Græcorum fuit annorum. 180
Sub eodem templo regnum Machabæorum fuit annorum. 103
Eodem durante templo regnum Romanorum fuit etiam annorum. 103
Igitur duratio tẽpli ascendit ad summã annorum. 420
Quibus si addantur anni supradicti.s. 112
Summa omnium erit annorum. 532
De quibus si quadraginta duos annos q post Christum passum usque ad templi desolationem prętere-rierunt, subtraxeris: residui anni remanebunt. 490
Qui septuaginta hebdomadas complectuntur & perficiunt &c.

Alia abbreuiatio septuaginta Hebdomadum iuxta Galatini sententiam.

AB exitu uerbi Hieremiæ prophetæ ut iterũ edificaretur Hierusalẽ.s. anno quarto Sedechiæ regis Iuda q fuit annus duodecimus Nabuchodonosor, a quo tempore septuaginta hebdomades initiũ habuerũt Nabuchodonosor adhuc regnauit in Babilonem annos. 34
Euilmerodach filius eius regnauit annos. 25
Balthasar eius filius regnauit annos. 3
Darius Medus regnauit annos. 2
Cyrus rex regnauit annos. 30
Assuerus qui est Artaxerxes, regnauit annos. 14
Darius secundus regnauit annos. 6
Summa omnium extat. 112

Duratio templi fuit annorum. 420
Summa omnium supradictorum est. 532
De quibus si ut supra subtrahantur.42.anni qui fluxerunt a morte Christi usq; ad templi desolationẽ, residui erunt. 490
Qui septuaginta hebdomades pulcherime pficiũt.

Alia computatio septuaginta Hebdomadum de mente Nicolai de lira.

AB exitu uerbi Hieremiæ prophetę ut iterum edificaretur Hierusalẽ.s.anno quarto Sedechię regis Iuda exclusiue, qui fuit annus duodecimus Nabuchodonosor, a quo tempore septuaginta hebdomades sumpserunt exordium, Sedechias adhuc regnauit sex annis, quia undecimo anno regni sui, mense quarto fuit captus, & captiuus ductus in Babilo-
4. Reg.25 nem, ut ex quarto Regum, capite uigesimo quinto colligitur. Propter quod ille undecimus annus, rõne maioris partis computandus est in tempore destructionis ciuitatis, ne unus annus bis cõputetur. A dicta uero destructione usq; ad primum annum regis Cyri, fluxerunt quinquaginta duo anni secundũ hebræos, ut etiam facile deduci potest. Quoniam Nabuchodonosor post desolationem ciuitatis Hierusalem, adhuc regnauit annos.25. Euilmoredach uiginti tres. Balthasar duos, quia anno tertio interfectus fuit. Darius Medus, duos. Qui omnes sunt anni.52. Cyrus uero tres annos regnauit secundum hebræos post monarchiam acceptam. Qui autẽ asserunt triginta ipsum regnasse annis, cõputant annos a principio regni sui in perside tantum. Cambises uero sex regnauit annos, ut Iosephus libro undecimo antiquitatis Iudaicæ asserere uidetur. Post quem secundum hebræos regnauit Assuerus, qui dictus est Artaxerxes annos quadragita sed quadragesimus

fuit annus primus Darij ideo non computatur. Darius Deinde filius eius regnauit annos sex, & sexto anno regni eius completum fuit totum opus secundi templi mense duodecimo, ut ex primo Esdre capite sexto pulcherime habetur. 1. Esdre. 6.

Dicendum est ergo q ab exitu uerbi Hieremie, Sedechias regnauit annos. 6

A destructione autem templi usq; ad primum annum regis Ciri fluxerunt anni. 52

Cyrus uero rex, regnauit annos. 3

Cambises eius filius, annos regnauit. 6

Assuerus qui est Artaxerxes, regnauit annos. 39

Darius eius filius regnauit annos. 6

Summa omnium. 112

Cætera ut supra de duratione templi &c.

Alia septuaginta Hebdomadum computatio secundum Græcos & Latinos.

IVxta Græcas & latinas historias fieri potest alia tẽporis computatio ad huiusce hebdomades inueniendas, q̃ incipienda est ab exitu uerbi regis Artaxerxis concedentis auctoritatem & facultatẽ Iudæis reędificandi Hierusalem & templum. Sic.n.in libro Neemie ad uerbum legitur. Factum est in mense Nisan.i. Martio anno uigesimo Artaxerxis regis, & uinum erat ante eum &c. Et tunc primum data fuit Iudæis libertas & facultas edificandæ iterũ urbis Hierusalem. Nam si prius a Cyro & redeundi a captiuitate & constituendi templi libertatem accepissent, adhuc tamen neq; facultatem condende de nuo urbis prædictæ acceperant, neq; templum qđ, Zorobabele principe, erigere ceperant, pficere potuerunt. Ex quo manifeste patet, q iuxta Angeli instructionem a uigesimo anno Artaxerxis longimani a quo primum exijt uerbum ut Hierusalem iterũ Nehumia. 21.

reædificaretur, harum hebdomadum connumeratio, inchoarī debuit. Quod autem hebdomades istę usq; ad Christi passionem peruenerint, ex Græcarũ, latinarumq; historiarum concordantia atq; connexu, facile uideri potest. Ab exitu .n. uerbi Artaxerxis regis ut iterum edificaretur Hierusalem, regnũ Persarum, usq; ad Darij mortem, adhuc perdurauit annis centum uiginti sex minus tribus mensibus. Videlicet annis. 126

Regnum uero Græcorum usq; ad mortem Cleopatræ regine durauit circa annos. 300

Ab obitu Cleopatrę, regnum Romanorum usq; ad Christi passionem perdurauit annis. 61

Sũma oium, exclusis tribus mēsib9, fuit annorũ. 487

Qui omnes anni complent septuaginta hebdomades minus tribus annis & tribus mensibus. Siquidem in medio ultimæ hebdomadis Christus occidendus erat. Vide Galatinum, qui a uigesimo anno Artaxerxis regis numerat oēs reges Persarum, Gręcorum, Romanorũ, et annos quibus regnarũt, quos breuitatis causa prætermissi. Qui uolunt autem Iudæos per eorũ scripturas conuincere, ab eo tpe quo uerbũ Dei regressum populi pollicentis, ex ore Hieremie egressum est. s. a quarto anno Sedechiæ harũ hebdomadum computationem inchoare debent, q fuit annus duodecimus Nabuchonosor, ut supra dictum est. Prima computatio Iacobi fabri pulcherrima, esset, si rex Artaxerxes qui est Assuerus, uiginti tantum regnasset annis. Sed ex Neemie capite qnto eliciuntur triginta duo anni, quibus Artaxerxes regnauit. Ibidē enim scribitur. A die autem qua prę-

Neemie. 5.

ceperat mihi rex, inquit Neemias, ut essem dux in terra Iuda, ab anno uigesimo usq; ad annum trigesimum secundum Artaxerxis regis &c. Id quippe ni

si obstaret, cætera suis pedibus currerent. Quamobrem computationem illam primam esse perfectā non satis mihi constat. Secunda etiam computatio Galatini eodem modo palā deficere uidetur, asserentis regem Assuerum quatuordecim tantum regnasse annis: qui anno septimo mense decimo regni sui accepit Hester reginam in uxorem, ex qua natus est Darius, qui post obitum patris regis Assueri, regnauit, & præcepit compleri domū Dei. Et si opus esset ex sumptibus regis fieri sacrificia & oblationes Deo cœli, & sacerdotes orarent pro uita regis & filiorum eius. Non erat igitur tunc temporis Darius sex annorū, ut necesse esset, si Assuerus quatuordecim tantum regnasset annis, ut intelligēti liquet. Eundem etiam esse Artaxerxem & Assuerū habes primo Esdre capite quarto, sic dicentis. In regno autem Assueri ipse est Artaxerxes. Et īfra, capite sexto scribitur. Et edificauerunt & construxerunt iubente Deo Israel, & iubente Cyro & Dario, & Artaxerxe regibus Persarū. Et compleuerunt domū Dei istam, usq; ad diem tertium mensis Adar, q est annus sext⁹ regni Darij regis. Rursus, ī libro Hester capite prio scribit̄. In diebus Assueri regis, q regnauit ab India usq; Ethiopiā sup. 127. ꝓuincias &c. Et infra capite sextodecimo de eodē legit̄. Rex magnus Artaxerxes ab India usq; Ethiopiā. 127. prouinciarū ducibus ac principibus &c. Quare cōcludendū est reliquas duas cōputatiōes ueriores esse, ut puto. Nihilominus & licet sit aliq̄ scriptoꝝ altercatio circa annos q̄bus regnarūt reges, oēs tn̄ cōcludūt septuaginta hebdomadas in Christo fuisse completas.

Auctoris sententia. *Hester. 2.* *1. Esdre. 6.* *1. Esdre. 4. 6.* *Hester. 1.*

Deniq; Angelus has hebdomadas in tres diuidit partes. s. in septem, in sexaginta duas, & in unā. Quæ postremo remanet propter specialia opera

quæ in unaquaq; harum partium fieri debebant dicens. Scito ergo & animaduerte ab exitu sermonis ut iterum edificetur Hierusalem usq; ad Christũ ducem hebdomades septem, et hebdomades sexaginta duæ erunt. Per septem hebdomadas intelligi potest tp̃s quod consumarunt Iudęi in reędificatione ciuitatis Hierusalem & templi, a primo anno Cyri regis Persarum usq; ad sextũ annum secundi Darij regis, cum solemni ipsius templi dedicatione, dicente Angelo. Et rursum edificabitur platea. i. urbs Hierosolima &c. Sexaginta aũt duę hebdomades, durationem templi, cum ultima ipsius desolatione, ac ingenti Iudęorũ dispersione pulcherime insinuare uidentur. Vel aliter dicere possumus ꝙ intra septẽ primas hebdomadas (ut nonnullis placet) confessus est Nabuchodonosor filij Dei humanitatem & diuinitatem: quemadmodum apud Danielem ipse testatur dicens. Ecce ego uideo uiros quatuor solutos & ambulantes in medio ignis & nihil corruptionis in eis est: & species quarti similis filio Dei. Cum dicit uiros quatuor, quarti humanitatem confitetur. Cum uero subdit, & spẽs quarti similis filio Dei, diuinitatem ingenue fatetur. Et capite secundo, uidit eundẽ non opere humano ex monte & massa Adę incarnatum, et fide totum mundum implentem, ubi dicitur. Videbas ita donec abscisus est lapis de mõte sine manibus. Ecce non opere humano de uirgine incarnatum Christũ. Lapis aũt qui percusserat statuam impleuit uniuersam terram. Ecce destructis regnis per statuam figuratis, eundẽ uniuersum mundũ fide diuinitateq; implẽtem, uidit & agnouit. Et hęc non parua misteria (inquit Daniel) Deus de cœlo reuelãs misteria, qui indicauit tibi rex Nabuchodonosor uentura, quę sunt nouissimis tp̃ibus. In sexa-

Partium hebdomadarum intelligẽtia.

Alia intelligẽtia harum hebdomadarum.

Dan. 3.

Dan. 2.

ginta aūt duabus sequētibus finem ceperunt regnū Assyriorum, Medorum, Gręcorum. Et tunc cepit regnū ferreum.i.Romanorum. Quo tempore sub Cęsare Augusto natus est Christus in Bethleem Iudę in diebus Herodis regis. In fine quoque illarum sexaginta duarū hebdomadarum, baptizatur Christus, ieiunat, tentatur &c. Post hęc reuertitur Angelus ad ultimā hebdomadam, ut quę in ea fieri debebant reseraret, dicens. Confirmabit aūt.s.Messias pactū multis.i. legem suam euangelicam, quā sacre literę plerunque pactum uocant. Multis, qui.s.in eum credituri erāt, legemque eius recepturi. Hebdomada una.i.septē annis. Tres.n.anni illi cum dimidio quibus Christus docuit, & tres alij cū dimidio quibus post eū Apostoli in Iudea prędicarunt, hebdomadam unā perficiunt. In qua Messias per se primum, & deinde per discipulos suos legem suam opere & uerbo confirmaturus erat. De qua quidem lege sic apud Hieremiā scribitur. Ecce dies uenient dicit dn̄s, & feriā domui Israel & domui Iuda fedus nouum &c. Ex quibus manifeste apparet hos tres annos cum dimidio, eos esse in quibus iuxta uerbum Angeli Messias per seipsum opere & uerbo ac miraculis legem suā confirmaturus erat. Ita.n.omnino factum fuisse certū est. Saluator nanque ipse post triginta annos baptismū suscepit, & inde usque ad eius passionē tres anni fere cū dimidio pręterierunt. In quibus & Galileam & Iudęam perambulans ac sępenumero super montem Olivueti commorans, atque docens opere & uerbo legem suam confirmauit. Merito igitur Angelus hebdomadam istam in qua hęc & alia quamplurima diuina opera futura erant, tanquam omnium complemētū postremo loco posuit. Et quia in dimidio huius nouissime hebdomadis Messias diuino decreto mor-

Vltima hebdomade intelligentia.

Hiere.31.

Que opera futura erant in ultima hebdomada.

tem obiturus erat,per quam omnia ueteris legis sacrificia finem habitura erant,eo ꝙ uerum illud sacrificium Christi præ figurassent:Iccirco subdit Angelus. Et in medio hebdomadis deficere faciet oblationes & sacrificia,& alia quæ in templo offerrebãtur. Quæ omnia in morte Messię quo ad significatũ cessare debebant. In cuius rei signum in ipsa mortis Christi hora,uelũ templi scissum est a summo usqꝫ deorsum. Et cuncta quæ in templo fiebant miracula,finem acceperunt. Et tandem Angelus cõcludẽs ait. Et erit in tẽplo abominatio desolationis, & usqꝫ ad consumationem & finem perseuerabit desolatio. Vt ex his uerbis palã intelligatur , Iudęos nunqꝫ Hierosolimã,ex captiuitate hac nouissima esse redditurós,nisi forte post antechristi bellũ, cum fidem Christi receperint &c. Sed dimissa ẽt omni cõputatione,contra Iudæos põt sic argui. Ante ciuitatis & sanctuarĩj desolationẽ,occidendus prædicitur Christus,modo dissipata est ciuitas,& templum destructum sub duce Tito,igitur ante Titum & Vespasianum occisus est Christus & defecit hostia & sacrificium,& sine fine uel usqꝫ ad seculi finem perseuerabit desolatio,nec amplius reædificabiť ciuitas Hierusalem,nec templum. Cũ igitur Daniel hic prophetasse cõnumeretur ipsum prophetam fuisse minime negari põt. Liber quoqꝫ ipsius apud hebræos inter uiginti quatuor sacrę scripturę libros, unum ꝑ se obtinet gradum,semperqꝫ apud eos inter ueraces habitus est ueracissimus. Susannę dũtaxat ac Belis Draconisqꝫ historĳs exceptis , quas scd̃m hebręos Danielis uolumen respuit. Neqꝫ apud eos quisqꝫ inuentus est unqꝫ,q Danielis sanctitati & ueritati derogare prędumpserit,dicente dño ad Ezechielẽ. Fili Adam,terra,cũ peccauerit,et infra,fuerintqꝫ tres uiri isti

Ratio contra Iudeos concludẽs.

Daniel quanta sit auctoritatis.

Ezech. 14.

ri isti in medio eius, Noe, Daniel, & Iob, ipsi in iusti
tia sua liberabunt animas suas, dicit dñs exercituũ.
Et alio in loco. Fili hominis (inquit dñs) dic princi Ezech.28.
pi Tyri.f. hironice, Ecce sapientior es tu Daniele,
nullum misterium latuit te. Ex his igitur satis liquet
quãta apud hoĩes esse debeat Danielis auctoritas,
cuius talis ac tanta est apud Deum. Quãobrẽ hanc
ipsius prophetiã aduersus obstinatissimos Iudęos,
Christũ uerũ Messiã in lege ꝓmissum iã uenisse, na-
tũq; in diebus Herodis regis exacte ac pulcherime 2
insinuare perspicuũ est. Deinde subdit euangelista.
Ecce Magi ab Oriente uenerunt Hierosolimam dicentes. Vbi est qui natus est rex Iudæorum? Vidimus enim stellam eius in oriente, & uenimus adorare eum. Diuinũ hoc misteriũ de or-
tu nouę stellę, de Magorꝝ ad Christum aduẽtu, pro
pheticis oraculis longe prius fuit pręnuntiatũ, figu-
ris proinde historicis pręsignatum & demũ opere
ipso exhibitum fuit. Nã ut legitur in libro Numero-
rum, Balaã Ariolus ductus a Balaac Moabitarum
rege ut malediceret populo Dei, cuius maledictio-
nem Deus cõmutauit in benedictionẽ. Inter illa quę
prędixit tria pręcipue prophetauit. Primo Hebręo-
rũ culmen & exaltationẽ uaticinatus est dicẽs. Quis
dinumerare potest puluerẽ Iacob & nosce numerũ Nume.24
stirpis Israel? Moriatur anima mea morte iustorum
& fiant nouissima mea horum similia. Et infra. Quã
pulchra tabernacula tua iacob, et tẽtoria tua Israel:
Et post pauca subdit. Qui benedixerit tibi erit et ip
se benedictus. Qui maledixerit tibi in maledictione
reputabitur. Secũdo, uaticinatus est aduentũ Chri-
sti per ortũ nouę stellę cũ dixit. Videbo eũ, sed non
modo. Intuebor illũ sed non ꝓpe. Orietur stella ex
Iacob, & consurget uirga de Israel. Et percutiet du-
ces Moab, uastabitq; omnes filios Seth, et erit Idu-

Q

mea possessio eius. Tertio, uaticinatus est Assyriorũ Hebręorumq; desolationẽ cũ subdit. Venient de Italia in trieribus & superabũt Assyrios, uastabũtq; Hebręos. Quod inchoatũ est tpe Põpeij, & cõsumatũ tpe Titi & Vespasiani. Et ad extremũ ipsi pibũt s. Romani a semetipsis bellis intestinis. Misterium pręterea de Magorꝝ adoratione uaticinijs prophetarũ fuit nõ minus ante signatũ, Dauide clamante. Reges tharsis & ĩsule munera offerẽt, reges Arabũ & Sabba dona adducent. Et adorabunt eum oẽs reges: oẽs gentes seruient ei. Vbi de futura munerũ oblatione & adoratione Christi a regibus gentium facienda manifeste loquitur. Cui fauet Esaias idẽ misterium prenuntians his uerbis. Et ambulabunt gẽtes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui. Et paulopost subdit, Omnes de Sabba ueniẽt, aurum & thus deferentes, & laudẽ dño annũtiantes. Idem ẽt sacrm adoratiõis Magorꝝ Christo exhibite cum muneribus pręfiguratũ fuit p Barbarã illã reginam Sabba, quę audita fama Salomonis regis Israel uenit cum magno & splendido cõmitatu ad eũ uidendũ & audiendum, obtulitq; illi aurum copiosum & aromatha multa, et gẽmas preciosas, ut scribitur in libris Regũ et Paralipomenũ. Siquidem p reginam Sabba mistice intelligiẽ ecclesia ex gẽtibus collecta quę uenit ad Christũ uerũ Salomonẽ regẽ pacificũ, in quo ut inquit Apostolus ad Collosenses oẽs thesauri sapientię & scientię sunt recõditi, Et per ipsos Magos tanq; primitias electionis gentiũ obtulit ipsa ecclesia dño mistica munera, s. fidei, spei, & charitatis, per aurũ, thus, & mirrhã designata, Quẽadmodum. n. uocatio pastorum illius regionis ad Christũ facta p Angelum in ipsa nocte natiuitatis dominice Iudęorꝝ uocationẽ pręfigurauit (qui prope erant, et

Nota prophetiam Balaam.

Psal. 71.

Esa. 40.

3. Reg. 10.

1. Parali. 9.

Collo. 2.

in eadē regione cōmorantes) ad fidē Christi, quę postmodū effectū habuit per Christi & apostolorū prędicationē in Iudęa. Ita aduentus Magorꝝ per stellam de longinqua regione ad Christum paulo post natiuitatem adorandū, futurā gentiū uocationem ad Christi fidē pulcherime designauit, prędicantibus apostolis ĩ toto terrarꝝ orbe. Nam & ipsi Magi erant quasi primitie uocationis gentiū quas uoluit sibi Christus offerri cū adhuc iaceret ĩ cunis, ad prępignandā gentium salutē. Deniq; idē misterium prius pręnuntiatū & figuratū, reipsa exhibitū est, per hoc q̄ Magi stellę nouę indicio intellexerūt primū Christum natum, deinde eū quęsierunt, & demum ipsum inuenerunt. Intellexerunt quidem primum per apparitionē nouę stellę & insolita claritate fulgentis, quā prędixerat Balaā, a quo descenderant hi Magi, qui in oriente consistentes syderū cōtemplationi intenti erant. Itaq; Magi merito dicebantur, nō a sortilegijs & maleficijs magicę artis, ut ex uicino a uocabulo Magorū & Magicorꝝ posset aliquis suspicari. Sed a magnitudine & copia scientię. Chaldęi.n.& Persę suos sapientes Magos appellant, sicut Gręci philosophos. Deus aūt omnipotēs qui illos elegerat ut essent primitie uocationis gentiū ad fidē, & Christi cognitionē angelico ministerio, & magisterio spūs sancti eos instruxit qd stella illa significaret, natū.s. in Iudęa nouū regem de cęlo exortū, & totius mundi dnm, quem deberent accedere & cū muneribus adorare. Quo misterio intellecto statim conceperunt inspirante Deo ardentissimum desiderium inquirendi nouū illū regem, cuius natiuitatē stellę demonstratione cognouerāt, & ipsum inueniendi & adorandi. Itaq; cōmuni consensu atq; unanimi uoluntate accinxerunt se itineri, & di-

Iudæi per Angelum, gentes per stellam ad Christum uocati sunt

Magi, i. sapientes dicti sunt.

rexerunt egressus suos uersus Iudęam, ut regē illum natum inuenirent. Hoc certe desiderium eorum a Deo inspiratum eis fuisse nemo dubitare debet. Nō enim solent reges terreni si in alia regione natum esse regē quempiam audiuerint succendi desiderio illius uidendi & honorandi. Hunc aūt natum regem per stellā demonstratū cognouerunt reuelāte Deo longe alterius & sublimioris esse conditionis, quā sint alij reges terreni. Iccirco dignū esse & equū & rationi consentaneū ut eum inquirerent, et inuentū adorarent. Dicit ergo euangelista. Ecce Magi.i. sapientes & gentiles uniuersam ecclesiā futuram ex gentibus repręsentantes ab oriente uenerūt.i.a partibus quæ respectu Hierusalē sunt uersus orientē, unde dies nascitur, quia fides est animarꝫ lumen. Venerunt aūt specialiter de finibus Persarꝫ, Medorꝫ, & Chaldeorꝫ, ubi fluuius est Saba, a quo & Sabea regio illa dicitur, iuxta quam est Arabia ubi Magi reges fuisse memorantur. Sunt aūt duæ Arabiæ, unā cū termina & uicina Iudeæ & respectu Hierusalem ab oriente, de qua uidentur Magi uenisse. Alia uicina Indiæ distans ab Hierusalem quasi unius anni itinere. De hac aūt infra ttedecim dies uenire minime potuissent. Venerunt igitur Hierosolimā ciuitatem regiam ibidē de Christo nato inquirentes. Vbi est inquiunt qui natus est rex Iudæorꝫ? Ecce titulus a Magis hic nuntiatus, sed reprobatus a Iudęis dicentibus. Noli scribere rex Iudæorꝫ, a scriptura uero cōfirmatus, dicente Pilato. Quod scripsi scripsi. Vidimus.n.in oriente stellam eius.s.propriam quā Deus creauit ad sui manifestationē, & uenimus personaliter adorare humiliter eum. Ecce qualiter Magi isti sapientes & reges professi sunt Christū esse uerū hominem, uerum regem, uerūqꝫ Deū, quia dū dicunt,

Expositio textus.

Arabiæ duæ.

Christus rex Iudeorum spiritualiter et temporaliter erat.

Vbi est qui natus est, eius humanitatē fatent. Cūq; adijciunt, rex Iudæorum, regiam ipsius potestatem declarant. Dum uero annectunt, & uenimus adorare eum, immensam eius diuinitatem testantur &c.

Ex his clare liquet q manifestatio natiuitatis xpi fuit quasi quoddā signū manifestationis eius per fidem in cordibus eorum qui credituri erant. Christus aūt per fidem manifestatus est primo Iudæis, deinde gentilibus, et demū iterum Iudæis. De primo patet, quia Christus in principio suæ prædicationis solis Iudæis prædicauit. Discipuli ēt sui non prædicarunt gentilibus quousq; de Iudæis oēs cōuersi sunt, quotquot cōuerti uoluerunt. Inter quos fuerūt apostoli primi credētes, & ita Paulus uocat se & alios apostolos primitias creaturæ Dei.i. primos conuersos ad Christum. Fuerunt ēt q̄p plurimi alij quos Petrus conuertit in die pentecostes.s.una uice tria milia, & alia uice duo milia. Deīde prædicauerūt apostoli gentilibus, & conuersi sunt plurimi, & fere totus orbis. Deniq; in fine seculi Iudæi conuertentur, quemadmodū Apostolus testaī dicens. Cecitas ex parte cōtingit in Israel donec intraret plenitudo gētium, & tunc uniuersus Israel saluus fiet. In signū autem harum conuersionū ad Christū Deus tripliciter natiuitatem illius ostendit. Primo ostendit eā pastoribus Angelo eis annunciante, in hora qua Christus natus est. Secundo, fuit manifestata Magis q in tredecim diebus post natiuitatem ipsum uiderūt. Tertio, fuit nota Iudæis die quadragesimo a natiuitate, qn̄.s. in templo Simeon & Anna Christū agnouerunt. Prima manifestatio correspondet primæ manifestationi per fidē prædicatā a Christo apostolis. Et quēadmodū illi qbus primo Angelus apparuit pastores erant, ita q primo in Christū crediderunt

Manifestatio Christi triplex.

Rom. 1.

Actorū. 2.

4.

Rom. 11.

ut apoſtoli & diſcipuli totius orbis conſtituti ſunt paſtores. Secunda manifeſtatio facta Magis, ſignat diuulgationem fidei Chriſti in gentibus factã. Tertia uero facta Simeoni & Anne prophetiſſe, ultimã manifeſtationem fidei Chriſti pulcherime figurat, quando in fine ſeculi reliquiæ Iſrael ſalue fient.

Manifeſtatio etiã fidei triplex

Veniunt igitur ad Chriſtum paſtores ut certificentur, ueniunt reges ut uenerentur, ueniũt ſenes ut gratulentur. Primum pertinet ad prælatos, ſecundũ ad actiuos, tertium ad contemplatiuos. Primi uident & prędicant. Secundi uenerantur & adorant. Tertĳ amplexantur & tenent. Deinde ſequitur. *Audiens autem Herodes rex turbatus eſt, & omnis Hieroſolima cum illo. Et congregans omnes principes ſacerdotum & ſcribas populi ſciſcitabatur ab eis ubi Chriſtus naſceretur. At illi dixerunt ei, in Bethleem Iude. Sic enim ſcriptum eſt per prophetam. Et tu Bethleem terra Iuda nequaquàm minima es in principibus Iuda. Ex te enim exiet dux qui regat populum meum Iſrael.* Cœli rege nato, rex terræ turbatus eſt. Siquidẽ propter duo Herodes rex turbatus eſt. Primo ut inquit Chryſoſtomus ne rege Iudæorũ ex Iudæis nato ipſe tanq̃ Idumeus & Alienigena cum ſua poſteritate pelleretur e regno. Secũdo, turbatus eſt & timuit propter iram Romanorũ. Decreuerant.n. Romani ne q̃ piã rex ſine eorũ auctoritate & conſilio diceret, ſub pœna criminis leſæ maieſtatis. Et oĩs Hieroſolima cum illo. Hic accipitur pars pro toto. Nã omnis Hieroſolima accipitur pro illa parte quæ regi fauebat. Cum enim maiores ciuitatis aliquid efficiunt, id totam ciuitatem efficere dicere ſolemus. Sic in propoſito, ubi q maiores erant in regalibus officĳs regi aſſiſtẽtes, cũ rege turbati ſunt. Vel ẽt turbati ſunt alĳ, ſed ſecũdum apparentiam tantũ. Seu oẽs turbati ſunt timẽtes regẽ ne perſequeretur eos. Iſti aũt Magi minime

Timet Herodes & turbatur, Magi uero non timent.

turbati sunt, nec timore præteriti, qm̄ fixi erant in timore Christi, & fide firmati, quia non obstante ꝙ scirent iuxta ędictum imperiale capitali sententia puniendū esse quicunq; regē alium ꝗ̃ subiectū Romano Imperio nominaret. Christū tñ intrepidi sunt confessi. Vnde Chrysostomus. Sed nunquid nesciebant ꝙ in Hierusalem regnabat Herodes? Nunqd non intelligebant ꝙ quicunq; rege uiuente, alterum regē pronūtiat aut adorat, punitur in sanguine? Sed dum considerabant regē futurū non timebant præsentem. Adhuc non uiderant Christū, & iam parati erant mori pro Christo. O beati Magi q ante conspectū crudelissimi regis priusꝗ̃ Christum uiderēt, Christi facti sunt confessores. Clamabant.n. Magi illi in platea regie ciuitatis dicentes. Vbi est, Vbi est q natus est rex Iudęoꝝ? Putabāt ipsum iam notum esse omnibus, qui paucis se manifestat. Arbitrabantur quippe ꝙ natiuitas Christi regis, omnibus esset nota, quā pastoribus & simplicibus ac credentibus tm̄ Deus demonstrat. Credebāt etiam ipsum inuenire in aulam regiam fulgentem auro et gēmis ac tapetis ornatā, et ꝙ ei omnes famularentur, ideo dicebant. Vidimus stellam eius in oriente. Stellā quippe quā Balaā prædixerat. Et uenimus adorare eū. Herodes ideo hæc audiens turbatus est, & statim cogitauit perdere Christū regem natū. Itaq; diligēter inquirere uoluit locum natiuitatis eius ab illis q scripturas & genealogias nouerant Iudęorū ac ꝓphetarum scripturas. Vnde congregauit oēs principes sacerdotum & scribas populi.i. legis doctores, & sciscitabatur ab eis ubi Christus nasceretur. Diligenter interrogans Iudæoꝝ principes & scribas, ut testes haberet apud Romanos, ꝙ diligentem fecisset inquisitionem. Ex his manifeste constat ꝙ Hero-

Nota Chrysostomi uerba.

Nota lector.

des p regem Iudæorũ nõ quẽlibet regẽ, sed regem Messiã summũ & uerũ regẽ Iudęis in lege ꝓmissum intellexit. Erat quippe proselitus .i. ad iudaismũ conuersus, sed nõ perfecte instrutus in lege: putãs Christũ in primo suo aduentu tꝑaliter regnaturũ. Quod & multi his tꝑibus excecati putãt Iudæi, cũ tñ prophetæ primũ eius aduentũ in paupertate & humilitate futurũ descripserint, iuxta quod ait Esaias. In gloriosus erit iter uiros aspectus eius. Et Zacharias. Ipse pauper sedens super asinã. Sapientes aũt Iudęi illi quos Herodes interrogabat habita collatione inter se, dixerunt. In Bethleem Iude. Et tanq̃ in lege periti adduxerũt ꝓphetiã Micheę capite q̃nto scriptã. Et licet Micheas dicat, Et tu Bethleẽ effrata, ipsi tñ rñderunt ut Herodes magis intelligeret, Et tu Bethleẽ terra Iuda, q̃ erat sita in tribu Iuda. Illa.n. ciuitas antiq̃tus Effrata uocabaẽ ab uxore Caleph, sed postea ibi facta est fames magna pp quã ierunt ad peregrinandũ. Trãseunte aũt fame facta fuit maxima abundantia in eadem ciuitate, sicut freq̃ter fit mutatio de contrario in contrariũ. Et tunc uocata est ciuitas illa Bethleẽ .i. domus panis. Et uere domus panis .i. Christi, q est panis uiuus qui de cœlo descẽdit. Sequiẽ ẽt Micheas. Paruulus es .s. locus in milibus iuda. Ipsi uero mutauerũt dicẽtes. Nequaq̃ minima es in principibus Iuda. Ex te.n. exiet dux .i. Christus q regat populũ meũ Israel. Et licet contrarietas uideaẽ in uerbis, est tñ una & radẽ snia, ut diligenter intuenti patet. Vnde sciendũ est ꝙ hæc ꝓphetia ad literã nõ potest exponi nisi de Christo, tũ primo, q̃a in trãslatione Chaldaica cui nullus Iudæorum ausus est unq̃ contradicere: habeẽ, Ex te egredietur Messias, tũ secũdo, q̃a statim propheta subiũgit. Et egressus eius a pricipio, & a diebus æternitatis. Pro-

E sa. 53. *Zacha. 9.* *Miche. 5.* *Cur ciuitas illa dicebatur Bethleem.* *Prophetia Micheæ nõ potest exponi nisi de Christo.*

 408

pterea Chrysostomus ait, ꝙ si isti prophetiã cõplete recitassent, Herodes intellexisset regẽ istũ nõ esse terrenum, & ꝑ cõsequens non exarsisset in tantum furorẽ. *Tunc Herodes clam uocatis magis diligenter didicit ab eis tempus stelle que apparuit eis, et mittens eos in Bethleem dixit. Ite & interrogate diligenter de puero, & cum inueneritis renuntiate mihi, ut & ego veniens adorem eum. Qui cum audissent regem abierunt.* Herodes clã .i. secrete & occulte ignorãtibus Iudæis, qbus propositum suũ noluit indicare, ne forte ut inqt Chrysostomus q̃si amantes regẽ nouũ natũ proderẽt cõsilium eius, & maxima cum diligẽtia didicit ab eis tp̃s stellę q̃ apparuit eis. Circa quod tp̃s uarię sunt scriptorꝝ assertiones. Aliqui dicũt ꝙ stella apparuit Magis ante natiuitatẽ Christi per aliquos dies. Alij uero post eius natiuitatem. Nõnulli aũt asserunt ꝙ in nocte natiuitatis uiderũt stellam, ꝙ Magis uerisimile est. Sic ergo Herodes ualde diligenter Magos interrogabat de tpe, die, & hora apparitionis stellę, ut cõplete, tp̃s, diẽ, et horã, natiuitatis regi nati agnosceret, quẽ occidere intendebat. Et nõ tm̃ q̃siuit Herodes a Magis de tpe, sed ut credibile & uerisimile est, ẽt diligenter eos interrogauit de forma illius stellę, de quãtitate, & qualitate, ac motu eius, cui Magi sic rñdere poterant. Et ut credi põt dixerũt ei. Prio ꝙ stella illa nõ erat una ex stellis i firmamẽto fixis, necꝫ planeta, sed fere in oĩbus differẽs ab alijs. Nã alię stellę fuerãt a principio mũdi create, uel ut ipsi putabãt ab ęterno, ista ãt erat a Dẽo nouiter creata. Scdo, alię sunt (ut scriptura testat̃) in signa & tpa dies & annos: hęc aũt creata erat, ut tm̃ uiã pręberet nobis. Tertio, ista differt ab alijs in duratiõe qa alię ꝑpetuę sunt, ista cõpleto officio suo redditura est (ut arbitramur) in suam p̃iacentẽ materiam. Quarto, in fulgore eo ꝙ alię stellę

Stella Magorum quõ differt ab alijs.

tantum in nocte splendent, in die aūt minime uidētur propter lumen solis, qa maius lumē minus offuscare uidetur. Hæc aūt stella q̄ non oībus sed tm̄ nobis apparuit erat cæteris splēdidior, in meridie uero splendidissima uidebatur, nec splendorem eius splēdor solis poterat occultare. Quinto, in situ. Aliæ nāq; stellæ sunt in firmamento locatæ, uel in suo orbe, sed ista erat in aere, seu in infima regione aeris nobis ꝓpinqua. Sexto, in motu, stella ista differt ab alijs, qa aliæ mouentur circulariter ad motum sui orbis: ista uero mouebat quasi motu progresiuo, & præcedebat nos motu uiatoris. Septimo, in occultatione & apparitione. Aliæ nāq; stellæ semp apparent saltem de nocte, nisi descendant ad occasum: ista uero aliquando nobis apparebat, & interdū occultabatur. Ecce cū ingressi sumus Hierosolimam non amplius uidimus illā. Ex quibus oībus manifeste apparet ꝙ ei assistit Angelus Dei q eam mouet & firmat. Statim his uerbis auditis quasi admirans Herodes misit illos in Bethleem & dixit. Ite & interrogate diligenter de puero, quē regē Iudæoꝝ uerū esse dicitis. Et cum inueneritis renuntiate mihi, ut & ego ueniēs adorem eū. Spondet Herodes obsequiū falsum, ut facilius eos decipiat, & ad redeundū ad ipsum inducat. Dixerat.n. hæc omnia ut Magos deciperet, callide intendens occidere Christū. Qui cū audissent regem, abierunt.s. recedentes ab Hierusalem ut uersus Bethleē properarent. *Et ecce stella quam uiderant in oriēte antecedebat eos usq; dum ueniēs staret supra ubi erat puer.* Quæ fuerit hæc stella, putant aliqui fuisse spūm sanctum. Alij uero Angelum fuisse fatentur. Nonnulli aūt arbitrantur fuisse stellā nouiter creatā quæ nutu Dei tantum de se mouebatur. Sed saluo meliori iudicio, dicendum est ꝙ erat Angelus dñi secundum ueram

Stellæ Magorum uariæ conditiones.

Quæ fuerit hæc stella.

scripturarum conformitatem. Pro qua scire contingit quod oẽs apparitiones & operationes quas Deus facere uidebatur, necnõ & omnes locutiones q habent in ueteri testõ, hæc oĩa ministerio Angelorum fieri perspicuũ est, dicente Apostolo. Sunt administratorij spũs in ministerium missi pp eos qui hereditatẽ capiunt salutis. Id aũt patet de tribus Angelis apparẽtibus Abrahę in psona Dei. De Angelo quoq; Deum repręsentãte cum quo luctatus est Iacob, cui nomẽ mutauit, & eũ direxit & benedixit. Angelus insup ascendit de Galgala ad locum flentiũ & dixit. Ego eduxi uos de terra Egypti &c. Et cũ legit quod Deus locutus est Adæ, Noæ, Abraæ, Moysi, & alijs pphetis, & quod eis apparuerit, Angelũ in psona Dei apparuisse & locutum fuisse intelligendum est. Et hoc cõfirmat Augustinus, scdo & tertio de trinitate. Quin imo, nonne Moyses in monte syna cum Angelo loquebatur, a quo in persona Dei legẽ accepit & uerba uitæ? Ideo in proposito dicendũ est, quod quemadmodũ Angelus dñi præcedebat castra Israel modo sub forma nubis, modo sub forma colũne ignis, ita Angelus q pastoribus apparuit, & formã hominis assumpsit qñ uirgini loquebat qui ẽt sub forma nubis, colũbe, & linguarum ignitarum innuit pñtiam spũs sancti, noua & diuersa operari, ita ille idem formã stellæ assumpsit quã ex materia elementari formauerat, cui assistẽs mouebat & antecedebat Magos usq; dum ueniens staret supra ubi erat puer. Stetit.n. sup caput pueri, quasi diceret. Hic est quẽ quæritis. *Videntes autem stellam Magi, gauisi sunt gaudio magno ualde.* Non tm̃ dixit euãgelista quod Magi uidẽtes stellã gauisi sunt, sed addidit gaudio magno ualde. Gauisi.n. sunt ut ait Chrysostomus, qa spes eorum non erat decepta sed confirmata. Gauisi sunt gaudio, qa

Hebre.1. *Gen.18.* *Gen.32.* *Iudic.2.* *Angelus Magis apparuit sub forma stellæ.* *Cur Magi gaudebãt & letabãtur.*

in præſentia Chriſti letabanť,a quo eſt omne gaudiū.Et gaudio magno,qa de magno ęterne felicitatis premio gaudebāt.Quis nō gaudet uidēdo Deū ſub forma hoīs?Nōne gauiſus eſt Simeon qñ accepit eū in ulnas ſuas & plenus gaudio magno dixit? Nunc dimittis ſeruū tuum dñe &c.Et Petrus cū uidit ipſum in monte thabor tranſfiguratū,præ nimio gaudio dixit.Domine bonum eſt nos hic eſſe.Diſcipuli quoq; duo euntes in Emaus cum cognouiſſent Chriſtū dixerunt ad inuicē. Nōne cor noſtrū ardēs erat in nobis?Ita Stephanus uidens Chriſtū in cęlo inter lapidantes clamat.Video cęlos apertos & Ieſum ſtantem &c.Pariter et Paulus raptus uſq; ad tertiū cœlum ex nimio gaudio dixit. Cupio diſſolui & eſſe cum Chriſto. Magis aūt gaudent animæ ſanctorū in cœlo q̄ Deū uident & eo fruuntur.Non eſt ergo mirū ſi Magi uidendo Chriſtū gauiſi ſunt gaudio magno,eo ꝙ ipſius diuinitatē agnouerūt. Et addidit euangeliſta.Valde,qa de re perdita & inuēta magis q̄ de ſemp poſſeſa gaudemus . *Et intrantes domum inuenerunt puerum cum Maria matre eius , & procidentes adorauerunt eum.Et apertis theſauris ſuis,obtulerunt ei munera, aurum,thus,& myrrham.* Magi intrauerunt in humilē & pauperculā domum,quia Chriſtus ſibi eximiā humilitatem,& altiſſimā paupertatē elegit. Et inuenerunt puerum cū Maria matre eius in ueſte paupere qualē poterat habere uxor Carpentarij peregre cōſtituta . Vnde ſi terrenū regem terreno amore natū & regnaturum nihil amplius cæteris regibus habētem quæſiuiſſent Magi,fuiſſent ꝑfecto cōfuſi (teſte Chryſoſtomo) Sed ſtelle teſtimonio cōtēti gaudebāt cōtemptibilē puerū aſpicere,quē terribilē agnoſcebant,eo ꝙ fuerint diuino lumine & amore ꝑfuſi. Agnoſcebant.n.diuino aſpirāte lumine ipſum pue-

Præſentia Chriſti gaudium præſtat.

Hic paupertas & Chriſti humilitas agnoſcitur.

rum esse Christum filiũ Dei propter nos incarnatũ, & esse regẽ regũ & dñm dominantium. Et ideo ꝓcidentes adorauerũt eum adoratione latria .s. fide, spe, et charitate, q̄bus solũ Deũ adoramus, nec De⁹ alios q̄rit adoratores, q̄a Deus spũs est, ideo in spũ et ueritate oportet adorare. Et ita fecerunt Magi, q̄ apertis thesauris suis iã diuinitus inspirati, & de muneribus offerẽdis edocti hac reuerẽtia exhibenda, p̄cipue aũt q̄a apud Persas consuetudo erat cum muneribus adorare. Quamobrem hæc munera obtulerũt puero non singuli singula, sed singuli oĩa .s. aurũ, thus, & mirrhã. Magi .n. primo Christũ esse regem agnouerunt, quare obtulerũt aurũ. Scd̄o ipsum esse sacerdotẽ, ideo thus. Deniq; ipsum pro salute hominũ mori, itaq; mirrhã dederunt. Sed scd̄m spũalẽ intelligentiã Magi obtulerũt aurũ .i. charitatẽ. Quẽadmodũ .n. aurũ inter oĩa mineralia obtinet principatũ, sic charitas cęteris uirtutibus est p̄stãtior. Obtulerũt mirrhã q̄ p̄cipue corpora cõseruat .i. spẽ qua cõseruamur in fide. Obtulerũt thus, cuius odor nimis ascẽdit, & cerebrũ cõfortat, p̄ q̄d intelligimus fidẽ, qua q̄libet saluat̃: & in cœlũ ascendit. In ista ergo adoratione interiori & exteriori muneribus confirmata & approbata, huiusce Magi effecti sunt optimi Christi fideles. Et ideo diuus Bernardus pulcherrime clamat. Quid facitis, o, Magi: lactẽtẽ puerũ & nudum pauperẽ adoratis. Nõne Deus iste & rex nr̃ est? Vbi aula regia? Vbi thron⁹? Vbi curia regalis frequẽtia? Ita ego clamo ad uos o Magi, q̄d facitis? q̄d admiramini? Iste uobis ur̃ paup̄, nihilominus gl̃ia et diuitię i domo eius. Hic q̄ppe uobis paruulus & despectus apparet, est tñ magnus dñs & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non est finis. O Magi, hic puer nõ loquit̃, uox tñ ei⁹ est i uirtute et magnificẽ-

Magi quo Christum adorauerunt.

Spiritualis intelligentia munerum.

tia,& audiũt ab oriẽte in occidẽtẽ. O igiť beati pedes q ierunt ad Christũ. O felices manus quæ tetigerũt eũ. O beatiores oculi uidẽtes illũ quem uidere opta runt multi reges & prophetę. O q̃ beatum os, quo osculati sunt Christũ. O sacratissime aures q̃ audie runt diuina secreta, ut p aliã uiã reuerterentur ad ppria, dicente euangelista. *Et responso accepto in somnis ne re direnit ad Herodem, per aliam uiam reuersi sunt in regionem suã.* Nulla siquidẽ responsio est sine interrogatione, & nõ nisi ad ipsum interrogantem. Si ergo Matthæus dicit q acceperunt responsum in somnis, quod prę exigit priorem interrogationẽ, signũ est euidens q prius clamauerunt per affectũ ad Deum, & interro gabant quid diuina iuberet uolũtas, an. s. deberent redire ad Herodem an non, cũ iam per diuinã inspi rationẽ agnoscerent Herodis malitiã, & ipsius impietatem, necnon & pueri diuinitatẽ, in humana na tura latentem. Quamobrẽ ut perspicuũ & rationi consentaneum est, Magi positi in oratione & in cõ templatione tanti pueri, ipsum mente & spũ inter rogando quid nã facere deberẽt, somnus cepit eos. Angelus aũt dñi in somnis respondit eis ne redirent ad Herodem, per aliã uiã, non ducatu stellæ reuersi sunt in regionẽ suã. Reuersi, sed conuersi ad dominũ omniũ Deũ quẽ in carne adorauerunt pueri. Reuer si quippe, sed auersi ab omni seculi uanitate, et ab oĩ superstitiosa sciẽtia, qm̃ cognouerunt in puero fatũ nullũ adesse stellarũ, ac esse per doctrinã docentem simpliciter gradiendum. Siquidẽ Magi uenerunt in fide signi, sed reuersi sunt in fide signati. Venerũt ma thematici, reuersi sunt in fide catholici. Venerunt ua ghi, reuersi sunt religiosi. Venerũt insipientes, reuersi sunt sapientes &c. Et si quispiam quærat, cur uo luit Deus natiuitatem filij sui potius regibus orien-

Non est responsio sine interrogatione.

Variis modis Magi reuersi sunt.

 411

talibus, quam existentibus in Hierosolimis palam insinuare. Respondendũ est primo triplicia esse agẽtia naturalia, celestia, & supercelestia, q̃ inter se discrimen habere uidẽtur. Quoniã agentia naturalia fortius agunt in propinquũ quam in distãs, ut est uidere de igne magis calefaciente propinquiora quam distantiora. Et quae magis appropinquantur igni, maiorem recipiunt calorem. Et ita de alijs. Agentia uero celestia opposito modo se habent, quoniam fortius agunt in distans quam in propinquum. Vt patet de sole & stellis, quae magis influunt in uisceribus terrae in elemẽtis & elementatis, quam in corporibus celestibus, licet sint propinquiores. Agẽtia autem super celestia, ut Deus ita bene & eque fortius agit in distãs sicut in propinquum, cũ omnia creata aequaliter distent & aequaliter approximentur ei. Vbique.n. est Deus per essentiam, praesentiam, & potentiã. Et si distat a peccatoribus, illa est distantia moralis. s. per peccatum cui etiam possunt adhaerere per gratiam. Secundo non est ignorandũ quod omne agens tam naturale quam celeste & supceleste, passum bene & optime dispositum ante requirit, quoniam actiones agentiũ sunt in patiente bene disposito, ut experiẽtia docet. Cibus enim naturaliter praebet nutrimentum, sed non illi qui digestionẽ non habet. Pariter & lumini cõuenit illuminare, sed nõ cecorum oculos. Magnes ẽt uirtutẽ habet attrahẽdi ferrũ, & semper trahit, nisi ferrum oleo ungatur. Agricola insuper dum seminat praeexigit terrã aptã & dispositam. Hac igitur de causa agens celeste, ut sol; magis opera agit in elementa sibi distãtiora quam in propinquiores orbes, propter eorum naturalem indispositionem. Qui cum sint corpora diaphana non sunt apta ad recipiendũ lumen solis. Et ita in proposito dicẽdum est, cũ natus esset

Triplicia agentia.

Quomodo omne agẽs praerequirit dispositum subiectum.

Cur Christus noluit se manifestare regie ciuitati. Iesus in Bethleē Iude prope ciuitatem Hierusalem, illi tñ regie ciuitati non se manifestauit propter indispositionem & indignitatē eius. Voluit autem natiuitatem suā & se mundo esse natum, regibus gentilibus existentibus in oriēte exacte insinuare, eo q̄ digni erant, apti & dispositi ad Christum recipiendū. Id aūt nō tantum naturalibus sed & scripturarum exemplis manifestissime demōstratur. Multę uiduę erant in diebus Helię in Israel qñ facta est fames ma-
3. Reg. 17. gna in omni terra, & ad nullā illarum missus est Helias nisi in seraptā sydonię ad mulierē uiduā. Multi quoq; leprosi extabāt in Israel sub Heliseo prophe-
4. Reg. 5. ta, & nemo eorum mundatus est nisi Naamā sirus. Et nō ob aliud hæc facta sunt, nisi q̄a supceleste agēs ut spūaliter aliquid opus efficiat hoīum corda apta & bene disposita ante requirit. Quoniā ut sapiens ait, hominis est præparare animā, Dei aūt dirigere gressus. Homo aut se præparat cum cessat a peccato & a uoluptate peccandi per fidem &c.

De diuersitate stellarum.

QVatuor stellarū gñā sapiētes Mathematici esse fatentur quæ quatuor generibus personarum assimilantur. Primum genus dicit̄ cometes, qui (teste philosopho) materia est elemētalis. i. exalatio terrestris callida & sicca, uiscosa, & pin-
Quid cometes. guis, cui sibi adhærent multæ partes, & eleuatur uirtute solis usq; ad supremā regionē aeris, ibiq; motu circulari mouetur, & propter hmōi circūgirationē inflammatur scdm aūt diuersam dispositionem materię diuersimode cometes apparet, modo habens caudā, modo comā. Et non generatur in hyeme pp frigiditatem, nec in estate, ob nimiā caliditatē. Generatur autem uere, sed magis in autumno. Duratq; cometes plus uel minus scdm quantitatem & densitatem

ſitatem materię nec eſt ſemper eiuſdem coloris aut figurę. Et fere ſemper oritur in ſeptẽtrione. Et ut Ma-thematici aſſerunt, cometes ſignum eſt magnæ calliditatis & ſiccitatis, ac multorũ uentorũ, quia eſt exhalatio callida & ſicca. Signat p̃terea futuras mortalitates, traditiones, bella, peſtilentias, & calamitates, quia tempore quo generatur cometes uiget calliditas ignea & calor in hominibus multum augetur, pariter & colera: Iccirco incitantur homines ad iurgia & bella. Signum eſt inſuper principum mortalitatis, eo ꝙ delicate uiuunt, ideo eorum corda inflammantur, & per conſequens in eis generãtur infirmitates & febres, de q̃bus omnibus apud Hiſtoriographos & in cronicis q̃ plurima ſcribunt exẽpla. Aſtronomi nãq;, cũ cometes apparet, hęc omnia & alia attrociora mala futura prędicunt, quę tñ non habent in ſe ueritatem, niſi prout a diuina uolũtate procedunt, quæ eſt omnium cauſa. Nunc ergo reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram. Viſitabo inquit dominus in uirga iniquitates eorum, & in uerberibus peccata eorum. Non timeant ergo homines minantem cometẽ, nec ad cœlorum ſigna reſpiciãt, ſed ad propria peccata quę potius huiuſce penurias, bella, & mortalitates efficiunt. Pœniteãt enim et tunc cometes & celeſtia ſigna parum nocebunt. Dicetis forte. Nunquid Saul inter prophetas. Qui tamen propheta fuit, licet poſtea reprobatus. Num etiam corpus mortuum Heliſei, et oſſa Ioſeph prophetarunt? Nonne Balaam prophetauit, pariter & Caiphas? Si igitur uoluero prophetare ex horribilitate, multitudine, in uerecundia, gloriatione, ac perſeuerantia peccatorum, potero multa mala prædicere, quæ omnia concionatoribus relinquo.

Co[...] multura signat.

Peccata, non cometes futura mala denũtiant.

Ex his liquide apparet falſitas opinionis aliquo-

rum dictium ꝙ stella quæ apparuit Magis erat cometes indicans regem nouum natum, ac finalem Iudæorum desolationem per ea quæ dicta sunt. Stelle autem hæc false quas cometas appellamus assimilantur regibus & principibus huius mundi et dominis tẽporalibus, qui ex altitudine dignitatis & dominationis ueluti stellæ uidentur in cœlo. Sed animaduertant ꝙ consumpta materia destruitur cometes. Sic transacto tempore quo uiuunt & dominantur, uerificatur de eis illud Psalmi. Vidi impium superexaltatum & eleuatum &c. Aliud est stellarum genus, quæ stellæ heratice dicuntur, ut sunt septem planetę, Quorum quilibet in suo orbe mouetur ab occidente in orientem motu proprio, & ab oriente in occidentem motu tractus. Et sunt ille stellę q̃ maxime influunt in his inferioribus, quæ etiam sanctis in cœlo similes præcipuę dicuntur: qui cõtinuo mouentur ab oriente in occidentem iterum redeundo in orientem. i. a uera & perfecta cognitione Dei, descendendo ad claram creaturarum cognitionem, & iterum redeundo ad simplicem & beatificam uisionem ac fruitionem Dei. Vnde Apostolus. Sicut stella differt a stella in claritate, ita sanctus in gloria sejungit ab alio. Sed est aliud tertium genus stellarum, quæ stellę fixe dicuntur in firmamenta, nec incedunt nisi ad motũ ipsius firmamenti. Huiusce aũt assimilantur Angelis ex sua natura simplici, altitudine, magnitudine, lumine, & claritate. Quemadmodum scribitur in Apocalipsi. Cecidit draco de cęlo, & traxit secum tertiam partem stellarum. i. Angelorum &c. Aliud est etiam stellarum genus, quæ cardines cœli merito appellantur, & sunt in extremitate primi mobilis, super quibus mouetur ipsum mobile primum, quarum illa quę semper nobis ap-

Comete assimilantur dominis temporalibus.

Planete assimilantur sanctis.

paret dicitur polus articus, reliqua opposita polus Antarticus appellatur. Iuxta autem polum nostrũ arcticum est quędam stella quę dicitur ursa maior, seu stella maris uel uulgariter tramontana. Hæc.n. sacratissime uirgini Mariæ pulcherime assimilatur, quantum ad incorruptibilem materiam, puritatẽ, quantitatem, & qualitatem, situm & statũ, de quibus supra satis abunde locuti sumus. *Stella maris assimilatur uirgini Mariæ.*

Christus præsentatur in templum, et ipsius mater purificatur secundum legem. Capitulum duodecimum.

ET postquàm impleti sunt dies purificationis Mariæ secundum legem Moysi tulerunt Iesum in Hierusalem, ut sisterent eum domino, sicut scriptum est in lege domini. Quia omne masculinum adaperiens uuluam sanctum domino uocabitur. Et *ut darent hostiam secundum quod dictum est in lege domini, par turturum aut duos pullos columbarum.* Perspicuũ ac uerisimile, necnon & rationi consentaneum est, cũ Herodi nihil renuntiatum esset a magis credidisse illos falaci stella deceptos, ideoq; ad se non esse præ confusione reuersos. Quãobrem a quærendo puero quieuit, quo tempore pręsentatus fuit in templum, dicente Apostolo. Et postq̃ impleti sunt.s. quadraginta dies purificationis marię, exijt ipsa de stabulo cum Ioseph & puero, ut legem impleret, in qua nihil purgandum erat, quia sine peccato conceperat. In circuncisione quidem purgabatur puer ab originali, quod a parẽtibus cõtraxerat. In purificatione uero purgabatur mater a peccato, quia in libidine conceperat. Sed nihil horum in hoc puero, uel in matre esse poterat. Tulerunt ergo puerũ prius circuncisum de Bethleẽ in Hierusalem ut secundum legem sisterent.i. offerrent seu offerrendo pręsentarent eum dño in tẽplo, & ut darent hostiam.s. par turturũ aut duos pullos columbarũ pro eo. Sed pro maiori euidentia nõ *Luc.2.* *Duplex purgatio, matris & prolis.*

est ignorandum, de prole nata duplex a Deo fuisse præceptum. Vnum gñale quantum ad omnes, ut. s. completis diebus purgationis matris puer ad templum præsentaretur, & pro eo hostia daretur. Lex aũt purificationis erat ꝙ mulier quæ suscepto semine peperisset masculum in munda esset septem diebus, a consortio hominum separata, & ab ingressu templi, a tactu quoq; sacroꝝ, & die octauo circuncideretur infantulus. Et ipsa quidem munda efficeretur quo ad consortiũ hominum, sed adhuc triginta tribus diebus in munda esset quo ad ingressum tẽpli. In quibus diebus non licebat egredi domũ. Cõpletis uero triginta tribus diebus cum septem præcedentibus, ex tunc quadragesima die mulier templum ingrediebatur, & pręsentabat natum puerum dño, offerens sacrificia pro se & pro puero. Si autẽ feminã peperisset, quo ad omnia duplicabanť dies. Sic. n. scribitur in Leuitico. Mulier si suscepto semine pepererit masculum in munda erit septem diebus. Et subditur. Et die octauo circuncidetur infantulus. Ipsa uero triginta tribus diebus manebit i sanguine purificationis suæ. Sup ꝗbus uerbis ita Diuus Bernardus pulcherime aĩt. Putas ꝙ dicturus Moyses mulierem quæ peperisset filium in mundã esse, non timuerit super matre dñi blassemiam irrogare? Et iccirco præmisit, si suscepto semine: alioqui si nõ præuidisset pariturã sine semine uirginem, ꝗ necessitas erat de suscepto semine facere mentionem? Legi igitur huic non erat obnoxia uirgo, quæ nullo suscepto semine de spiritu sancto concepit et peperit.

Purificationis lex.

Leuiti. 12.

Bernardus ostẽdit Mariam non esse sub lege puri.

Aliud quoq; erat Dei pręceptum spãle de primo genitis tam in hoĩbus ꝗ̃ in iumentis, ut sancta dño fierent, quia dño cõsecrata erant, ex eo tpe quo primogenita Egyptioꝝ dñs interfecit, filios Israel sal-

uans,omnia primogenita filiorum Israel sibi uendicauit,sibiq; offerri præcepit,dicens Moysi. Sanctifica mihi omne primogenitū quod aperit uuluam in filijs Israel,tam de hoībus q̃ de iumentis. Quia quēadmodum dn̄s uoluit sibi offerri primitias fructuū, ita & primogenita hominum, aliorumq; animaliū mundorum. Siquidem hac lege Messias qui oīa sancti ficat non includebatur. Nam utero uirginis clauso, tanq̃ sponsus de thalamo suo,tanq̃ radius de corpore solis,ad nos est egressus. Quem uterum uirginis figurabat porta Ezechielis, quam clausam uide rat,& Deum Israel ingredi per eam. Scire etiam operę preciū est q; primogenita diuersimode dn̄o consecrabant. Si.n.erant de tribu leui & maculā nō habebant,Deo iugiter ministrabāt in templo, cum essent ætatis adultę,quāuis post oblationē mitterētur in domo parentū. Si uero de aliqua aliarum undecim tribuum Israel fuissent, quinq; siclis redimebantur. Si autem erant primogenita pecorum & aīalia munda,dn̄o offerrebantur,nec redimebātur, sed sacerdotum erant,uidelicet ad eorum usum. Quod si immunda fuissent,redimi debebant, uel in aliud cōmutari,ut primogenitum asini, in primogenitū bouis. Vel occidebantur,ut primogenitum canis. Q̃m ergo Christus fuit de tribu Iuda, constat q; quinq; siclis redimebatur. Ibant igitur parentes Iesu in Hierusalem ut legis mandata perficerent. Et q̃uis timerent Herodem,non sunt tn̄ ausi transgredi legē, qn ad templum puerum deferrent. Et forte omnia adhuc quieta erāt,adhuc Herodes Magos expectās, nondum sui cordis malitiam reuelauerat. Dn̄s itaq; Iesus Christus cum matre in his & alijs legē obseruans,ostendit quanta cum solicitudine & uigilātia debemus & nos euangelica obseruare p̄cepta. Adu-

Exo. xiij.

Christus non erat subditus legi.

Primogenitorum lex.

xerunt ergo dñm templi ad templum suum, ut facẽ rent secundum consuetudinem legis pro eo. Cumq; illud intrassent, emerunt duos turtures aut duos pul los columbarũ, ut pro eo offerrent, quemadmodũ pro pauperibus cõsuetum erat. Et quia pauperrimi cum paupere Christo extabant, magis credendum est eos de pullis columbarũ emisse, quia facilius & pro minori precio inueniuntur. Itaq; in lege ultimo loco ponuntur. Et tacet Euangelista de agno, quia erat diuitum oblatio. Et si dicas, Maria a parenti bus suis satis sufficientem suscepit hereditatem, nec dubium quin tres Magi in die Epiphanie, preciosa Christo dona obtulerint, dicẽdum est q; perfectissi ma uirgo ĩspirãte ei spũ filij sui, oĩa tenuissime necessi tati, hoc est parcissimo uictui & tegumento, super- flua p se, uel potius p manus Ioseph erogauit egenis.

Pulchra difficultas

Et ecce homo erat in Hierusalem cui nomen Symeon. Et homo iste iustus & timoratus expectans consolationem Israel, & spiritus sanctus erat in eo. Et responsum acceperat a spiritu sancto, non ui surum se mortem nisi prius uideret Christum domini. Demon- stratiuum hoc signũ, ecce, magnum notabile palã insinuatur, attentioneq; dignum esse quod subditur. Homo. Non.n. hic homo dicitur ab eo quod in ho- minibus cõiter præualet quod est sensualitas, iuxta quem modum Apostolus Corinthijs scribens ait. Cum sit inter uos Zelus & contentio, nonne hoĩes estis? Sed prout homo dicitur ab eo q; in hoĩe ex- tat præstantius, idq; in sapientibus præualet: qđ est ratio & pietas, ipso alibi dicente. Si secundum homi nẽ ad bestias pugnaui ephesi.i. si rõnabiliter cõtra hoĩes bestiales ac pfidos pugnaui.i. disputaui, ephe si. Vnde humanũ uocamus quod rationabile est & pium. Hinc quidã diffinientes hominem dixerunt. Homo est animal mansuetũ natura, erectũ statura,

Ecce, notat aliquid eximium.

1. Corin. 3.

1. Corin. 15

discretuq; ratione. Homo igitur talis erat in Hierusalem, quę sancta ciuitas dicitur, qm̄ ibi erat tēplum & uiguit cultus diuinus, studiūq; legis ac prophetarum, præsertim, qm̄ Christus ibidem in templo oblatus est, concionatus est, miracula fecit, passus & sanguinē fudit. In qua deinde spūm sanctū misit. Ibi demum primitiua ecclesia sanctissime uixit. Cui nomen Symeon, inter sacerdotes famosus. Et homo iste iustus, a iustitia q̄ est uirtus cardinalis, qua unicuiq; datur quod suum est. Iustus inq; a iustitia gñali uirtute, quæ omnes uirtutum species complectit̄. Qui omni uirtute fuit ornatus. Iustus quippe, quia non proprium priuatumq; commodū, sed bonū cō mune, generalemq; omnium salutē optauit. Et non tantum iustus, sed & timoratus, timore casto, sancto, ac filiali. Qui timet Dei offensam, & clementissimum Deum, ut patrem inhonorare abhorret. De quo sapiens in Ecclesiastico. Nihil melius q̄ timere Deum, & timor Dei est sup omnia bona. Hinc Psalmista. Timete dn̄i omnes sancti eius, qm̄ nihil deest timentibus eum. Erat ideo Symeon timore plenus, memorans id quod alibi dixerat Psalmus. Beati omnes q timent dn̄m, q ambulant in uijs eius. Labores manuū tuarū quia manducabis. Deinde concludit. Ecce sic benedicetur homo qui timet dn̄m.

Quid sit homo.

Symeonis iustitia.

Ecclesi. 25.

Et licet hic Symeon cunctis polleret uirtutibus, tn̄ in iustitia & timore fulsit præclarius, scd̄m quod quilibet sanctorꝶ dicitur, in aliqua uirtute amplius splenduisse. Vnde Apostolus. Vnusquisq; inqt suum donum habet a Deo. Ideo de his duabus uirtutibus spāliter commendatur. Itaq; iustus fuit ad proximū timoratus ad Deum. Per timorem.n. quis declinat a malo, & per iustitiam, bonū prosequitur. Expectabat igitur hic iustissimus Symeō, hoc est certissime,

Symeonis uerus timor.

affectuoseq; sperans, consolationẽ Israel prestolabatur.i.Christi aduentum, & liberationem ac spũalẽ consolationem quã ex Christi aduentu consequerẽtur Iudaei, uidelicet redemptionem a peccatis, a diabolo, ab inferno, atq; aeterne adeptionem salutis. Et spũs sanctus erat in eo, non solum per essentiã. praesentiam, & potentiã, qũo in omni est creatura. Nec solum per charitatem & gratiã qualemcunq;, prout est in omni existente in statu salutis, seu in charitate quae uita est animae. Sed per gratiã eminentem, & charitatem ardentem, ac singularem iustitiam secũdum quod est in uiris heroicis atq; perfectis. Habuit quoq; gratiam prophetiae ut statim dicetur. Et responsum acceperat a spũ sancto, non uisurum se mortem, nisi prius uideret uitam, oculis tam corporis q̃ mentis. Christum dñm qui est omnium uita.

Quomodo spũs sanctus erat i Symeone.

Symeon itaq; sicut & caeteri patriarchę, prophetę, ac sancti ueteris testamenti, maximo flagrabat desiderio Messie uenturi, propter quod Christus dicebat Apostolis. Beati oculi qui uident quae uos uidetis. Dico.n.uobis q multi prophetę uoluerunt uidere quae uos uidetis. Iccirco frequenter atq; ardenter pro Christi aduentu dñm praecabantur. Vnde Esaias inquit. Attende de coelo, & uide de habitaculo sancto tuo, & glorię tuę. Vbi est Zelus tuus & fortitudo tua, multitudo uiscerum tuorum, & miserationũ tuarum? Et subdit. Tu dñe pater noster & redemptor noster, a seculo nomen tuũ. Et rursus. Vtinã disrumperes coelos & descenderes, ut notum fieret nomen tuum. Et alibi Rorate cęli desuper & nubes pluant iustum &c. Prętertim aũt Symeõ iste qui ex scripturis ueteris testamenti agnouerat prophetias pręcipue Iacob & Danielis iam esse completas, aduentumq; tunc appropinquare Messię. Vnde pro me-

Esa. 63. 45.

rito suæ deuotionis, & super hmôi ardentissimo de siderio, responsum accepit, se, nisi uiso ante Messia, non moriturum. *Et uenit in spiritu in templum.* Symeon siquidem ex reuelatione spûs sancti prophetiã Aggei prophetæ iam esse completam agnouit. Scribitur. n. in primo Esdre libro, q̄ expleto templi secũdi opere, plurimi sacerdotum atq; alioꝝ qui primum templum uiderant, cæteris exultantibus lachrimabantur, eo q̄ templum illud secundum, respectu primi nihil pene esset. Quãobrem Aggeus propheta in medio eorum extans dixit. Quis in uobis est derelictus qui uidit domum istam in gloria sua prima? Et quid uos uidetis hanc nunc? Nunqd non ita est, quasi non sit in oculis uestris? Et infra subdit. Nolite timere, qua hęc dicit dñs exercituum. Adhuc unũ modicum est, & ego commouebo cœlum & terrã, mare & aridã. Et mouebo omnes gentes, & ueniet desideratus cunctis gentibus. Et implebo domum istã gloria, dicit dñs exercituum. Meũ est argentũ, meũ est aurum. Magna erit gloria domus istius nouissime priusq̃ primę. Et in loco isto dabo pacem, dicit dñs exercituum &c. Dicant nunc Iudæi, & recte respondeant, in quo huiusce glorię maioritas q̃ domus hęc ultima habitura erat, constitit. Non quidẽ propter ipsius loci maiorem sanctitatem, qm̃ ignis in primo templo de cœlo descendẽs, holocausta cõburebat. In secundo, unq̃ descendere uisus est. Nec gloria Dei quę in primo templo in sancta sanctoꝝ, inter Cherubin apparere solebat, in secundo unq̃ apparuit. Nec spûs sanctus qui in primo templo ad loquendum cum prophetis sepissime ueniebat, in secundo uenire sollicitus est. In primo templo aderat archa dñi, oleum quo ungebantur reges & sacerdotes, urna mannę, uirga Aaron, capsela quã miserunt

1. Esdre. 3.

Aggei. 2.

Prophetia Aggei pulcherrime exponitur contra Iudeos

philistei munus Deo Israel, Candelabrum aureum cũ luminibus quę nunq̃ extinguebantur, duodecim panes propositionis, quæ omnia defuerunt in secundo templo. Nec dici potest, ꝙ secundi tẽpli glĩæ maioritas, fuerit ex amplitudine ac maiori ipsius edificij pulchritudine, cum inter templum primum & secundum nulla potuerit esse comparatio. Nam de primo quidem in secundo libro Parali. ita scribitur. Et domus magna tecta fuit ligno abiegno, lignoq; cedrino, & oliuarum. Texitq; Salomõ illud

2. Parali. 3. auro optimo, & sculpsit super illud palmas et cathenulas, & operuit domũ lapide precioso ad decorẽ. Texit ẽt domum trabes, postes, & parietes eius, ac ostia eius auro, & sculpsit cherubin in parietibus.

Gloria primi templi. Præterea, de eodem templo in libris Regũ sic dicit. Et totam domum operuit auro usq; ad consumationem totius domus, & totum altare oraculi texit auro. Et post pauca ita subiungitur. Pauimentum do-

3. Reg. 6. mus operuit auro ĩtus & foris. Vasa quoq; fere oĩa quæ in primo templo, aurea & argentea fuerant, in secundo facta sunt Enea. Nec etiam dicendũ est ꝙ illa gloriæ maioritas, qua secunda Dei domus primam excedere debebat, fuerit propter maiorem ipsius durationem, cum primũ templum quadringentis & decem, secundum aũt quadringentis & uiginti (ut Iudęi asserunt) perstiterit annis. Quoniam illa maior tpis duratio, non illi ad honorem & gloriã sed magis ad dedecus extitit. Nam primo quidem ab Antiocho prophanatũ fuit, qui & uasa Dei, quæ

Secundum templum pluries prophanatum in ministerio erant uastauit, & Iouis Olympij simulachrum, eodem in templo posuit. Deinde a Põpeio qui Hirchano & Aristobolo, Alexandre Iudęorũ reginę filijs, de Imperio dimicantibus Hierosolimã ueniens, capta urbe, & eodem templo reserato, usq;

ad sancta sanctorum accessit. Cassius praeterea anno septimo Cleopatrae, Iudaea capta, templum ipsum spoliauit. Quamobrem temporis illa duratio nō ei in gloriam, sed potius in opprobriū attribuēda est.

Necessario igitur dicendum est, maiorē hāc gloriam quam domus Dei ultima, magis q̄ prima habitura erat, aliam nō fuisse q̄ Messię praesentia, qua ipsa domus ultima plusq̄ prima honorari debebat. Nam si maioritas haec gloriae, neq; de tpis duratione, neq; de opificij excellentia, neq; de diuitijs, neq; de sanctitate (ut probatum est) intelligi potest de Christi pręsentia intelligatur opere preciū est. Cum nulla alia assignari possit. Iccirco alterum de duob. concedi oportet. Aut Christum uerū Messiā in lege promissum, tēplo secundo adhuc stante, uenisse, aut prophetā falsa uaticinatum fuisse. Sed cum ultimū omnino sit impossibile, primum necessario concedēdum est. Dixit ergo dn̄s per prophetā. Adhuc unū modicum est. i. adhuc breue tp̄s restat, & ego commouebo coelū, mare, & aridā, & oēs gentes. Tunc enim terra, tunc mare, tunc maris insulae, tūc omnes gentes commotae sunt, quando Christo nascēte, edicto a Caesare Augusto egresso ut uniuersus describeretur orbis, singuli in ciuitatem suam proficiscebantur. Et cū dicit, & uenient cum desiderio omnes gētes, de tribus illis regibus qui totū populū gentilem pulcherime figurabāt intelligi oportet. Quia ab oriēte cum muneribus ad Christū adorandū uenerunt. Et cū subdit, Meum est argētū, meū est aurū, innuere uoluit, q; de temporali gloria propheta nō loquebatur, sed de sp̄uali qua ob ipsius Christi praesentiā templum illud replendū erat. Ideo subdit. Magna erit gloria domus huius nouissimae magis q̄ primae, quod de miraculis quoq; quae Christus sua diuina

Ex dictis, auctor propositum cōcludit.

Quae fuerit illa gloria magna secundi tē pli.

uirtute in templo illo secundo facturus erat, ne dum de ipsius præsentia intelligendum est. In hoc.n. secūdi templi gloriam longe maioram q̄ primi extitisse constat. Quoniā Deus in primo quidem templo p̄ prophetas populo loquebatur, in secundo uero, per seipsum locutus est. Per seipsum turbas docuit, per seipsum miracula fecit. Et signāter domus huius nouissime dixit, & nō secundę, ut inde palā innotesceret, tertium templū edificandū nō esse. Illud quoq; quod postremo addidit. Et in loco isto dabo pacē, de temporali pace intelligi nō potest, cum ab ipsius templi initio usq; ad eius finē uarijs semp bellorum

Pax spiritualis templi Christi

cōunis, Iudæi ab alijs gentibus affecti fuerint. Quare de spiritali pace, quā Christus daturus erat intelligendum est. Symeon adhuc spū sancto reuelāte, agnouit iam esse completū id quod dn̄s per Malachiam prophetam prædixerat dicens. Ecce ego mit

Malach. 3.

tam Angelū meum. i. Ioannem baptistam, qui magis duxit in terris Angelicam uitam q̄ humanā. Dictus est ēt Angelus propter officium. De quo insup dn̄s id confirmans in Euangelio testatur dicēs. Hic

Matth. 11.

est de quo scriptū est. Ecce ego mitto Angelū meū qui præparabit uiam: q̄m prædicatio, & Ioānis baptisma, fuerunt quædā præparationes ad baptismū & prædicationem Christi. Et statim ueniet ad templum suū dominator quē uos quæritis. i. Christus, cuius aduentum patres ueteris testamenti ardenter optabant. Venit igitur Symeon in spū. i. spū sancto ductore in templum. *Et cum inducerent puerum Iesum parentes eius, ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo, et ipse accepit eum in ulnas suas, & benedixit Deum & dixit.* O quanto desiderio uidendi dn̄m, senex iste beatissimus estuabat, quē iam ętas de hoc seculo exire cogebat, sed Dei respōso renitebat. Nō.n. uisurus erat

morte͂, nisi prius uideret Christũ dñi, Messiã in lege promissum, oculis carnis. Id ergo exacte optabat, id mente tractabat, id sedulo cogitabat dicens. Scio q̃a ueniet, scio q̃a eũ intuebor. Sed q̃n ueniet? Quando eum uidebo? Veni dñe Iesu, solue hęc mihi uincula, & me iam nunc in pace ire permitte. Dum autem hæc secũ diceret, dũ hoc desiderio estuaret, dictum est illi a spũ sancto. Ecce adest quem expectas, que͂ quæris nunc eũ uidebis. Surge propera, festina, uade in templum. Cum aũt festinaret ueniens templũ, eũ a lõge uide͂s spũ prophetico cognouit. Eade͂ q̃ppe spũs gratia qua olim præcognouerat uenturum, e͂t nũc uenienté, iã iamq; pñte͂ saluatore͂ agnouit, & accellerãdo curre͂s genua flexit, & eũ inter materna brachia adorauit. Extendensq; brachia sua parentibus ait. Mihi eũ date, mihi debe͂t, mei officij est, ad hoc missus sum, huic obseq̃o reseruatus sum. Mater uero Dei uolũtate͂ intelligens, eum Symeoni porrexit. Ille aũt letus & exultans, maximo cũ gaudio in ulnas suas, & inter brachia eũ suscepit, & osculabat̃ plorãs. O q̃ beatę manus q̃ uerbũ uitę palpauerũt, & ulne q̃ ipsum amplexate sunt. Ipse.n. portabat a quo portabat̃. Elegãter igit̃ dicit̃. Senex puerũ portabat, puer aũt sene͂ regebat. Ferebat senex Christũ infante͂, q̃ illum regebat in senectute degentem. Felix quide͂ Symeon iste, qui non solũ uidere, sed etiã Christum in carne amplecti meruit. Felix nimium, qui tantam consolationem meruit, quã desiderauerant patriarchę & prophetę, & non acceperunt. Et nõ dubiũ q̃n ex hmõi amplexu Iesu Christi multas consolationes receperit & singularia charismatum gratiarum. Ideo benedixit Deum.i. laudauit gratias agens pro impletione diuini promissi ac cæteris beneficijs Dei, sequens canticum cecinit dicens.

Symeonis desideriũ.

Symeonis singularis gratia.

Nunc dimittis seruum tuum domine, secundum uerbum tuum in pace. O dñe Deus æterne pater, postq̃ tuum promissum implesti, Christũ mihi demonstrando ut promisisti, nunc dimittis.i.statim dimittes, uel supplico ut dimittas me seruum tuum, seruum inq̃ non seruitute seruilis timoris qui metuit penã magis q̃ Dei offensam, de quo saluator apud Ioannẽ. Seruus non manet in domo in æternũ, sed filius. Et infra. Iam nõ dicam uos seruos, sed amicos. Sed seruum tuũ seruitute filialis timoris. Quẽ seruũ alloquitur saluator, Euge serue bonæ & fidelis, intra in gaudiũ dñi tui. Dimitte ergo me seruum tuum dñe sc̃dm uerbũ tuũ in pace. Hoc est a mundi huius inquietudine tribulatione, & uicijs eripe, ut in lymbo patrum, sinuq̃ Abraę in dulci spe requiescere ualeam, cum certus sim cito per Christum inde educi, ad gloriãq̃ transferri. Hoc ẽt orare & petere debent oẽs Christi fideles, ut eos sinat dñs in pace mori. In pace quo ad pximos suos, ut sine inuidia & odio decedant. In pace proprie conscientię, ne uermem acquirant remordentem, qui eos ad desperationem deducat, misericordię diuinę, sed ut liceat quiete & in bona cõsciẽtia mori. In pace insuper quo ad malignos spiritus q capitale odium simul & bellum incipiunt ad hominis mortem, omnem mouentes lapidem ut eum decipiant & fallant secundum quod dñs prędixit, serpentem insidiaturum calcaneis hoĩs. Quicquid.n. diabolus antea leue alicui proposuit ut persuaderet peccatũ, id graue facit tpe mortis. Resq̃ hic habet non secus atq̃ cum trunco ligneo, qui cum in flumine natat, facile ab unico pertrahitur. Ad litus autẽ ubi fuerit uentum, ibi decem oportet manus, uiresq̃ adhibeant, ut extrahãt. Ita plane peccatum leue est usq̃ dum perueniat ad litus mortis, ubi tandem ag-

Marginalia: Ioan. 8. — 15. — Matth. 25. — *Multiplex pax in morte quærenda.* — *Similitũdo notabilis.*

grauatur & graue putatur. Ad quemcunq; sensum ex superioribus intelligi potest Symeonem petiisse ut dimittatur in pace, in qua corpora sancto℞ teste sapiẽte sunt sepulta. *Quia uiderunt oculi mei salutare tuum.* Oculi tam interiores q̃ exteriores mei, uiderũt salutare tuum. i. Christum saluatorem qui dicitur salutare tuum: quia per ipsum mũdum salutare iam ab æterno decreuisti, omniumq; salutem in eo constitui sti, de quo fertur in Psalmo. Notum fecit dñs salutare tuum. Iacob quoq; patriarcha clamabat. Salutare tuum expectabo dñe. Cui salutari loquitur pater per Esaiam. Dedi te in lucem gentiũ, ut sis salus mea usq; ad extremum terrę. Hoc salutare, Symeon corporali ac spũali oculo uidit. Christus nãq; in una p̃sona est Deus & homo, ideo dum homo uidebatur oculo carnis, eodem oculo uidebatur & Deus, quã uis non secundum diuinitatem ipsius. Immo scd̃m Ambrosium, dum caro uidetur, uidetur & uerbum. Hinc apud Ioannem habetur, q̃ Deum nemo uidit unq̃, De Deo secundum diuinitatis essentiã intelligi debet. Oculo interiori non minus Symeon saluatorem intuebatur, quia per fidem cognouit ipsius diuinitatem, eius quoq; humanitatem a uerbo fuisse assumptam. Hinc de Christo scriptũ est. Post hęc in terris uisus est, & cum hoibus cõuersatus est. Cui fauet Esaias dicens. Simul laudabũt, quia oculo ad oculum uidebunt. *Quod parasti ante faciem omnium populorum.* Hoc salutare tuum per incarnationem uideri & agnosci aptum fecisti, seu manifestare disposuisti, ac decreuisti: ante faciem omniũ populo℞. i. in conspectu uniuerso℞ hominum, seu clarę cunctis hominibus non solũ Iudęis sed ẽt gentilibus, sic tñ ut sit distributio accommodata. s. pro gñibus singulo℞, nõ pro singulis generum. Iuxta quem modũ in Danie-

Gen. 49.

Duplici oculo Symeon Christum intuebatur.

Baruch. 3. *Esa. 52.*

le legitur. Omnes populi, tribus, & linguæ, seruient
Dan.7. ei. Deus ergo pater unigenitum suũ in diuinitate incomprehensibilem atq; in accessibilem lucem inha
bitantem, per hoc fecit hominibus manifestũ, uisibi
lem & cohabitantem, quod eum humanæ coniun-
Esa.52. xit naturæ in unitate personę, iuxta illud Esaiæ. Parauit dñs brachium sanctum suum in oculis omnium
gentium. Brachiũ.n. dñi est unicus filius Dei patris
per quem pater oĩa fecit, sicut & digitus Dei est spi
ritus sanctus, quo cuncta nobis insinuantur. De quo
brachio ait Psalmista. Saluauit sibi dextera eius &
brachium sanctum eius. Pater ergo id salutare parauit ante faciem omniũ populorũ, quibus p Aposto-
los p̄dicatus est Christus, iuxta illud Psalmi. In om-
nem terrã exiuit sonus eorũ. Et rursus. Viderunt om
Esa.52. nes termini terrę, salutare Dei nostri. Cui arridet Esa
ias idem asserens. Videbunt inquit oẽs fines terræ sa
lutare Dei nostri. Et licet Christus ita paratus sit an
te faciem omnium populorũ, aliter tñ quãtũ ad Iu-
dęos & aliter quo ad gentes. Propter qđ subditur.
Lumen ad reuelationem gentium & gloriam plebis tuæ Israel.
Salutare tuũ.i. Christum ita parasti ut specialiter sit
gentilium lumen, seu ad illuminationẽ eorũ qui sede
bant in tenebris perfidię, erroris, ac omniũ uiciorũ,
Esa.9. quemadmodũ testatur Esaias. Populus gentiũ qui
55. ambulabat in tenebris, uidit lucem magnã. Et alibi
per eundem loquitur dñs. Ecce testem populis dedi
eũ, ducem ac pręceptorem gentibus. Insuper parasti hoc salutare in gloriã plebis tuę Israel, quę plebs
Quomodo Christus ĩ lumen & gloria electorum. Dei merito appellabatur per pręcipuã pręrogatiuã,
honorem, & gloriã, qm̃ unigenitus Dei ex ea incarnari elegit. Ad eam personaliter uenit, propter eam
primo ac speciali modo descendit, quẽadmodũ ip-
se testatur. Non sum missus, nisi ad oues q̃ perierũt

domus

domus Israel. Fuit præterea in gloriā plebis suæ Israel, qa per ipsum sancti ueteris testamenti in lymbo detenti adepti sunt beatificæ gloriā uisionis. Denicꝙ Christus tam Iudæis ꝙ gentilibus fuit lumen & gloria. Omnes.n.electi per ipsum sunt illustrati & cunctis gloria est, ut Dei filius humanā assumpserit naturā, nihilominus per quandā appropriationē, lumen gentium & gloria Iudæoꝝ dicitur. De quo Ioannes. Salus ex Iudæis est. *Et erat pater eius & mater eius mirantes super his quæ dicebantur de illo.* Ioseph nutritius Christi, & uerus pater scdm legem, necnon & mater ipsius uirgo Maria erant mirantes, nō dubitādo, sed assentiendo & congaudendo super his quę dicebātur de illo. s. Iesu. Siquidem mirabatur uirgo de his quę audierat ab Angelo in enuntiatione. Ab Helisabeth in salutatione, & Ioannis exultatione, et a Zacharia in ipsius præcursoris natiuitate. Mirabantut insuper ipsa & Ioseph de exultatione Angeloꝝ nato Christo, & de cātico nouo. Rursus, de aduentu pastoꝝ, & de reuerentia regū. Denicꝙ de aduentu Symeonis & laude eiusdem, quæ omnia erāt mira & admiratione digna. *Et benedixit illis Symeon.* Prius.n. iustus ille Symeō benedixerat Deo. Ad cuius euidentiam non est ignorandū, ꝙ duplex est benedictio. Videlicet gratificationis & laudis. Benedictione gratificationis seu donationis, maior benedicit minori, ut Deus creaturæ, iuxta illud Apostoli ad Hebręos. Sine ulla contradictione quod minus est a maiore benediciť. Vnde benedictio qua Deus benedicit creaturæ, est collatio munerū eius, & multiplicatio eorūdem. Benedictione autem laudis minor benedicit maiori, licet interdū e cōuerso. Sicꝙ Symeō benedixit Deo, quemadmodum Dauid in psalmo cantat. Benedicam dñm in omni tempore.

Ioan. 4.

Cur parentes mirābantur.

Duplex benedictio.

Hebre. 7.

Deinde Symeō benedixit illis.s. parentibus Iesu Christi. Cōsuetudo.n.erat sacerdotibus legis benedicere parentibus, infantem in templo offerrētibus cum hostijs debitis. Quæ quidē benedictio uidetur fuisse quædam imprecatio boni, qua sacerdos imprecabat̄ eis bona a Deo. Formā tñ benedictionis illius nō habemus expressam. Sed forte fuit illa aut

Nume.6. similis illi, de qua scribitur in Numeris. Locutus est dñs ad Moysen & Aaron dicens. Sic benedicetis filijs Israel. Benedicat tibi dñs, & custodiat te. Ostēdat dñs faciem suā tibi, & misereatur tui. Cōuertat dñs uultū suū ad te & det tibi pacem. Verūtñ reor ꝙ Symeon spāli omnino benedictione, benedixerit Mariæ & Ioseph, ut pote benedictione laudis, bea-

Quomodo Symeō benedixit parentibus Christi.

tos & benedictos eos appellando. Dignitatē nāqꝫ, electionem & gratiam illoꝶ, ēt ipsemet uehemētissime mirabatur, nihilominus eis benedixit, qa maior fuit sacerdotali officio, ꝙuis nō sanctitate & merito, saltem quo ad Mariā. Maior aūt officio, benedictionē elargitur. Vere equidem beatus fuit ille Ioseph, qui ad tantum secretum fuit admissus, ꝗ sponsus & custos uirgineæ matris, genitricisqꝫ Dei esse electus, fuit & meruit. Qui Dei patris filium Deum incarnatū, nutrire, tractare, deferre, amplecti, cohabitantem, obedientem, ac ministrātem, habere pro meruit. Nempe ut infra habetur, Iesus erat subditus illis, non dubiū quin Mariæ & Ioseph. *Et dixit ad Mariam matrem eius. Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel.* Symeon, uirginē sacratissimā prophetico spū alloquitur, quā esse genitricē Christi singulariter agnoscebat dicens. Ecce positus est hic, hoc est puer iste quem bracchijs stringo, per assumptā humanitatem, datus est in ruinā.i. perditionē, & resurrectionem, hoc est saluationem multorū

in Israel. Christus nãq; per suam incarnationẽ, prædicationem, uitã, ac passionẽ, fuit multis Iudęis causa salutis, de quibus in Ioãne ipse testatur. Ego scio quos elegerim. Multis quoq; & pluribus Iudęis, ꝑ eadem, excecationis, transgressionis, & dãnationis fuit occasio. Quibus in Ioãne loquitur. Vos nõ estis ex ouibus meis. Hinc denuo, in iudicium inquit. Ego in hunc mundũ ueni, ut qui nõ uident uideant: & q uident ceci fiant. Vbi per uidentes intelliguntur illi qui sapientes & magni fuerunt in oculis suis, secula riterq; prudentes, Quales pręcipue fuerunt sacerdotes scribe, & pharisei, quos cõstat pro maxima parte obtenebratos esse atq; damnatos. Non uidentes aũt dicuntur idiote, humiles, & simplices, quorum multos Christus illuminauit, ut pote Apostolos, cęterosq; discipulos, quibus & spũm sanctũ infudit. Hinc quoq; in Mattheo ait. Confiteor tibi pater, qa abscondisti hęc a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis, i. simplicibus. Generaliter aũt loquendo, Christus uenit iu ruinã oĩum reproboꝝ, & in resurrectionẽ electoꝝ fidelium, sed nõ eodem modo. Quoniam in ruinã reproboꝝ occasionaliter & indirecte uenit. In resurrectionem uero electoꝝ, causaliter & directe. Sic nãq; positus est in ruinam quo modo Deus dicitur hoĩem indurare. Nũc itaq; sermo est de ruina peccati, quę est ipsa culpa, & de damnatione ęterna, quę est culpę & incredulitatis effectus, iuxta illud saluatoris. Qui non credit iã iudicatus est: quia non credit in nomine unigeniti filĳ Dei. Et est sermo de spũali resurrectiõe, qua homo per baptismũ & penitentiam a peccato resurgit ad gratiam. Ideo psalmista. Non resurgunt impĳ in iudicio. Qnod de resurrectione a peccato in iudicio discretionis recte exponitur, quãq; & de futura resur-

Ioan. 13.
10.
9.
Quomodo Christus & ruina & resurrectio multorum.
Ioan. 3.

rectione corporali, felicis immutationis accipi possit: q̃ erit effectus dñice passionis seu meriti Christi,
1. Cor. 15. dicẽte Ap̃lo. Q̃m quidẽ p hoiem mors, & p hoiem resurrectio mortuorum. Sic ergo in illorum ruinã Chri-
1. Cori. 1. stus est positus, de qbus Paulus testat. Prędicamus Christũ, Iudæis qdẽ scandalũ, gẽtibus aũt stultitiã. In illorum uero resurrectionẽ dicit poni, de qbus Paulus adiecit Ipsis uero uocatis, hoc est electis Iudæis & Gręcis, prædicamus Christũ Dei uirtutẽ & Dei sapientiam. Sed pro maiori notitia, scire opus est ad cuiuscũq; hoĩs peccatoris salutẽ, quatuor esse p̃cipue necessaria.

Quatuor necessaria ad salutẽ.

Primo ut Deus, uelud prima causa moueat hoĩs uoluntatẽ, ut operetur, & aliqd boni efficiat. Quia nulla scda causa põt quicq̃ operari sine adminiculo primæ causæ, dicente Hieremia. Cõ
Hiere. 31. uerte me dñe, & cõuertar: qa postq̃ me cõuertisti egi pniam. Et dñs in Euangelio. Sine me nihil pote-
Ioan. 15. stis facere. Et alibi. Nemo uenit ad me, nisi pater q
6. misit me traxerit eum. Scdo, necessario concurrit ipsius hoĩs mutatio ex sua libera uoluntate, dicente
Ezech. 18. dño ex ore Ezechielis prophetę. Si impius egerit pe nitentiã de peccatis suis, feceritq; iudicium et iusti-
Hiere. 18. tiã &c. Et p Hieremiã. Si populus mea egerit pniam de peccatis suis. Ap̃s quoq; peccatores hortat ad
Roma. 6. pniam dicẽs. Sicut exhibuistis mẽbra uestra seruire immũditię & iniqtati ad iniqtatẽ, ita exhibete mem bra uestra seruire iustitiæ in sanctificationẽ. Et alibi,
Ephe. 5. Surge qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus. Tertio super reqrit, ut Deus denuo conuertat ad hoiem, gratiã ei elargiendo, sicut ipse
Zacha. 1. per Zachariã testatur. Conuertimini ad me, & ego
Iaco. 4. conuertar ad uos. Et Iacobus ap̃s. Appropinquate Deo, & ipse appropinquabit uobis. Quarto supest ut homo existens in gratia illa coadiuuante, bona

opera efficiat, quibus cooperante spũ sancto mereat uitã æternã, iuxta illud Christi dicentis in Apocalipsim. Ecce ego uenio cito, & merces mea mecum est reddere unicuiq; iuxta opera sua. Et ille idem in euangelio. Et procedent qui bona fecerunt in resurrectionẽ uitæ &c. Quantũ igitur ad primũ, Deus nunq̃ deest, quin illuminet oẽm hoiem uenientẽ in hunc mundũ, semperq; uocat & mouet internis inspirationibus, iuxta illud Apocalipsis. Ego sto ad ostium & pulso. Plurimi aũt Dei uocationi resistũt, necnõ & diuinis nõ acquiescunt illuminationibus. At Deus expectat, dissimulat, sed post longã expectationẽ subtrahit Deus ab eis illuminationẽ, uocationẽ & gratiã, ut ita derelicti ruant de peccato in peccatum, & nõ se resipiscant. Sicut accidit Iudęis obstinatissimis, qui nunq̃ uoluerũt acqescere Christo, quibus ipse dicebat. Moriemini in peccatis uestris. Stephanus quoq;, dura ceruice & in circũcisi corde & auribus, uos semper spũi sancto restitistis, sicut & patres uestri. Deinde Paulus & Barnabas eos alloquebantur dicentes. Vobis oportebat primũ loqui uerbũ Dei, sed qm̃ repellitis illud, & indignos uos iudicatis æternę uitę, ecce cõuertimur ad gẽtes. Tandẽ Deus subtraxit ab illis oẽm illuminationẽ & gratiã, ut ceci & indurati, ueritatẽ nõ agnoscant. Et queadmodũ Deus olim dixerat, Indurabo cor pharaonis, nõ siquidem positiue, sicut sol indurat terrã, ipsam desiccando, sed per accidens, quemadmodũ homo indurat plũbũ subtrahẽdo ignẽ ab eo a quo prius fuerat liquefactũ, ut inde reuertatur ad suã pristinã duritiẽ, ita Christus per accidens positus est in ruinã Iudæorũ malorũ, & reproborum. Sed per se in resurrectionem multorum, quia per ipsum multi salui facti sunt. *Et in signum cui contradicetur.*

Apoc. 22.

Ioan. 8.

Actor. 7.

Actor. 13.

Christus est ruina malorum p accidẽs.

Signum quadrupliciter ſumitur in ſcripturis. Primo pro ſigno indicatiuo & alicuius ſignificatiuo, ut circulus deſignat potum uenalem. Secundo, pro miraculo, ſecundum quod loquitur Chriſtus in Euangelio. Niſi ſigna & prodigia uideritis nõ creditis. Tertio, p uexillo quo in bello milites unius partis a militibus alterius partis ſeiungunt. Sicut loquitur Dauid in Pſalmo. Poſuerunt ſigna ſua ſigna, & non cognouerunt. Quarto, pro ſigno fœderis, pacis, & amicitię. Itaq; iuxta primam ſigni acceptionem, ſenſus eſt. Poſitus eſt Chriſtus in ſignum .i. ad Euangelicæ ueritatis doctrinam inſinuandã, ſeu proponendam, cui a multis contradicetur, uel uerbo, uel opere, uel utroq; modo. Inobediẽtes nãq; Chriſti fideles opere contradicunt. Concionatores heretici uerbo aduerſantur. Iuxta ſecundã acceptionẽ ſenſus eſt. Poſitus eſt in ſignũ .i. in miraculũ, quia qcquid de Chriſto narrat ſcriptura, ſignũ eſt, hoc eſt miraculũ, cui cõtradicetur a perfidis uniuerſis. Vt φ mater uirgo eſt, φ in unitate perſonæ ſit Deus & homo, φ ueraciter reſurrexit, & aſcendit in cœlum, & φ inde uenturus ſit iudicare uiuos & mortuos. Chriſtus igitur, & quicquid ipſe geſſit nobis eſt ſignum .i. miraculum. Iuxta tertiam acceptionem, per ſignũ intelligitur crux Chriſti, uel crucis fides, quo ſigno diſtinguuntur ſerui Chriſti a ſeruis diaboli, dum ſignum iſtud ab illis honoratur, ac fronti imprimitur, ab illis uero contemnitur. Cui ſigno aduerſantur Iudæi.

Quarto, exponi põt de ſigno pacificationis, ut ſit ſenſus. Poſitus eſt in ſignũ fœderis & reconciliationis inter Deum & homines, qa Chriſtus factus eſt mediator Dei & hominũ. Id aũt figurabatur per arcum, de quo loquitur dñs in Geneſi. Arcũ meũ ponã in nubibus cęli, & erit ſignũ fœderis inter me &

Ioan. 4.

Quadruplex ſignũ

Chriſtus quomodo poſitus eſt in quadruplex ſignũ

Gen. 9.

uos. Christus uero, signum est fœderis memorati, nõ significatiue solũ, sed ut causa, dicente Apostolo. Ipse est pax nostra, qui fecit utraq; unum. Et denuo, pacificans per sanguinem crucis suæ siue quæ in cœlis, siue quæ in terris sunt. Huic signo oẽs mali derogare uidentur. *Et tuam ipsius animam pertransibit gladius, ut reuelentur ex multis cordibus cogitationes.* Gladius multis modis accipitur in scripturis. Primo pro gladio materiali, de quo psalmista. Accingere gladio tuo sup femur tuum &c. Secundo pro uindicta, iuxta illud Ioãnis. De ore eius. s. Christi procedebat gladius ex utraq; parte acutus. Et ĩfra. Gladio oris mei pugnabo cum Nicolaitis. Et paulopost. Gladius magnus in manu equitis equi rufi, ne sit pax in terra sed interfectio. Tertio, pro ira aduersus malos, seu discordia teste saluatore qui ait. Non ueni ponere pacem, sed gladiũ. Quarto, pro perfida lingua, iuxta illud psalmi. Lingua eorũ gladius acutus. Et infra. Et gladius in labijs eorum. Quinto, pro euidenti & intimo dolore. Et cessauit gladius ex Israel. Sexto, pro uerbo Dei secũdum q; ait Apostolus. Gladius spũs quod est uerbum Dei &c. Pro intimo dolore, gladius hic potest exponi cum dicit. Et tuam ipsius animã pertransibit gladius. i. passio seu dolor passionis ipsius. Non. n. absq; magno affectu materni doloris potuit uidere crucifigi filium, & si speraret mortẽ deuicturũ, ac resurrecturum & post mortem uicturum. Vnde dicit Hieronymus. Quia in parte impassibili passa est uirgo Maria, plusq; martir effecta est. Dolores quippe quos pariẽs effugit, hos tempore passionis Christi sustinuit. Ex quibus uerbis palã insinuatur q; improuide nonnulli his temporibus decipiantur heretici, qui audent dicere uirginem matrem nunq; doluisse in morte filij sui, cum ipsa in Euangelio Lu-

Ephe. 2. *Collo. 1.* *Gladius multiplex* *Apoc. 1.* *2.* *6.* *Matth. 10.* *1. Mach. 9.* *Ephe. 6.* *Contra recentiores hereticos.*

ẽe oppositum fateatur dicens ad filiũ, postq̃ in templo reperit disputantem. Fili, quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolentes quęrebamus te. Si igitur uirgo Maria ita doluit quęrens filium suũ quẽ postea inter doctores honoratũ inuenit, quanto magis tpe passionis eã doluisse credere debemus? Inde subdit. Vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes. Christi nãq; passio multoꝝ cordium cogitationes aperuit, quia prophetarũ dicta, cogitationes, & eoꝝ occulta misteria ibi reuelata sunt & consumata. Et hoc quidem uelum tẽpli significauit, q̃ eo moriente scissum est, ut sancta sanctoꝝ oibus appareret. Vel multoꝝ cordium. s. bonoꝝ & malorum cogitationes tunc tpis patefacte sunt, quia Christo moriente, alij crediderunt, alij credere noluerunt.

Quomodo cogitationes cordiũ sunt patefacte.

Põt p̃terea illud Symeonis dictum, & tuã ipsius animã pertrãsibit gladius, de gladio, spũs pulcherime interpretari, de quo Paulus ad Ephesios. Assumite gladiũ spũs qđ est uerbum Dei. Hic aũt gladius est arcanoꝝ & secretoꝝ Dei aperitio, & Dei sermo docẽs & illustrãs. Penetrabilior oi gladio ancipiti, & p̃tingẽs usq; ad diuisionẽ animæ ac spũs, cõpagũ quoq; ac medularũ, & discretor cogitationũ & intentionũ cordis. Et nõ scio cuius animã magis p̃transijt hic gladius q̃ uirginis sacratissime, ut iure potuerit illi dicere sanctus Symeõ. Ecce positus est hic in ruinã & in resurrectionẽ multoꝝ in Israel, & in signũ cui cõtradicetur. Et nõ est necessariũ ut hęc tibi ulterius aperiã, q̃a tuã ipsius animã pertransibit gladius, secretum. s. reuelationũ uerbũ, ut cognoscere possis per spiritum sanctum ex multis cordibus cogitationes, ut reuelentur tibi, ij quibus erit in ruinam & ij quibus in resurrectionem in Israel, & ij qui in signis & uirtutibus eius sunt contradicturi.

Alia interpretatio.

Ephe. 6.

Et erat Anna prophetissa filia phanuel de tribu Asser, hæc processe rat in diebus multis, & vixerat cum viro suo annis septem a uirginitate sua. Et hæc vidua usq; ad annos octogintaquatuor, quæ nõ discedebat de templo, ieiunijs & obsecrationibus seruiens nocte ac die. Consequenter recitat Euangelista testimoniũ Christo impartitum a fœmina sancta, dicẽs. Et erat Anna pphetissa filia phanuel de tribu Asser. Tã determinate describit pp ueritatis certificationẽ, et ut ab alijs q̃ simili noĩe uocabant distinguat. Asser aũt fuit unus duodecim patriarcharũ filiorũ Iacob. Hęc pcesserat in diebus multis. i. diu uixit & uirtutibus magis pcessit q̃ annis, quotidie augens merita sua. Et uixerat cũ uiro suo annis septẽ a uirginitate sua. i. a tpe quo eã adhuc uirginẽ sumpsit in cõiugem. Et hęc uidua fuit & mãsit, usq; ad annos octoginta q̃tuor. Et si scire desideramus quo tpe ętatis suæ hæc sancta uidua Christũ agnouit & uidit, ponamus eã qndecim fuisse annorũ qñ nupsit, qbus addamus septẽ a uirginitate in cõnubio uiri, & octogintaq̃tuor quos in uirginitate exegit. Tũc qppe ad annũ sextũ supra centesimũ illã peruenisse pspicuũ est. Vnde pp seniũ suum honorabilior fideq; dignior extitit. Scriptũ est. n. in Leuitico. Corã cano capite cõsurge, & honora psonã senis. Iob insup. In antiqs est sapiẽtia, & in multo tpe prudẽtia. Quæ nõ discedebat de tẽplo. Nõ q ibi sine intermissione pmãserit, & omnia corpori necessaria egerit, cũ statim subdat. Hæc ipsa hora supueniẽs etc. Itaq; dr nõ discessisse de tẽplo qa oĩ hora oportuna, qnimo frequẽter p̃ cæteris ibi fuit, ieiunijs & obsecratioĩbus seruiẽs Deo, cui soli latrię seruitus ẽ reddẽda. Nocte ac die, hoc est cõpetẽtibus, imo & diuturnis atq; frequẽtib⁹ uicib⁹ diei noctisq;. Tãgit. n. euãgelista ieiuniũ & obsecrationẽ, qm ieiuniũ ad orõnẽ dispõit, obsecratio ṽo ẽ q̃

Matt. 26.
Anna prophetissa uixit annos. 106.
Leuiti. 19.
Iob. 12.

Deum inuocamus per commemorationem alicuius sacri, ut cum dicimus. Per bonitatem tuam adiuua me dñe. Per passionẽ tuã libera nos Christe &c. *Et hac ipsa hora superueniens confitebatur domino, & loquebatur de illo omnibus qui expectabant redẽptionẽ Israel.* Hæc beatissima Anna ipsa hora diei purgationis Mariæ, qua Symeon tenebat puerũ Iesum in ulnis, supueniẽs. i. templum spũ sancto monente ingrediens, qm̃ ex reuelatione spũs sancti cognouit quis esset, & qd ageretur in templo. Confitebatur dño. i. Christum quẽ uidit præsentem laudauit, eiq; grãs retulit q̃ iuxta ꝓphetarũ oracula ad mundi redemptionẽ iam descẽdisset. Nam & ipsa felicissima Anna tantæ extitit senectutis q̃ cũ Symeone non immerito optauit dissolui, uiso iam Christo, eiusq; aduentum expectare cum patribus sanctis in lymbo. Et loquebatur de illo. s. Christo, & de ipsius aduẽtu, beneficijs atq; misterijs. Vnde patet q̃ pauloante per dñm intellexisse ad literam Christum. Loquebatur igiẽ de Christo omnibus qui expectabant redemptionẽ Israel. Et qui deuote optabãt ac præstolabantur liberationem populi Israel a iugo peccati, & potestate diaboli, his omnibus Anna testabatur Christum iam aduenisse, & populum Israel, totumq; seculum liberaturum nunc esse. At intelligendum est de omnibus qbus opportune seu conuenienter poterat loq. *Et ut perfecerunt omnia secundum legem domini, reuersi sunt in Galilæam in ciuitate sua Nazareth. Puer autem crescebat, et confortabatur, plenus sapientia, & gratia Dei erat in illo.* Postq̃ Maria & Ioseph omnia peregerunt quæ scdm præcepta legis ad ritum purificationis spectabant, uidelicet filium in templo offerẽdo, eumq; quinq; siclis redimendo, hostias quoq; immolando legales, q̃uis ad nullum istoꝝ (ut dictũ est) tenerentur: reuersi

Anna quomodo confitebatur domino.

sunt in Galileam, uidelicet in ciuitatem suam Nazareth, quę dicitur urbs eorũ, quia habitauerunt ibidẽ, antequã uenirent in Bethleem. Christus quoque in Nazareth fuerat conceptus. Puer autem secundum quod homo crescebat ætate, & corporis quantitate, qui ut Deus æternus est & immensus. Et confortabat robore corporali secundum incrementi mensuram, quamuis omni momento potuisset tantã corporis fortitudinem assumere quantũ uoluisset ut Deus. Vel etiam ut homo comprehensor secundum superiorẽ suæ animæ portionem, ut deitate fruentẽ. Tanta.n. extitit beatitudo animę Christi quod redũdasset in corpus ipsius, præbendo illi quatuor corporis glorificanti dotes, nisi dispensatiue Deus hoc distulisset, ut in Epistola ad Dioscorum asserit Augustinus. Præterea, Christus ut homo cõfortabatur spũ.i. in anima sua a spũ sancto, nõ per gratiæ uel uirtutum, aut donorum augmentum, sed quantum ad ostensionem quã secundum ætatis incrementum, perfectionẽ suã magis ac magis insinuabat. Iterum confortabatur a spũ sancto in anima inquantum indesinenter anima eius conseruabatur in fortitudine gratię ac uirtutum a Deo, quam in primæ suæ creationis instãti sũscepit ab eo. Plenus sapientia, quia secundum naturam diuinam erat ipsa sapientia increata, et secundũ humanam naturam fuit omni sapiẽtia plenus, iuxta illud Apostoli. In ipso sunt omnes thesauri sapiẽtiæ & scientiæ absconditi. Et gratia Dei erat in illo. Tãta.n. fuit plenitudo grãæ in eo scdm naturã humanã quãtũ ualet capere mens creata. Ita quod tota capacitas aĩe eius fuit grã Dei repleta in suę creatiõis exordio.

Nazareth ciuitas xp̃i

Beatitudo animæ xp̃i non redundauit in corpus.

Quomodo Christus confortabatur.

Collo.2.

Epilogus omnium dictorum.

Hæc omnia tanta diligentia enarrauit Lucas, ut ex multitudine testium efficatior conuinceret certi-

tudo ueritatis. Namq; in honorem & gloriã Christi testes proposuit Mariã & Ioseph, pariter & Angelos, qui in eius natiuitate apparuerũt. Inde pastores, tres Magos, his nunc Symeonẽ addidit & Annã. Vt aũt pfecta eis fides haberetur, uirtutes in principio & laudes explicauit Symeonis, sicut & postea Annę. Et nõ sine rõnabili causa id fuit, qñ certissimos testes ẽt ante natiuitatem suã habuit dñs, Gabrielẽ archangelũ, Helisabetham, Ioannẽ Baptistã, & ante eos prophetas & patriarchas oẽs. Sed & spũm sanctũ habuisse Symeonẽ, hinc ẽt probat euãgelista, qa in spũ uenit in templũ. Hinc quoq; colligunt scriptores Symeonẽ cõuenientẽ fuisse testem ueritatis, eo q habitatio eius fuerit in pclara & illustri ciuitate. Nomẽ quoq; suũ felix erat, tm̃.n. sonat, ac si obedientem uel auditorẽ dicas. Virtutibus insuper & moribus insignis fuit. Siquidem iustus extitit & timens Deum, expectãs redemptionẽ Israel. Magistro etiam utebatur optimo spũ sancto &c.

Quot testes habuit Christus.

De magnificentia templi domini.

Hoc templũ dñi sanctum de quo dictum est, fuerat in mõte Moria constitutũ, in quo uoluit Abraã immolari Isaac filiũ suũ. In quo ẽt Iacob dormiens uidit scalã erectã usq; ad cœlum. In hoc quoq; monte uidens Dauid Angelũ stantem & cedentẽ populum, in terram corruit, & penitens, grauiterq; se affligens a Deo ueniã impetrauit. In hoc monte Aurea urna Iebusei erat, quã Dauid ad cõstituendã ibi domum dñi emerat, eo q in illo loco misericordiã fuerat cõsecutus. In hoc sancto loco cũ Salomon opere consumato dño sacrificia offerret, nebula impleuit domũ, & apparuit gloria dñi, & ignis descẽdens de cœlo, deuorauit holocausta. Quũ aũt ibi flexis genibus & manibus ad cœlum expãsis Salomõ dñm

Gloria primi templi

erasset,ut quicũq; beneficitia petiturus ingrederet, preces eius a dño reciperent,apparuit ei dñs dicẽs. Exaudiui orationẽ & deprecationẽ tuã. Elegi.n.& sanctificaui mihi locũ istũ. Hoc in loco Heliodorus a rege Antiocho missus ut locũ sanctum uiolaret & spoliaret,flagellatus & sine itermissione multis plagis uulneratus extitit. Templũ aũt dñi uocabat,qa in eo sacrificia dño offerebantur. Rursus, in hoc sacratissimo loco, beata uirgo cum alijs uirginibus dicitur ministrasse, templi cortinas ac sacerdotalia uestimenta præparãdo,literas sacras adiscens,ieiuniijs,uigilijs,orationibus, diuinarũq; lectionũ studijs præcipue uacabat. In hoc tẽplo dũ sanctus Zacharias incẽsum dño offerret,Angelus dñi apparuit ei, nuntians sibi orationẽ suã esse exauditã,Ioãnisq; natiuitatẽ futuram. In hoc insup loco ut hic fert, Christus Iesus a parentibus est oblatus, a Symeone susceptus,a sancta Anna uidua oĩbus q expectabant redemptionẽ Israel annuntiatus. In hoc diuinissimo tẽplo,Iesus cũ iam duodecim esset annorũ inter doctores disputans inuenit. Supra primaculũ huius tẽpli,Iesum diabolus statuit,et ut se deorsum mitteret tẽptando suggessit. Ab hoc tẽplo, uendentes et emẽtes eiecit,ac mensas numulariorũ & cathedras columbas uendentiũ euertit. In hoc tẽplo dũ Christus moraret in Hierusalẽ,docebat Iudæos, oracula prophetarũ aperiebat. In quo ẽt adulterã ab accusantibus liberauit. Imminente ẽt ipsius passione tota die erat in tẽplo docens,& uespere in Bethaniam secedens. Huius tẽpli uelum in morte eius scissum est a summo usq; deorsum,ut pateret introitus ad sancta sanctorũ. Ab huius templi pinaculo, uersus meridiẽ beatus Iacobus aplus primus sub lege grãe Hierosolimorũ episcopus predicãs, pcipitatus ptica fullo-

Maior gloria secundi templi.

nis percussus, martirio est coronatus. Inter hoc templum & altare qd' est ante templum foris in atrio ad meridiem, Zacharias filius Barachię martir occubuit &c.

De luminaribus in ecclesia ferendis.

Solennissima hęc dies qua uirgo mater puerum Iesum Hierosolimas duxit presentandū in templū a luminaribus appellationem uidetur habere. Et primum oīum cōstat huic festo occasionē dedisse abusum quendam Romanorum, q singulis annis primo die februarij uniuersam ciuitatē facibus circunlatis lustrabant in honorē februę. Et ea consuetudo cum his qui ex gentibus ad xp̄m conuersi erant facile extorqueri non poterat. Institutū est hoc festū luminarium in honorem uirginis matris, ut sic abusus facularum in laudem & cultū uerteretur diuinum. Et non incongrue. Quemadmodum.n. Symeon uerū lumen xp̄m suis ulnis gestauit, ita nos lumen materiale manibus nr̄is portamus. Quod designatur illud quod Symeon confessus est datū ad reuelationem gentium. Nam & nos p lumen hoc externum admonemur lumen illud patris ęterni ulnis mentiū et fidei firmiter retinere. Hac igit de causa tali die cādelas benedictas & accensis in manibus gestamus representantes & sectantes singularem Symeonis deuotionem. Aduersus tn̄ hunc sacratissimum luminarium usum insurgunt recentiores hęretici, qui omnia rident, oīa contemnunt, oīa lacerāt, ita adeo temere ecclesiastica luminaria dirimere innituntur, ut alias cęrimonias oēs nimiumq; de his ridicule loquunt, quasi sine his non uisurus sit Deus. Quę profecto non exiguę sunt blasphemię. At uiri catholici in diuinis literis eruditi, luminariū usum testimonio scripturarū docent, explicant & approbant. Qm̄ lu

De solennitate purificationis.

Cur tali die gestamus cādelas accensis.

Contra lutheranos de luminibus.

minaribus uti in templis ob diuinũ cultum ab ipso Deo fuerunt edocti, q parari sibi candelabrũ præcepit ex auro purissimo, cũ sex calamis præcepit insup Moysi dicens. Facies & lucernas septẽ, & pones eas super candelabrũ, ut luceãt ex aduerso. Ecce q̃ diligenter demandauit dñs Deus candelabrũ hoc ex auro puro parari debere. Et de lampadibus aliquanto post clarius. precipe inqt filijs Israel ut afferent tibi oleum de arboribus oliuarũ purissimũ, piloq; contusum, ut ardeat lucerna semp in tabernaculo testimonij extra uelum. &c. præcepit insuper dñs sacerdotibus dicens. Ignis in altari semper ardebit quẽ nutriet sacerdos subijciens ligna mane per singulos dies. Ignis iste pperuus est q nunq̃ deficiet in altari, semper. n. ardebit in usum holocaustorũ. Salomon ẽt candelabra aurea quinq; parari iussit, ad dexteram: a sinistra totidem, & in his flores sicut lilia, & lampades aureas desup, & forcipes aureos, & hidrias, & fuscinulas, & phialas, & mortariola & thuribula de auro purissimo. Qñ igitur hæc de luminaribus tam sedulo præcepit dñs, quis hoiũ ea erit temeritate ut conditorẽ suũ æternum & indeficientem sapientiæ fontẽ audeat sine blasphemia reprehendere? Sed q̃ro ab impijs lutheranis, an Deus ille in ueteri testamẽto cæcus fuerit, eo q iusserit tot sibi lucernas accendi. Et si Deus q oĩa uidet nec bonis nostris indiget, cur uoluit tot in templo luminaria ardere? Aut unde probabũt Deũ q olim uoluit, et pcepit: nunc prohibuisse? Et si Iudas Machabeus cũ iam Antiochus idolis suis templum contaminasset, omniaq; eius uasa dehonestasset, illud cum gaudio rursus consecrauit, & cõi omnium cõsensu, uniuerso populo instituit dedicationis huius festũ celebrari debere. Quod & festum luminũ appellarunt,

Exo. 25.
Exo. 27.
Leui. 6.
3. Reg. 7.

ſicut Ioſephus teſtatur: quanto magis nos Chriſti fi deles, diem hūc a luminaribus appellare debemus? Quoniam in eo Chriſtus ſaluator noſter nobis apparuit oblatus in templum qui nobis datus eſt in lumen ad reuelationē gentium. Lumen inq; mundi, in cuius lumine inſup uidebimus lumen felicitatis æterne. In cuius luminis ortu reges gentiū ambulauerūt Chriſtus quoq; ipſe de tenebris uocauit nos in lumē ſuum admirabile. Quiſqs. n. ſequitur dñm, non ambulabit in tenebris, ſed habebit lumē uitę. Quando Deus ipſe a Iacobo recte pr̄ luminū dicitur. Et ſi inuiſibilia Dei & ęterna eius uita atq; ſapientia p ea quæ ab eo facta ſunt cognoſcuntur & uidenť, qūo non ab externo illo uiſibili lumine accēderemur ad contemplandā excellentiam luminis diuiniť Et ſi in exequīis defunctorū utimur luminaribus, cereos ac cendētes, non ob id facimus ut mortui uideant, nec ut tali lumine indigeant, ſed ad fugandū demones, pro pīis animabus orando, ut de tenebris huius ſeculi ad lucem inacceſſibilem transferrantur. Et quē admodum damnati in perpetuis tenebris moranť, ita per oppoſitum donet eis dñs requiē æternam, et lux perpetua luceat eis. Præterea, beatus Hieronymus contra uigilātiam hereſiarcham qui iam olim ante mille annos ſimili errore fuit inuolutus, a quo ēt noſtri lutherani in his ſicut & in aliīs eruditi fuerunt, ipſius errores condemnās inducit in omnibus orientalibus eccleſiīs luminaria ſuccendi ad lectionem Euangeliī, non ut ſic melius uideatur, ſed ad declarandū eccleſiæ gaudium, ex illo tam felici nuntio quod nobis p Euangeliū innotuit. Nemo igitur ab hac laudabili conſuetudine auerti aut deterreri catholicus ſe ſinat, per figmenta horū hereticorū clamantium, rem hanc inutilem eſſe, nec luminibus indigere

De luminaribus p̄clara notabilia.

In exequiis mortuorū cur utimur luminibus.

digere

digere Deum. Quod equidē uerum est, q̄m eis opus non habet, sicut nec indiguit unguento, quo eū Magdalena perunxit. Quod tñ factū, & ipse comprobauit, & ab exprobratiōe Apostolorum defendit. At nonne in ueteri quoque testō, Deus luminibus nō magis q̄ nunc indiguit, eorum tñ usum ibi praecepit? Et si corā sacramento uel imagine Christi luminaria accendimus, ob id facimus (teste Hieronymo) ut palam insinuetur quod quemadmodum Christus est lux mūdi, ita corda nostra illuminare dignetur. Et si coram sanctorum imaginibus idem facimus, ostēdimus Christum, uerum dixisse: uos estis lux mūdi. Sed his non obstantibus, adhuc noui hęretici clamāt uanos esse sumptus luminariū, eosque in usum pauperū conuerti debere. Hi aūt non faciunt ut tam solliciti sint de pauperibus quos parum aut nihil adiuuant, sed blassemant dñm dicentes uanas esse luminariū impensas, quasi non Deus omni honore dignissimus sit. Assimilanturque Iudę dicenti. Vt quid pditio hęc? Potuit. n. unguētum istud uenū dari multum & dari pauperibus. Cum tñ nō esset animus suus ut pauperes adiuuaret. Denique hęc solemnitas quae a luminaribus appellationē habet mistica expositione non caret. Sicut. n. hic Symeon Christū cōfessus est esse lumē spūale, ita hoc corporale lumen facile ad dñm referri potest. Apes nāque uirgineo opere cerā ex melle conficiunt, sic & Maria Christum integritate uirginitatis salua edidit. Siquidē luxuria uel libidine apes non aguntur, neque per comixtionē gñant, dolorem in partu non sentiunt, & subito tñ magnā apum multitudinem producunt. Quae omnia p pulchre Mariae conueniunt, q̄ sine uirili semine, citraque partus dolorē, Christū edidit saluatorem. Itaque cera, proprie humanitatem Christi designat. Sicuti si-

Matth. 26.

Sanctus Hieronymus cōtra lutheranos.

Mistica expositio luminis materialis.

lum candidum sanctam eius animam, & flāma diuinitatem, Quoniam Deus sæpe in scripturis nomine ignis significatur, Deusq; ignis consumens appellatur. Quid autem aliud est lumen accensum & ardēs, nisi fides recta bonis operibus cōsumata? Quoniam sic docuit dn̄s. Sint lumbi uestri præcincti, &
Luc.12. lucernę ardentes in manibus uestris. Nam sicut lumen sine flāma nihil est, ita fides sine operibus mortua est. Filum porro diuinā gratiam designat, qm̄ sine illa aliquod bonum esse non potest. Exemplum quoq; habemus a dn̄o de decem uirginibus, quarū quinq; prudentes sumpserunt oleum secū cum lampadibus suis, qm̄ lumen in his sine oleo lucere minime potest. Sumpserunt ergo lumen & oleum .i. fidē & bona opera, quibus annectitur filum album .i. diuina gratia. Tria enim hæc necessaria sunt ad hominis salutem.

Fugit Iesus cum parentibus in Egyptum, quo tempore Herodes pueros innocentes interfecit. Capitulum tertiumdecimum.

Angelus domini apparuit in somnis Ioseph dicens. Surge & accipe puerum, & matrem eius, & fuge in Egyptum, et esto ibi usq; dum dicam tibi. Futurum est enim ut Herodes quærat puerum ad perdendum eum. Herodes uidens Magos ad se non fuisse reuersos putauit eos fallaci stella fuisse deceptos, & erubuisse regredi. Itaq; quærendi puerum non amplius adhibuit diligentiā, ut supra dictū
Matth.2. est. Postea uero ut audiuit quę dicta fuerant a pastoribus de puero Iesu, & a Symeone et Anna, credidit se delusum a Magis, & tunc cogitare cepit de nece pueri Iesu. Mansit aūt per duos uel unū annum cum dimidio, anteq̄ puerum insequeretur, eo q ab executione huiusce operis fuerat impeditus. Nam citatus necesse habuit petere Romā ad petitionem filiorū suorū ipsum accusantium, & tunc nō fuit ausus pue-

ros interficere,ne cum aliis facinoribus suis de tãta et crudelitate accusaretur. Eundo uero Romã & in curia remanendo,necnon redeundo in Iudæam,apposuit annum unum & plus. Et sic fere per duos annos ad regnum suum reuersus,& in regno cõfirmatus,habita sententia contra filios in sui fauorẽ, tunc cepit quęrere modũ perdendi puerum natũ,in quo tpe apparuit Angelus dñi in somnis Ioseph dicens. Surge & accipe puerum & matrem eius & fuge in Egyptũ,& esto ibi usq; dũ dicam tibi.Sed pro maiori notitia scire contingit q̄ tria sunt gña eorũ quę dormientes uidere solemus.Puta somnium: Visio:et Oraculũ.Somnium.n.est phantasma quod tegitur figuris,& uelatur ambagibus . Huiusce aũt somnia cum fere semper sint falsa,interpretatione nõ indigent.Visio uero est cum quis id quod uidet eodem modo quo apparuerat euenit.Oraculum aũt est cũ quis in somnis aliquid nobis denuntiat . Talis ergo apparitio Angeli in somnis Ioseph, non fuit per simplex somnium,neq; per uisionem , sed per oraculũ. Quia Angelus denuntiauit ei ut fugeret in Egyptũ. *Somnium, Visio,Oraculũ, quomodo differunt.*

Chrysostomus hoc in loco gerens psonã Ioseph clamat ad Angelũ dicens.O Angele Dei tu mihi retulisti quia quod nasceretur de ea,de spũ sancto est. Et qũo iubes nos fugere,aut qũo filius Dei ante homines fugit? Respondendũ est fugam in scripturis quadruplicem inueniri . Videlicet pusillanimitatis, Infirmitatis,Discretionis, Dispẽsationis. De prima dicit sapiens.Fugit impius nemine persequente. De secunda,scribitur in libris Regũ, q̄ Helias fugit faciem Iezabelis regine uxoris Achab. De tertia loquitur dñs in Euangelio. Si uos psequuti fuerint in una ciuitate,fugite in aliam. De quarta quæ pertinet ad fugam Christi, dixit Augustinus . Recessit non ne- *Fuga quatruplex.* *Prouer.28.* *3.Reg.18.* *Mat.h.10.*

cessitate,sed dispensatione,& potestate eadem qua iuuenis pependit in ligno,& puer latuit in Egypto. Inde sequit. *Qui consurgens accepit puerum & matrem eius nocte,& secessit in Egyptum. Et erat ibi usque ad obitum Herodis,ut adimpleretur quod dictum a domino per prophetam dicentem. Ex Egypto uocaui filium meum.* Ioseph consurgens a somno,sine mora quia de pueri præseruatione atq; custodia diligentissimus extitit. Accepit puerum & matrē eius nocte.i.suo itineri eos associauit, & forte in proprijs ulnis filium baiulauit, nisi dicatur Mariam & Iesum iumento uexisse propter itineris prolixitatem,sicut & uirginem sacram in asino creditur deduxisse ad Bethleem hora natiuitatis Christi iam proxima. Accepitq; eos nocte forte eadē qua Angelum uidit, quoniam tempus nocturnū magis aptum est fugæ,& ne de fuga accusaret ab aliquo.

Cur Christus ducitur in Egyptum.

Chrysostomus pterea hic quærit & clamat, cur Christus proficiscitur in Egyptū, nunqd alia terra deficit? Semper.n.aduersus populū suum Egyptus extiterat inimica. Sed ille idem rńdet. Recordatus est.n.dńs qui in fine non irascitur quanta mala fecerat super Egyptum,ideo misit filium suū in eam, dans illi reconciliationis signum, ac perpetuæ amicitiæ pignus,ut decem plagas Egypti una medicina sanaret. O mutatio dextere excelsi, ut populus q ante fuerat persecutor populi primogeniti, postea fieret custos filij unigeniti. Et iterum. In Egyptum paruulus mittitur ut illam regionem quæ præ omnibus terris flamma impietatis ardebat,igne potius fidei succenderet. Ex his psuadens ēt de alijs mundi partibus speranda esse meliora. Et ut ēt adiscamus

Eiusdem Chrysostomi responsio.

ꝙ ab ipsis uitæ initijs ad temptationes debeamus atq; insidias præparari. Nā ab ipsis cunabulis Christi istud effectū est,ut tu uidelicet hoc audiens cum

uideris tribulationes uarias & mille sustinere discri mina, nihil oīno turberis. Sed ut isto munitus exem plo, uiriliter cuncta sustineas, sciens tribulationes maximas inseparabiles quasdam comites esse uirtutum. Alia ēt de causa Christus Egyptū petījt, ut s. adimpleretur quod dictum est a dño p Oseam prophetam. Ex Egypto uocaui filium meū. Duplicem. n. filium uocauit Deus ex Egypto. Vnum adoptiuū. s. populum Israel qui dictus est filius primo genitus Dei, iuxta illud. Israel primogenitus meus, dixi tibi, dimitte filium meū ut seruiat mihi. In Osea proinde ita scribitur. Puer Israel, & dilexi eum, et ex Egypto uocaui filium meum. Balaā insuper dixit. Non est idolum in Iacob, nec simulachrū in Israel. Et subdit. Dñs Deus eduxit eum de Egypto. Alterų uero naturalem filium uocauit Deus ex Egypto, puta Christum, cui ab æterno dixerat. Filius meus es tu, ego hodie genui te. Item. Ego ero illi in patrem, et ipse erit mihi in filiū. Propheta tñ principaliori modo de Xpo loquit̄, qa de ppl'o illo p̄dictū est scd̄m ꝙ erat figura Xpi, q nō solū p determinatas psonas uerū etiā p totū ppl'm sinagogę multoties p̄figurat̄. Euangelista ēt docēte cōpellimur profiteri id Oseę elogiū ad lr̄am de Christo fuisse prædictū. Fert prę terea in historia scolastica ꝙ Christo Egyptū ingre diente, oīa idola insanis Egyptioꝶ in terra collapsa sunt, Christi p̄ntiam ferre nō ualētia. Quēadmodū Dagon ante cōspectū arche fęderis corruit in terrā. Per qd̄ figurabat̄ idolatriā penitus destruēdā Christi uirtute i uniuerso mūdo, teste Zacharia. In die illa dicit dñs disperdā noīa idoloꝶ de terra. Prout ēt p Esaiam fuerat prophetatum. Ecce dñs ascēdet super nubem leuem, pp immaculatam ipsius carnē de uirgine sumptam. Et ingredietur Egyptū & cōmo-

Osea. 11.

Exo. 4.

Nume. 23.

Duplex filius uocatus ex egypto.

Hebre. 1.

1. Reg. 5.

Zacha. 13.

Esa. 19.

uebuntur simulachra Egypti a facie eius. Itide subditur. *Tunc Herodes uidens quod illusus esset a Magis iratus est ualde. Et mittens occidit omnes pueros qui erant in Bethleem & in omnibus finibus eius a bimatu & infra secundum tēpus quod exquisierat a Magis*. Herodes iratus est ualde, timens principatum ammittere, quamobrem libidine regnandi uidens ꝙ illusus esset a Magis qui nō reuersi fuerant, uoluit oēs pueros in Bethleem, & in oībus finibus eius occidere. Huiusce aūt puerorum cedes, eorundemqꝫ triūphus a Ioanne in Apocalipsi pulcherime describitur. Vidit.n. Ecce agnus stabat sup mōtem Syon.i. Christus qui sedet super thronū gloriæ suæ. Et cū eo centum quadraginta quatuor milia. Vbi ponitur numerus determinatus pro indeterminato. Habentes nomen eius, & nomē patris eius.s. Dei scriptum in frontibus suis. Q̄m iusti semp agnoscuntur a Deo. Iniusti uero nesciūtur, iuxta illud euāgelij Christi dicentis. Ego cognosco oues meas. Et alibi de iniustis dicit. Amen dico uobis, nescio uos. Etiam quia eorum nomina.s. iustorum, scripta sunt in libro uitæ. Hi.n. centum quadraginta quatuor milia sunt omnes innocentes & martires qui amicti sunt stolis albis propter innocentiam, & palme in manibus eorum, ob martirij coronā. Clamabant nāqꝫ ad agnū uoce magna dicentes. Vindica dñe sanguinē nostrum qui effusus est super terrā.s. ab impio Herode & ab alijs tirānis. Et statim audierunt uocem de cœlo tanq̄ uocem aquarum multarum, & tanq̄ uocem tonitrui magni propter nimiam magnitudinem terribilitatemqꝫ. Et uocem quā audierūt sicut citharedorum, citharizantiū in citharis suis, ex nimia dulcedine illius uocis q̄ loquebatur dicens eis. Modicum expectate donec impleatur numerus fratrū uestrorum.s. aliorum martirum. Qui læti cantabant can-

Marginal notes: *Apoc. 14.* — *Ioan. 10.* — *Matth. 25.* — *Triūphus innocētum & martirum.*

ticum nouũ ex nimio gaudio & felicitate ante sedẽ
tem in throno; & resonabat terra in uoces eorum.
Tunc Ioannes euangelista alloquutus est unum ex
uiginti quatuor senioribus quærens quidnam essent
isti. Cui ille dixit. Hi sunt qui cũ mulieribus nõ sunt
coinquinati, uirgines.n.sunt, & sequũtur agnũ quo
cunq; ierit. Et alter subdit. Isti sunt qui uenerunt ex
magna tribulatione, & lauerunt stolas suas in san-
guine agni. Hos ergo pueros innocẽtes, impius He
rodes interfici mãdauit abimatu & infra. Bimatus *Bimatus unde dicitur.*
enim spaciũ est duorũ annorũ, a bis & imathos græ-
ce q; est annus latine. Et inde bimatus quasi binus
annus appellatur. Vnde dicitur bimus, bima, bimũ,
.i. animal duorũ annorũ. Occidit ergo Herodes om-
nes pueros de Bethleem abimatu & infra.i. a duo-
bus annis & infra.i. oẽs q habebant duos annos &
minus. Vel ut alij fatentur, occidit supra & infra ęta
tẽ quam putabat hr̃e Christũ. Id aũt fecit, ne puer
euaderet mortẽ scd̃m tp̃s qđ exquisierat a Magis.
Tunc adimpletum est quod dictum est per Hieremiam prophetã dicentem. Vox in rama audita est, ploratus & ululatus multus, Rachel plorans filios suos, et noluit consolari quia non sunt. Apud
Hieremiam prophetam scribitur. Vox in rama audi *Hiere.31.*
ta est.i. in excelsis, eo q; fuerit uox magni clamoris,
sicut fuit illa uox Abel quæ ascenderat usq; ad cœ-
lum dicente dño ad Caym. Ecce uox sanguinis fra- *Gen.4.*
tris tui Abel clamat ad me de terra. Scribitur etiam
uox pauperis penetrat nubes. Sic erat ista uox pue-
rorũ magna. Sed quid clamabant? Certe, nõ nisi ea
quæ supradiximus.i. uindica domine sanguinẽ no-
strum &c. Erat.n. ibi ploratus quantũ ad paruulorũ
fletum, & ululatus, quantum ad lamentũ matrum,
ubi tot parentes, tot homines utriusq; sexus inspe-
cta tam seua crudelitate, etiam si uellent, uoces co-

Gen.35. hibere nō poterant. Rachael q̄ sepulta fuerat ibi ꝓpe Bethleē & ex terreno corporis hospitio, matris nomen acceperat, a quo et fere oēs hi pueri descenderant. Plorans filios suos. s. occisos ab Herode. Et noluit consolari quia non sunt, supple uiuentes. Vel qa non sunt, reuocandi uidelicet ad uitam. Et loquitur scdm animæ carnalis affectū. Et si quispiā quærat an hi pueri fuerint innocentes, rn̄dendū est, triplicem esse innocentiā. s. Originalē, restitutā, & recuperatā. Innocentia originalis est illa quam habuit Adam ante peccatum, & perdidit. Et hoc modo infantes nondum Baptismatis unda renati, non siquidem innocentes, sed propter originale crimen quod in materno utero contraxerunt, nocentes appellantur. Scda dicitur innocētia restituta, & est illa quam puer consequitur in baptismate, ubi non solum originalis peccati, sed & omniū peccatoꝝ fit remissio. Et sic pueri baptizati dicuntur innocētes, quēadmodo infantes hi in circuncisione, uel in proprio sanguine a noxa originali purgati innocentes merito dici possunt. Tertia dicitur innocentia recuperatā quæ per pniam recuperatur. Quemadmodū uere confessi & contriti dicuntur innocentes, clamātes cū propheta. Cor mundū crea in nos Deus. Et hæc triplex reperit. Quædam. n. est innocentia incipientium, nouiter surgentium a peccato. Et dicitur innocētia operis, iuxta illud prophetę. Innocēs manibus. Alia est innocentia proficientiū quæ est cordis & operis. Ibidē. Innocens manibus & mundo corde. Alia est pfectoꝝ, q̄ est cordis, opis, & operis simul. Ibidē. Qui nō accepit in uano animā suā, nec iurauit in dolo proximo suo. Sed hic nō immerito adhuc q̄ri pōt, an hi pueri Innocētes debeāt martires appellari. Sed pro clariori notitia considerādū

An isti pueri dicātur innocētes.

Innocētia, originalis, restituta, recupata.

Innocētia adhuc triplex.

est ad uerum martirium duo necessitate quapiã req
ri. Primũ ut ille subeat mortem, non naturalem, sed finaliter uiolentam. Secdm, ut talem subeat ille mortem, debita & rationabili causa. Quantum ergo ad primũ, triplex genus martirij reperitur in scripturis: operis tm, affectus tm, affectus & opis simul. Primũ genus fuit illud sanctorum innocentum, qui passi sunt pro Christo ab Herode, in quibus quodãmodo fuit Christus occisus. Itaq; oẽs illos occidit, ut Christum interimeret. Quamobrem eorum martiriũ fuit opere tm. Non.n.habebant adhuc usum rõnis, cum essent infantes duorum annorum uel circa. Ideo Chrisostomus clamat. Licuit sanguine loq, quibus non licuit lingua. Miscent cum dño colloquia, quibus humana negata sunt uerba. Et occisi prędicant qđ uiui non poterãt. Et in oratione dicitur. Deus cuius prçconiũ innocentes martires, nõ loquendo sed moriendo confessi sunt. Sed qa pro Christo et loco eius occisi sunt, merito passionis Christi coronã acceperũt. Vnde Ioãnes in Apocalipsi. Hi empti sunt de terra ex oĩbus primitiæ Deo & agno. i. de terra humani gñis sublati sunt precio sanguinis Christi, pro quo passi sunt & coronati, ut sint primitię primi fructus martirũ noui testi, ad honorẽ Dei & ĩcarnati Xpi. Patet ergo ex his, hos innocẽtes habuisse primã cõdõnẽ martirij, eo q ope licet nõ corde uel affectu mortẽ uiolẽtã sustinuere. Secdm genus martirij est tm cordis uel affectus, ut cũ qspiã affectat subire mortẽ uiolẽtã in honorẽ Dei & pximi salutẽ. Et hoc fuit btẽ uirginis martiriũ cui dixit Symeõ. Et tuã ipsius aĩam pertrãsibit gladius. Plurimi ẽt sanctorum id optarũt. Triplex aũt est huiusce martiriũ. Primum est in aduersitatibus patientiã ferre. Et ita sine ferro & flammis martires esse possumus, si patientiam in

Duo ad martiriũ congruunt

Triplex genus martirij.

Martiriũ cordis uel animi triplex.

animo, ueraciter custodiamus. Secundum martiriũ est compassio afflictorum, quibus compati debemus. Vnde Gregorius. Qui dolorẽ exhibet in aliena necessitate, crucem portat in mente. Ideo Apostolus ait, Quis infirmatur, & ego non infirmor? Tertium est inimicorum dilectio. Hinc Gregorius. Ferre contumelias & odientem diligere, est martirium supportare in occulta cogitatione. Tertium genus martirij est affectus & operis simul. Id aũt proprium, & perfectum est, ut cum quis non tantum affectat, sed & uiolẽtam sustinet mortem, Pro Christi nomine. Quemadmodum fecerunt Stephanus, Laurentius, Angelus carmelita, & alij quamplurimi. Quantũ ad secundum, quod principaliori modo congruit martirio est ut. s. ille qui uult effici martir, non tantũ uiolentam subeat mortem, sed pro legitima & rationabili causa. Quamobrem ille qui propter homicidiũ furtum, uel aliud maleficium decapitatur, suspenditur, uel comburitur, non dicitur martir, licet uiolentam subeat mortem. Potest tñ ille facile saluari, dũ patienter suffert mortem, ob suorum peccatorum remissionem. Sequitur proinde, quod si quispiam suffert mortem ob magnam gloriæ famã, martir non debet appellari. Quemadmodũ Marcus Curtius eques Romanus, bello egregius, qui Zelo patriæ equo maxime ornato se in hyatum Romæ, uel uoraginem misit. Quo mortuo, statim hyatus obturatus est. Id autem præcipue fecit ob laudẽ & gloriam consequendam. Pariter & Iudas machabeus qui poterat euadere mortem et noluit propter humanam gloriam. Sequitur preterea quod illi qui sustinent mortẽ ad deffensandã eorum hæresim & erroneã opinionẽ ab ecclesia damnatã, martires minime dici possunt. Vt nonnulli his tẽporibus hæretici lutherani. Sequitur rur-

[Margin: 2. Cor. 11. — Tertium genus martirii. — Legitima causa quæ necessaria est ad martirium. — 1. Mach. 9.]

ſus q̄ illi maligni homines atq; peruerſi in ſeipſos crudeliores, & ſceleratiores homicidæ, qui flammis ſe donant, aquis ſe profocant, pręcipitio ſe collidũt, & gladijs ſe interimunt, non ſunt dicendi martires. Vt illa Lucretia Romana, Cleopatra, & Iudas Scariothi, & alij id genus. Similiter Ragias qui ſeipſum pręcipitauit & gladio uulnerauit. Pariter et Saul. At contra argui poteſt de illis qui tempore perſecutionis Chriſtianorum ſe occiderunt, de quibus eccleſia memoriam ueneratur, et in cathalago ſanctorum ſcribuntur. Similiter de Sãſone qui ſeipſum interemit. Ad qđ Auguſtinus rñdet. I. de ci. dei. c. 2. q̄ iſti id fecerunt diuina inſpiratiõe afflati, ſicut de illis mulieribus quæ ne pudicitiam perderent, & ab inſectatoribus corrumperẽtur ſe in flumine præcipitarunt. Cęteri uero de quibus dictum eſt nõ poſſunt martires appellari, licet uiolẽtam ſuſtinuerint mortem, quia martirem non facit pena, ſed cauſa. Iccirco martiriũ proprie ſumptum exigit ut quis ſubeat mortem, iuſtis & legitimis necnon & rationabilibus cauſis. Quæ quidem cauſæ, in numero ſunt ſeptẽ. Prima cauſa dicitur iuſtitia, pro qua ſuſcepit martiriũ primus martir Abel, de quo Chriſtus dixit Iudæis. Vt ueniat ſuper uos oĩs ſanguis iuſtus, a ſanguine Abel iuſti &c. Et alibi inquit ſaluator. Beati qui perſecutionem patiũtur propter iuſtitiam, qm̄ ipſorum eſt regnum cœlorum. Vbi iuſtitia pro omni uirtute accipi debet. Itaq; cum quiſpiã occiditur propter aliquod bonum opus factum amore Dei, decet eum martirem appellare. Secunda cauſa eſt pati pro legẽ ſeruanda, quemadmodũ ſeptem machabęi, ne legẽ Dei uiolarent interempti ſunt, de quibus eccleſia celebrat feſtum. Et licet ante Chriſti incarnationẽ fuerint martirizati, tñ quia eo modo paſſi ſunt quo &

1. Mac. 14. 1. Reg. 31. Iudi. 16. *Martirem non facit pena ſed cauſa.* Matth. 23. Matth. 5. 2. Mach. 7.

martires noui testi,ne.s.transgrederentur legẽ Dei, sicut & isti ne fidem euangelicã negarent. Tertia martirij causa est cum quis patitur pro libertate ecclesiæ,sicut beatus Thomas archiepiscopus cãthuariensis.Ille.n.misit manum ad fortia,spreuit damna spreuit opprobria,nulla Thomã fregit iniuria.Et tãdem pro ecclesiæ libertate cesus fuit.Et dum dabaẽ funeri,nouus Abel successit ueteri. Vox.n. cruoris, uox sparsi cerebri,cœlũ repleuit clamore celebri, ut diffusius in eius legenda scribitur.Dicebat ẽt ille diuus Ambrosius seuissimo Imperatori.Si rapis,si deuoras,si acceperis,sustinebo.Si aũt extenderis manũ tuam ad sanctuarium Dei,ibi me sacerdotem inuenies. Quarta causa est pati propter acertionẽ ueritatis,& pro ipsa ueritate defensanda, mortẽ subire.Quẽadmodũ Esaias,Hieremias,Micheas,Daniel,Ioannes baptista,& cæteri prophetæ fecerunt. Hi.n.omnes pro ueritate,passi & mortui sunt. Melius est quippe pro ueritate pati supplicium, q̃ pro adulatione beneficium.Ideo Augustinus in sermone decollationis Ioannis Baptistę,ita inquit.Discernendũ est qui & pro quo patiuntur,& erunt martires Dei.Si pro ueritate qui Christus est patiuntur si quidem legitime coronantur &c. Quinta martirij causa,est pati pro fide Christi,pro qua passus est Stephanus,& alij martires noui testamenti, q proprie martires appellãtur, eo q̄ propter testimoniũ q̃d pro fide Christi dederunt,interempti sunt. Martir.n.grece,idẽ est q̄ testis latine.Et de his omnibus, Apostolus Paulus ita clamat. Sancti per fidem uicerunt regna,operati sunt iustitiã,adepti sunt repromissiones.Et tandem concludit.Lapidati sunt,secti sunt,tẽptati sunt,& in occisione gladij mortui sunt. Et hi oẽs testimonio fidei probati inuenti sunt &c.

Ambrosius aduersus imperatorem.

Augustinus.

Hebre.11.

Roma.10.

Et ille idē ad Romanos. Corde creditur ad iustitiā, oris aūt cōfessio fit ad salutē &c. Sexta causa est pro charitate pati & hoīum salute. Quēadmodum Christus ꝓ humani gn̄is redēptiōe passus, est iuxta illud Ap̄li Petri. Christus passus est pro nobis, uobis relinquēs exēplū &c. Et ipse Christus alibi ait. Maiorē charitatē nemo habet, ut animā suā ponat qs pro amicis suis. Ecclesia quoq; alta et clara uoce clamat. Filiæ Hierusalē, uenite & uidete martirē. s. Christū, cū corona qua coronauit eū dn̄s, in die solēnitatis & lætitiæ &c. Septima & ultima martirij causa est pati loco Christi, sicut innocētes, in quorum singulis putabatur occidi Christus, & martirij gloriā, quā in alijs propria uolūtas meretur, illi pro Christo occisi, per Dei misericordiam sunt assequuti. Nā effusio sanguinis pro Christo uicē gerit martirij. Quia quēadmodū pueris baptizatis ꝑ gratiam baptismatis meritum Christi operatur ad gloriam obtinendā, ita in occisis propter Christum operatꝰ meritum martirij &c. Ex quibus oībus euidenter dinoscitur qualiter innocentes Christi, ab Herode occisi has duas condictiones habuerunt ad uerū martirium necessario requisitas. Et per consequens ueri martires debent appellari. Clamo ergo ad te, o, Herodes. Tu cupis mortificare puerū Christū, q cū sit uita, oībus uitā præstat. O, Herodes, tu times regnū ammittere tpale ab isto puero, qui regnū p̄stat ęternū, cuius regni non erit finis. O, Herodes, regnū tuū ꝑdere noli uereri. Iccirco noli hos pueros interimere gladio ut Christum occidas, qm̄ & ipse clamat. Regnū mēū nō est de hoc mūdo. O, Herodis ambitio, ꝙ ceca semp, o ꝙ p̄sumptio pessima, o ꝙ perdit cōcessa, q incōcessa capit. Herodes obsidens terrenū regnū impugnat celeste. O, Herodes tu nō agno

Innocentes quomodo martires fuerūt

De clamatio aduersus Herodem. scis puerum istum quem occidere cupis. Si.n.agnosceres,tu magis illum q̃ Cæsarem adorares.Ille quippe maior est illo cui subijciuntur omnia regna , cum sit ipse rex regum, & dñs dominantium . O,Herodes,mors istius pueri non erit tempore tuo . Igitur a persecutione desiste.Magis in eum crede, nam ipse stabiliet regnum tuum temporale,&aliud donabit æternum.Sed quoniam impie occidisti pueros istos,licet tantum corporali morte sed non ęterna, ut perderes puerum Christum,oppositum tibi eueniet.Ecce puer iste nunc nunc mortificat te, tã æterna q̃ corporali morte . Ideo sequitur euangelista.
Defuncto autem Herode,ecce Angelus domini apparuit in somnis Ioseph in Egypto dicens .Surge & accipe puerum & matrẽ eius, & uade in terram Israel,defuncti sunt enim qui quærebant animam pueri.Qui consurgens accepit puerum & matrem eius , & uenit in terram Israel . Septem fere annis peregrinatus est dñs in Egypto,de qua peregrinatione uaticinatus est Hieremias.Quare futurus es sicut colonus ĩ terra,& quasi uiator declinans ad manendũ? Quare futurus es quasi uir uagus & fortis,qui nõ potest saluare? Tu autem in nobis es dñe, & nomẽ sanctũ tuum inuocatum est super nos, nę derelinquas nos. *Hier. 14.*
Psal. 68. Et Dauid in persona Christi. Extraneus factus sum fratribus meis,& peregrinus filijs matris meę. Hęc sunt quæ de hac uaga peregrinatione dixerunt prophetæ,quam Christus perpessus est,ut filios Adam exules & uagos extraneos a cœli ciuibus factos,& peregrinos a filijs celestis Hierusalẽ , hac sua in terris mansionum inquieta mutabilitate, in celestium mansionum stabilitate firmaret.Defuncto aũt Herode (ut dicit euangelista) qui primo alienigena regnauit in Iudæa post Hircanum,& dictus est Ascalonita.Et ut traditur in historijs toto corpore corru- *Mors impij Herodis .*

pto & a domino plaga gehenali percusso,ut de cor pore eius uermes scaturirent,præ nimio dolore sibi manum immiserit.Ecce Angelus domini apparuit s.post septem annos quibus mãsit in Egypto. Quia quemadmodũ traditur ab Historiographis,uigesimo octauo uel trigesimo anno regni Herodis natus est Christus.Et trigesimo octauo anno regni sui mortuus est Herodes . Apparuit ergo Angelus in somnis Ioseph.Et merito in somnis ad significandũ ꝙ Ioseph erat pater non nisi secundum opinionem & legem.Quod.n.in somnis uidetur, secundũ phan tasiam apparet,quod opinioni & nõ ueritati respõdet.Et dixit ei Angelus.Surge ad eundum et accipe puerum,non dixit filium tuum, & matrem eius, & uade in terram Israel.Sed non determinat sibi locũ ut Angelus iterum reuertatur, & Ioseph frequenti allocutione certior reddatur.Ipse.n.diuino oraculo plurimum lætabatur,tũ quia magis ac magis agnoscebat puerum illum esse uerum Messiã conceptũ de spiritu sancto,tum quia defuncti erant qui quærebant animam pueri.i.uitam corporalem.Ideo uenit cum puero & matre eius in terram Israel, ut adimpleretur uaticinium Oseæ in persona dñi dicẽtis. Ex Egypto uocaui filium meum, ut supradictũ est. *Audiens autem quod Archelaus regnaret in iudea pro Herode patre suo timuit illo ire.Et admonitus in somnis secessit in partes galilee.*Herodes moriens testamentũ condidit, in quo reliquit Archelaum filium regni sui successorẽ, quẽ præ cæteris diligebat.Hac tamen determinata con dictione,ut Romam peteret,et ab ipso Imperatore Romano,regni coronam acciperet. Ad accipiendũ igitur diadema proficiscitur Romam.Sed et fratres eius Philipphus.s.& Herodes illuc uenerant petentes paternę hęreditatis partem.At Imperator habi-

to consilio, decreuit ut Archelaus regni paterni medietatem haberet, quæ dicta est Iudæa. Reliquã uero medietatem in duas partitus est, dans unam Herodi minori, uidelicet Galileam, aliamq; Philippo puta Ituriam & Trachonitidem regionem. Medietas igitur Archelao concessa Iudeæ nomẽ obtinuit. Itaq; Archelaus dicitur in Iudæam regnasse. Et q̃m a patre suo hęres totius regni constitutus erat, & charior patri, iccirco fauebat machinationibus patris de Christi occisione, & cæteris malis. Quãobrem proditionem formidans Ioseph, non audebat ad terram Archelai reuerti, sed iterum admonitus i somnis ab Angelo, secessit in partes Galileę, ubi Herodes dominabatur, qui partione sibi debita a patre fuerat priuatus, ut dictum est. Quapropter Ioseph cum puero & matre eius ibidẽ securius mãsit. *Et ueniens habitauit in ciuitate quæ uocatur Nazareth ut adimpleretur quod dictum est per prophetas, quoniam Nazareus uocabitur.* Quemadmodum in superioribus dictũ est, nullum misterium scriptum aut factum est in ueteri testamento gratia sui, sed omnia in figura noui testamenti, omniaq; Christi misteria & ecclesiæ prænũtiabant. Ita in lege gratiæ quicquid operatus est spiritus sanctus per Angelum, sicut de fuga in Egyptũ, de reuersione in Israel, & de mansione in Nazareth omnia idem spũs efficiebat, pariter & Christus, ut adimplerentur oracula prophetarum. Habitauit ergo Ioseph in ciuitate quæ uocatur Nazareth, ut cõpleretur quod dictum est per Esaiã prophetã. Egredieẽ uirga de radice Iesse, & flos de radice eius ascẽdet. Hebraica autẽ ueritas habet, Et Nazareus de radice eius consurget. Quare dicit euangelista, quoniã Nazareus uocabitur. Et forte alij pphete quorum scripta non habẽtur, idem dixerunt. Vnde Philippus

Diuisio regni Herodis in tres partes.

Esai. 11.

lippus sciens hoc a prophetis prędictũ, ait ad Nathanael. Quẽ scripsit Moyses & prophetę inuenimus Iesum filiũ Ioseph a Nazaret. Cui Nathanael a Nazareth inquit pōt aliqd boni esse? Nã in ciuitate Nazareth Christus fuerat cōceptus & nutritus. Merito igitur Iesus Nazarenus uocabatur, ut scripsit pilatus rex Iudeorũ. Christo etiã interroganti milites quẽ qrerent, rñderũt. Iesum Nazarenũ &c.

De puero Iesu remanente in Hierusalem: qui inuentus est disputans in templo. Cap. quartumdecimum

P*uer aũt crescebat & confortabatur plenus sapientia: & gratia Dei erat in illo. Et ibant parentes eius per oẽs annos in Hierusalem in die solemni pasche.* Puer qualiter crescebat etatę & sapiẽtia, satis supra dictũ est. Ibant aũt parentes eius tãq̃ deuoti & religiosi, legis obseruatores per oẽs annos ut essent in Hierusalẽ in die solemni pasche, ut legem audirent, sacrificijs participarent, solemnitati interessent. Sed pro maiori notitia scire operepreciũ est, queadmodũ fatentur ueteres scripturarũ interpretes, festiuitates Iudæorum, quasdã fuisse cōes, quasdã uero singulares. Cōmunes aũt duæ pręcipuę erant. s. sabbatũ; quo ab omni operę uacabant, in memoriam illius diei in quo Deus ab omni creationis opæ qeuit. Alia erat neomenia in principio nouilunij, ad laudẽ & creatoris honorẽ q oĩa tempora creauit. Aniuersarie uero festiuitates erant tum maxime quinq̃. s. festũ pasche quod celebrabaẽ decima quarta luna primi mensis in memoria liberationis de Egypto. Secũda erat festiuitas pẽthecostes quæ celebrabaẽ qnquagesima die a pascha, eo q̃ tunc data fuit lex iudęis a Deo in mōte Synai. Tertia festiuitas erat tubarũ celebrata prima die mẽsis Septẽbris, quo tempore buccinabunt cornibus pecorũ in memoriã q̃ eadẽ *Festiuitates Iudæorũ plures.*

die fuit Isac liberatus ab immolatione pris, pro eo pecore substituto. Quarta erat festiuitas propitiationis, & celebrabat decima die mesis Septebris, qa eadē die uenit ad eos Moyses referēs irā Dei fore placatam de offensa conflationis uituli quem adorauerant. Quinta dicebat scenophegia .i. festū tabernaculorū, quod erat decima quarta die Septembris. Et tunc illis diebus in tabernaculis habitabāt, in memoriā q̄ p̄res eorū quadraginta annis i deserto fuerunt sub umbraculis habitantes. Sed inter has festiuitates tm̄ tres .s. pasche, pentecostes, & scenophegie, erant soleniores, & septē diebus celebrabant. In qbus omne masculinū secūdū præceptū legis ascendebat in Hierusalem ut appareret corā dn̄o, ipso dicente. Tribus uicibus p singulos annos mihi festa celebrabitis. Ter in anno apparebit omne masculinū tuū corā dn̄o Deo tuo. Poterant tn̄ ex rōnabili causa in festo pēthecostes & scenophegie se excusare. Sed in paschate, non nisi infirmitate cogente. Huiusce aūt legi mulieres nō erant astricte, plurime tn̄ ueniebant ex deuotione. Vnde & beata uirgo ascendebat singulis annis nolens puerum dimittere sine cura. præcipue uero dum regnauit Archelaus.

Tres festiuitates iudeorum soléniores.

Exo. 23.

Ex his quidē error recentiorū hereticorū apparet, qui festa abrogare conant & abolere clamantes, in nullo diē aliū alijs esse præferendū. Quæ uox uana est & erronea, cū Deus ipse festa quędā obseruari p̄cepit, & quidē longe pre alijs diebus. Maxime uero id in festiuitate apparet paschali quā solēniter adeo iudęi obseruare cogebant ex præcepto cū agno paschali, q̄ typus erat ueri paschalis agni Christi, qui uenturus erat in mundo. Et nos cur nō potius magisq̄ merito de his quæ præterierunt fe-

Contra lutheranos de festiuitatibus.

h 3 1

sta celebremus, qm̄ pascha nostrum imolatus est Christus. Sicut idem agni paschalis festū iudęi de eo quod futurū erat celebrabant. *Et cum factus esset annorū duodecim, ascendentibus illis in Hierosolimā sedm consuetudinē diei festi, cōsumatisq; diebus cū redirēt remansit puer Iesus in Hierusalē, & nō cognouerūt parentes eius. Existimantes aūt illum esse in comitatu, uenerunt iter diei, & requirebant eū inter cognatos & notos. Et nō inuenientes regressi sunt in Hierusalem, requirentes eum.* Adiscant hic patres sequentes mores sanctissimorū patrū, liberos suos prima statim etate in templū adducere non negligere, ut ibi audiant missam, auscultent, & obseruent uerbum Dei, aquā sumāt benedictā, orent, ceterasq; discant cerimonias, ut sic una cum annis succrescat in illis amor Dei, & cult⁹ pietatis, sicut dicit Hieremias. Bonū est homini qui portat iugū dn̄i ab adolescētia sua. pfecto cum pertinax induruerit inuetus, frustra laboraueris. Et quod semel curuū aut unquā rectū, principijs prime statim etatis occurrēdū est, quēadmodū sapiens prudenter consuluit dicens. Filij tibi sunt, erudi illos, & curua illos a pueritia eorū. Curua inquit ad similitudinem uirgulti, quod dum tenerū est ad oēm partē flexibile est. Sed cū iam indurverit fregeris citius q̄ flexeris. Ad honorē ergo & Dei timorē educa liberos tuos. Melior est.n. unus timēs Deū q̄ mille filij impij. Et hoc est quod Ioel docuit, quibus modis irā effugiamus diuinā dicens. Canite tuba in syon, sanctificate ieiuniū, uocate cetū, cōgregate populū, sanctificate ecclesiā, coadunate senes, congregate paruulos, & suggentes hubera. Ecce q̄uo hic docemur in honorem Dei infantulos quoq; esse ad templa ferēdos, eorūq; noie orandū Deū, ut si peccatis senioꝝ iratus sit dn̄s, saltē innoxio & inocenti parcat sangui-

.i.corin.5.

Eruditio puerorum pulcherima.

Treno. 3.

Eccl. 7.

Eccl. 16.

Ioel. 2.

ni puulorum. Ob eorũq; inocẽtiã faciat nobiſcũ mi-
ſericordiã ſuã. Dicit ergo euãgeliſta. Et cũ fact⁹ eẽt
Ieſus annorũ. xij. ſcđm q hõ q ſcđm diuinitatẽ ſem
pidẽ eternalr fuit, aſcẽdẽtib⁹ illis, uidelicet Maria
& Ioſeph Hieroſolimã, ſic. n. appellauit eam Salo-
mõ, q̃ cõiter Hieruſalẽ nũcupat, ſituq; altior q̃ Ga
lilea fuit, iõ aſcendiſſe dicũt, ſcđm cõſuetudinẽ diei
feſti, ideſt put ſolitũ fuit circa feſtiuitatẽ paſchalẽ.
Bona quippe & laudabilis conſuetudo, uim legis ha
bens, iõ ſine idonea cauſa omittenda nõ eſt. Cõſu-
matiſq; diebus, ſ. ad ſolẽnitatẽ illã ſpectantibus, cũ
redirent. ſ. a Hieruſalem in Galileam remanſit puer
Ieſus in Hieruſalẽ. Et nõ ſine rõnabili cã, primo ut
ſapientiã ſuã tunc tẽporis demõſtrare ad gloriã pa-
tris inciperet. Secũdo, ut pueris, imo & cũctis exẽ
Cur Chri plum pſtendi in templo in cultu ac opere Dei p̄
ſtus mãſit beret. Tertio, ut zelũ ſuũ circa diuina ac pr̃is hono
in Hieru- rem a pueritia palam inſinuaret. Quarto, ut amore
ſalem in ſpũalis pfectus in ſapientia, ſcientijs atq; uirtutib⁹,
pueritia. carnales parentes oñderet relinquendos. Et nõ co
gnouerũt parentes eius, eũ ibi remanſiſſe, qa ut Be
da fatetur ad prefatas ſolẽnitates uenientes atque
ad propria redeũtes uiri & mulieres ſeorſum ince-
debant. Infantes aũt ac pueri, cũ quolibet parente
indifferenter ire poterant. Ideoq; beatã Mariã, uel
Ioſeph uiciſſim putaſſe puerũ Ieſum quẽ ſe cõmita
ri nõ cernebant cũ altero parente reuerſum pſpi-
cuum eſt. Quãobrẽ uenerunt iter diei. i. unius diei
iter cõfecerũt, a Hieruſalẽ recedendo & requirebãt
eũ inter cognatos & notos, uicinos & familiares,
& nõ inuenientes eũ, regreſſi ſunt in Hieruſalẽ, ter-
Pulcherri- tia die requirentes eũ in ea, ubicunq; putabãt iueni
ma cõtem ri poſſe. Contẽplemur hic anxiã utriuſq; parẽtis
platio. Chriſti cõpaſſionẽ cũ iã chriſtũ amiſiſſent ubi euã

gladius Symeonis ptransiuit aiam Mariæ. Cõtemplemur quoq; qbus illa fletibus, q; profusis lachrimis discurrerit, undiq; amaritudine maxima cõcepta, q; filiũ nec apud Ioseph, nec apud cognatorũ quẽquã inuenerit. Quãtas ibi inquietudines noctu tam perturbata sensit sanctissima uirgo p filio suo dilectissimo. Quisquis igit fideliũ diligẽter secũq; recogitet triduanũ istũ dolorẽ Mariç, maxime sane & acerbissimũ, cũ usq; adeo sollicita dñm Iesũ undiq; quæreret. Secundũ aũt huius euãgelij spiritualẽ intelligentiã nõ est ignorandũ quattuor inueniri p que Christũ amittere possumus, qbus alia quattuor annectunt rõne quorũ Christus amissus recupari põt. Primo, p ineptã letitiã, quod notatur p hoc q; beata uirgo de terra sua expulsa in Egypto peregrinabat, totq; pturbationibus inuóluta filiũ nõ pdidit. postq; aũt ad solẽnitatẽ pficiscit, ipsum amisit, ut palã insinuet q; Christus sepe in aduersitatibus custodit q in psperitatibus amittitur. Dũ.n. Dauid psecutionẽ patiebat a rege Saul, Deũ nõ deseruit, q postmodũ in regno firmatus i adulteriũ cecidit, & homicidiũ ppetrauit. psperitas .n. huius mũdi ueluti uinũ purũ cito inebriat. Secus de aduersitate, quæ ad instar uini pmixti sobrietatem gñat. pariter in magnis festiuitatibus sepenumero hoies Christũ amittunt. Cũ.n. institute fuerint ad animarũ utilitatẽ, sepissime ad corporũ uoluptatem uertuntur, q inde a Deo reprobant ipsõ dicente. Odiui & proieci festiuitates uestras. Quasi dicat, uestre sunt & nõ meæ. Secũdo amittit Christus pter nimiã cordis & animi distractionem, quod innuit ex hoc, qm parentes eũ amisserunt ob id q; a Hierusalẽ recesserunt, & se turbis immiscuerunt. Qui.n. recedit a tranqllitate cordis, & tradit se oc-

Spiritualis intelligẽtia.

Primum p quod christus amittitur.

Amos. 5.

Secũdum

Tertium cupationibus mundanę felicitatis facile Christum
Reg.17. amittit. Quēadmodū Helias manēs in solitudine
dlicate pascebať a dño. Sed ad turbas se trāsferēs,
uix aquā & bucelā panis obtinuit. Quia quandiu
homo in quiete morať, interna delectatione pasci-
tur. Hinc filij Israel manna recipere potuerunt nisi
postq̃ mare transierūt, qa spūalē cōsolationem in
huius seculi pturbationibus nullus recipere ualet.
Tertio, Christū amittere possumus p uanā fiduciā.
Tertium. putabat.n. Ioseph, puerū esse cū matre, quē uersa ui
ce fore in cōmitatu Ioseph, mr̄ arbitrabať. Et ita ta
li fiducia Christū amiserunt. Quidā pfecto in pro-
pria sapientia nimiū cōfidunt, ut Salomon. Quidā
uero sue fortitudini fidūt, pprięq; cōstantię, ut Sā-
son, & Petrus. Alij aūt diuitijs: nōnulli quoq; mise
ricordię Dei ita fidunt, ac si nullā iustitiā haberet,
Hier. 9. Contra quos clamat Hieremias. Non glorietur sa-
piens in sapientia sua, nec fortis in fortitudine sua,
nec diues in diuitijs. &c. Quarto amittiť Christus
per ignorātiā, iuxta illud quod seqtur. Et nō cogno
uerunt parentes eius. Si.n. cognouissent, nunq̃ eum
amisissēt. Sic peccator sepe Christū amittit, qa pe
Quartus riculū suū nō agnoscit, dicente Esaia. Propterea ca
modus a- ptiuus ductus est populus meus, qa nō habuit scien
mittendi. tiam. Nulla quippe periculosior est infirmitas q̃ il
Christum. la q̃ nō sentiť, peccator.n. spūaliter est infirmus, sue
Esa.5. tñ egritudinis ignarus, cum sit excecatus tenebris
peccatorū, & ideo medicū nō q̃rit. Et est sicut fre-
netic⁹ q ridet, parētib⁹ plorātib⁹, sic peccator letať,
de cui⁹ pditiōe iusti tristāť. Opposito mō q̃tuor i-
Primus mo ueniunť qbus Xp̄s amissus recupari pōt. Prio p hu
dus inue- ius mūdāę felicitatis exclusionē, q̃ notaťp id qd̄ dr̄.
niēdi chri- Dolētes q̃rebam⁹ te. Quia quēadmodū inepta le-
stum. titia causa est ut Christū amittamus, sic tristitia sa-

lubris facit ipsum inuenire. Ideo Bernardus. Quo inueniã te bone Iesu in gaudio, quẽ mr̃ dolẽs uix te inuenit. Maria proinde sicut scribit in euãgelio stabat ad monumentũ foris plorãs, & quia plorauit inuenit. Hieremias itaq; dixit. Luctũ unigeniti fac tibi amarũ. Nullus ergo speret se posse iuenire Christum gaudendo, quẽ mater inuenit dolẽdo. Magdalena lachrimãdo, & oẽs sancti tanq̃ unigenitũ lugendo. Secũdo recuperat̃ p̃ cordis pacificationẽ. Id.n. notat̃ p̃ hoc q̃ in Hierusalẽ q̃ interpretat̃ uisio pacis redierunt. Qui.n. Christũ amisit p̃ cordis turbationẽ recupare eũ põt, p̃ mentis pacificationem, qm̃ Deus cũ sit pacis amator nõ habitat nisi in corde pacato, dicente psalmista. In pace factus est locus eius. Videmus insup̃ q̃ imago hoĩs in aqua turbida nõ cõspicit̃, sed in aqua lympida & trãquilla. Ita Deus a corde turbido & inquieta mente minime uideri põt. Et hinc est q̃ apostoli receperũt spiritũ sanctum sedentes. i. a tumultibus quiescentes. Tertio recupatur p̃ deuotã orõnem, quẽadmodũ notat̃ p̃ hoc q̃ Maria filiũ recupauit in templo, in quo salubres mittunt̃ orõnes p̃ eleuationẽ cordis i Deum, iuxta illud saluatoris. Domus mea domus orõnis uocabit̃. Paulus.n. apostolus tribus diebus & noctibus orauit, ut Christũ recuperaret, quẽadmodum Dauid orationem profusa misericordiam promeruit, Quarto recuperatur Christus per completam satisfactionem. Id.n. notatur ex eo q̃ Christũ post triduũ iuenerũt. Pria.n. dies ẽ cõtrictio cordis: Scđa oris cõfessio: tertia uero opis satisfactio.

Verum doctores sancti admirantes hanc spũalẽ trium dierũ consideratiõnẽ, exponunt p̃ triplicem legẽ. s. naturę, Moysi, & gratię in prima die. s. sub lege naturę quęsierũt Christũ, patriarche ac ceteris

Ioan. 20. *Hiere. 6.* *Secundus mod' querendi eum* *Terti' modus querẽdi Christum.* *Mat. 21.* *Trium dierum pulchra cõsideratio.*

primi patres, sed nõ inuenerũt. In secũda die uidelicet sub lege Moysi quesierunt eũ prophete, sed inuenire minime ualuerunt. Ad extremũ gẽtes sub euangelio die tertio illum reperierũt in templo ecclesie catholicę, quod & Christus professus est di-
Luca. 10.
cens. Multi reges & prophete uoluerunt uidere q̃ uos uidetis & nõ uiderunt, & audire quæ uos audiris & nõ audierũt. Quod aũt gentes Christum
Roma. 11.
inuenerunt, paulus testatur dicens. Quod quęrebat israel, hoc non est cũsecutus. Electio uero. hoc est gentes consequuta est. Ponderent etiam hic doctores nõnulli qũo nõ temere triplices psone, Christum quesierunt ab infantia sua. Pastores quippe in presepio adhuc positum inuenerũt. Tres Magi qui eundẽ reperierunt in Bethleem, & nunc Ioseph una cũ Maria in templo. Per pastores denotantur doctores & ecclesię prælati ut Augustinus Hierolymus, Ambrosius Gregorius, Chrysostomus, & ceteri alij latini, & greci Magi, spũales homines significant, quoniam illis peculiaris stella relucet ex Deo & gratia, ut cũ mundũ potenter reliquerint, Christum inueniant in Bethleem. i. in domo panis, sicq; pię & sanctęuiuant letitia immensa & gaudio perfruantur spũali, necnõ uita cõtemplatiua pascantur assidue. Per iosephũ & Mariam parentes Christi, omnes figurati sunt homines pĳ, & ueri christi fideles iuxta uerbũ domini, qui fecerit uoluntatem Dei hic frater meus, sorror, &c. Preterea ioseph & Maria Christum apud semetipsos inuenire nõ ualuerunt, quoniã in proprio & priuato amore inueniri non põt Amor. n. sui ipsius ẽ ualde perniciosus ac multorũ errorũ causa, iuxta illud Apostoli, instabunt tempora periculosa & erunt homines seipsos amantes, cupidi, elati, &c. Secun-

Tria genera hominum querunt Christum.

Marc. 3

2. Thim. 3.

do,nõ inuenitur in cõmitatu terrenorũ hominum, hoc est in amore huius terrene uoluptatis,impedit n.mũdus,ut ipsum inuenire ualeamus,dicente domino in euãgelio. Mittam spũm ueritatis quẽ mũdus ñ pt capere. Et potius inuentũ amittere facit. Tertio nõ inuenitur inter cognatos & notos. i.in amore domestico parentũ & consanguineorũ. Vnde Bernardus ait. Quomõ bone Iesu inter cognatos meos te inueniam,qui inter tuos minime es inuentus. Moyses quoq; scripsit in lege. Qui dixit patri suo & matri sue nescio uos,& fr̃ibus suis ignoro uos,& qui nescierũt filios suos, hi custodierunt eloquium tuũ,& pactũ tuũ seruauerũt. Ex quibus sequit̃ quartũ q.s.inuenitur in templo Dei. i.in diuino & spũali amore,iuxta illud saluatoris. Si quis diligit me,sermonẽ meũ seruabit,& pater meus diliget eũ,& ad eũ ueniemus & mãsionẽ apud eũ faciemus. Tres aũt superiores amores relinquẽdos, & quartũ amplectẽdũ admonet nos dominus dicens. Si quis uenit ad me,& nõ odit patrẽ suũ, & matrẽ suã,quod refertur ad amorẽ domesticũ. Parentes.n.odiendi sunt si reperiuntur infideles, uel hæretici,uel si filios suos a seruitio Dei & christi fide auertere conantur. Rursus,nullus debet diligere aĩam suã.i.propriã uitã carnis,quod refertur ad ꝓprium & priuatũ amorẽ. Sed eã odire,dicente saluatore. Qui odit aĩam suã in hoc mundo,in uitam eternã custodit eam. Et subdit. Et qui non baiulat crucẽ suam quod ad amorẽ huius terrene cupiditatis referri debet. Ille.n.crucẽ suam baiulat qui crucifixus est mundo,& mundus sibi,quẽadmodũ dicit Apostolus. Mihi aũt mundus crucifixus est & ego mundo. Et cũ subditur: Et uenit post me. Id refertur ad diuinũ & spũalẽ amorẽ. Ille ꝗppe inquit

Ioan. 14
Deute. 33.
Ioan. 14.
Quattruplex amor hic notatur.
Luc. 14.
Ioan. 12.
Galat. 6.

Christus uenit post me, qui non terrena sed cele-
stia desiderat. Non sicut Adã q terrena dilexit, &
celestia deseruit. Deinde subdit euangelista. *Et fa
ctum est post triduum inuenerunt illum in templo sedentem in
medio doctorum, audientem illos & interrogantem eos. Stupebãt
aũt omnes qui eum audiebant super prudentia & responsis eius
Et uidentes admirati sunt.* Parentes Christi post triduũ
inuenerunt illum in templo, nõ in platea, nõ in thea
tro, non in diuersorio, nõ in ludo, & non circa alias
id genus uanitates, quas etiã pueri exercere solent.
Sed in templo, ut pr̃es hinc habeãt exemplũ, filios
suos ita educandi & erudiẽdi, ut & ipsi tẽplis assue
scãt. Quẽadmodũ Samuel, Zacharias, Helisabeth
fecerũt, & alij q̃p plures, qui ab infantia sua pietati
sese addixerũt, et sedule orõni. Discãt hinc seniores
nõ querere Christum in libris poetarũ, nec peñes
historias Caldeorũ, persarũ, Grecorum, Romano-
rũ, seu Troianorũ, uel Chartaginẽsiũ, quia nõ inue
niẽt nisi falsos Deos, ut Iouẽ. Mercuriũ, Martem,
Venerẽ, Cererẽ, Bacchũ, & alios id genus. Nec q̃
rant Christum in codicibus philosophorũ, platoni
corũ, uel perhipatheticorũ, in quibus et si unũ Deũ
simplicem, inmobilem, eternũ, & infinitum inueni
re poterint, nõ tñ trinitatem personarũ, nec Chri-
stum crucifixum inuenient. Nec quęrant puerũ Ie-
sum apud quosdam qui intricatam theologiã pro
fitẽtur, quoniam non nisi dubijs, questionibus, silo-
gysmis, disputatiõibus ipsum offuscatum inueniẽt.
Ipse.n. clamat, quęrite dominũ in simplicitate cor
dis uestri. Et alibi. Beatus qui uigilat ad fores meas
quotidie, & obseruat ad postes ostij mei. Qui me
inuenerit, inueniet uitam, & hauriet salutem a do-
mino. Discant insuper iuniores, ut si qua illis data
sit gratia diuinitus tãta ut pre alijs aliquid sciant,

Christus reperitur in templo, nõ alibi.

In quibus non est q̃rẽdus christus

ne nimiũ presumant, nec ceteros spernãt, sed alios quoq; placide audiant, alios interrogent, quod hic summa Dei pr̃is sapientia Christus fecisse cõspicitur, iuxta illud sapientis uerbũ. Audiens sapiens sapientior erit, & intelligẽs gubernacula possidebit *Prouer.1.* ita oportet modis omnibus auditũ illũ precedere, ne forte cõtingat id quod sapiens dixit. Qui prius *Prouer.18.* r̃ndet q̃ audiat, stultũ se esse demonstrat, & confusiõe dignũ. Itaq; quisquis r̃ndere uult, causa nõdũ satis intellecta, sapientes prius interrogare debet, & seniores, dicente domino in lege. Interroga patrem tuũ, & annũtiabit tibi, & seniores tuos & dicent tibi. Dixit ergo euangelista q parẽtes Christi inuenerũt eum tanq̃ sapiẽtię fontem in medio doctorũ, ut melius omnes audire, & cũ eis conferre posset. Composite sedentẽ & tanq̃ exẽplar humilitatis prius audiẽtẽ illos & interrogantẽ, q̃ docentem. Ille.n. doctores interrogat in tẽplo, qui angelos docet in celo. Ille doceri interrogãdo uoluit *Euangelij* qui uerbũ sciẽtię suis doctoribus ministrauit. Inter- *pulchra in* rogabat, nõ ꝓpter indigẽtiam, uel ut adisceret, sed *telligẽtia.* ut nobis adiscendi & zelandi scripturas sacras formã daret, & ut ea quę nõ intelligimus, interrogare nõ erubescamus, de quo tñ erubescũt multi supbi eligentes potius in errore ꝑmanere q̃ instrui. Stupebãt aũt.i. ualdę mirabantur oẽs qui eũ audiebãt super ipsius prudentia, interrogãdo & opponẽdo, & argumẽta soluẽdo. Stupebãt igitur qui alias iauditũ fuerat, ut puer tã ꝑue etatis ita sapiẽter locut⁹ eẽt. Stupor qppe ẽ uehemẽs admiratio rei oĩo incõ- *Quid stu-* suete. Ipse ĩterrogabat, ipse r̃ndebat, ipse suas & il *por.* lorũ qõnes soluebat, morẽ gerẽs pitissimi magistri, q nũc interrogando nũc r̃ndẽdo discipulos instruit Siquidẽ stupebant uidentes eius infantiam & tam

ſublimia loquentem, uidentes eũ corpore paruum pariter & etate. Sed interrogationibus & reſponſis magnũ hominẽ & nõ Deũ conſiderantes, & inter alta que audierant, & infirma que uidebãt, dubia admiratione turbabantur. Et ſi queras, ſuper qua prudentia, & ſuper quibus rñſis mirabantur: Dicũt nõnulli ꝙ ſatis ẽ nobis ſcire, etiã ſiqd tũ rñderit, tũ iterrogauerit ignorem⁹. Satis inquã ẽ nobis ita eum rñdiſſe & interrogaſſe, ut in ſtuporẽ omnium uerteretur, quẽadmodũ Hieronymus in prologo biblie dicit. Duodecim annos ſaluator impleuerat, & in templo ſedens de queſtiõibus legis interrogans, magis docet dum prudẽter interrogat. Qui ſane fulgor erat & gladius quem ille relucere permiſit, ex diuina ſua ſapientia, ſicut undiqꝫ in euãgelio fecit ubi operaturus aliquid in humana natura ſubinde cõcurrere aliqd fecit quod diuinitatem ſuã argueret. etc. O quã felices futuri fuiſſet doctores illi & Iudei, ſi ſcripturas ſuas ſcrutari uoluiſſet, & uidere quis, quãtuſqꝫ puer ille eſſet, in quo intellectus & ſapientie lumẽ tantũ refulgeret. Inueniſſent utiqꝫ illud Iſaie. Paruulus natus ẽ nobis, et filius datus eſt nobis. Et factus eſt principatus ſuꝑ humerũ eius, etc. Inueniſſent nãqꝫ Meſſiã illũ, ſuũ totiuſqꝫ mundi redemptorem eſſe. Vnde apud Ioannẽ dicitur. Scrutamini ſcripturas quia uos putatis in ipſis uitam eternã habere, & ille ſunt que teſtimoniũ (inquit puer Chriſtus) perhibent de me. Et deinceps. Si crederetis Moyſi, crederetis forſitam & mihi. De me.n. ille ſcripſit. Parẽtes preterea uidentes eũ in templo in medio doctorũ ſedẽtem, admirati ſunt ualde propter rei in experientiam, quia nũqꝫ talẽ uel rem ſimilem fecerat, licet iſtud intelligi poſſit de omnibus quotquot aderant. Cõ

Optima iterrogatio — *Hieronymus* — *Iſa. 9.* — *Ioan. 5.*

munius tamen id ad Mariam & Ioseph refertur. Mater aũt Christi quasi reuiuiscens ex nimio gaudio Deo gratias egit immẽsas. At puer Iesus uidẽs matrẽ uenit ad eam quem ipsa suscipiens, deosculãdo, ac deinde respiciẽs in faciẽ eius decorã dixit ad illũ. *Fili quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolentes querebamus te.* Quasi uelit dicere. Fili amãtissime q̃re hoc fecisti ut nobis ignorãtibus & nescientibus remaneres? Quid tam dilecte, & tam diligẽti matri? Tam grandẽ doloris materiam inferre potuisti? Peto fili id scire, ut dolor meus ex hac re conceptus ualeat mitigari. Quẽ uirgo mater per triduũ anxio dolore quesierat, post inuentionẽ inter merorẽ & gaudiũ posita, pia correctione increpauit. Ioseph aũt licet pr̃ eius diceretur nõ fuit ausus illũ arguere, cum firmiter crederet esse filium Dei, sicut audierat ex angelo dicente. Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugẽ tuã. Quod.n. in ea natum est, de spũsancto est. Iccirco putãdũ est Mariam nihil horũ dixisse rõne corrigendi & increpãdi, filium, quasi male id fecerit, Sed quia nouerat filiũ suũ eẽ sapiẽtiã Dei, iõ scire cupiebat q̃ d cã illud fecisset, ñ ignara eius qđ dixit, Iob Nihil i terra fieri sine cã. Quasi diceret Audire cupimus & cognoscere cur nos reliq̃ris cũ scieris (cũ te nil lateat) qb⁹ dolorib⁹ et lamẽtis te q̃siuerim⁹ &c. Sed spũalis loquendo, q̃rẽdus est Iesus cũ Maria & ioseph, qđ notatur cũ dr̃ pater tuus & ego Ioseph.n. interpretaẽ augmẽtũ, et significat opera bona que semp debẽt augeri Maria aũt iterpretaẽ Illuminata, & figurat fidẽ q̃ est illuminatio mẽtis. Interpretatur ĩsu per stella maris, per quã Charitas designaẽ. Quia quẽadmodũ ceteris stellis occidẽtibus, illa nõ occidit, sic ceteris uirtutibus deficientibus, illa nõ de-

Cur mater interrogat filium

Iob .5.

Spiritualis interpretatio.

ficit. Cum tali igitur societate querēdus est Christus, uidelicet, fide, charitate, & bonis operib⁹. Et si alterū istorū defuerit, inueniri nō poterit. Querēdus est pręterea cum dolore ac cōtrictione, nec nō & pñia peccatorū. Siqdē qui Christum querit cū dolore, inueniet eū in letitia iuxta illud psalmi. Letetur cor querentium dominū, querite dominū & confirmamini, querite faciem eius semper. Quisqs ergo es hō peccator q dñm Iesum amisisti, bonū summū pdidisti. Ne quiescas igitur querere dominū Deū tuū, medicū tuū, salutare, & saluatorē tuū cū dolore, humilitate, & ardēti charitate, sicut Maria & ioseph fecerunt. Et inuenies eum propitiū tibi, clementum plane & misericordiam, in his quæ patris sui sunt negocijs, sicut idipsum Christus fieri iussit, dicens. Petite & accipietis. Querite & inuenietis, pulsate & aperietur uobis. O beatā animā quæ assiduo quærit dñm, sicut mistica illa spōsa fecit dicēs indica mihi quē diligit aīa mea, ubi pascat, ubi cubet in meridiæ. Deinde subdit euangelista responsionē Christi. *Et ait ad illos. Quid est q me querebatis? Nesciebatis quia in his quæ patris mei sunt oportet me esse?* Hic est q sapientiā illā Dei admiremur immensam Maria. n. Christe prēm proposuerat Ioseph, q pater uerus illius nō erat, sed tm̄ scd̄m legē, & nutritius ipsius & Marie maritus uerū longe alium tū sublimiorē, tum excellentiorē prēm suū, Christus uicissim nominat Deum illum patremq; celestem. Et nō nisi, quia pectora & corda eorū eleuare uoluit, ut cogitarent plus se patri debere Deo, q̄ ei q corporis tm̄ erat mater. Ideo dicebat. Quid est q me querebatis? Quasi dicturus erat ut inquit theophilatus. Nō hoc necessariū fuerat, siquidē nō hinc inde uagabundus discurro, nec alicubi pergo, ubi

Qūo adhuc querendus est Christus.

Matth. 7.

Pulchra responsio Christi.

sim scio, quid mihi rei sit, optime noui. Non est q̃d uel inter amicos, uel uicinos, me quæratis. Sed i patris mei negocio, in ipso templo nimirũ quod Dei proprium, est dicẽte propheta, Domus mea, domus orõnis uocabitur. Et hinc cũ dixisset Maria, Ioseph prẽm eius, ille r̃ndit. Nõ est hic uerus pater, alioquin in domo eius mansissem. Sed deus est pr̃ meus, & ppterea in domo illius sum, idest in tẽplo suo. Quid est ergo q̃ me quærebatis? Nesciebatis q̃a in his quæ pr̃is mei. s. Dei, sunt, oportet me esse? Hoc est in tẽplo, in doctrina, ĩ miraculis, in opibus, q̃bus manifestet pr̃ meus. Nõne debeo o mr̃ mea potius respicere eũ, cuius sum æternus filius secundũ naturã diuinã. q̃ te cuius sum filius secũdum humanitatẽ? Et Ioseph cuius tm̃ sum filius secũdum legẽ? Ideo non miramini si uos dimissi ppter patrẽ æternũ cui plus teneor. Magis igitur afficiebat Iesus ad æternũ prẽm, q̃ ad tẽporalẽ matrẽ, ac prẽm putatiuũ. Et licet Christus parentes diligeret, uoluit tñ Deũ magis honorare. In quo dat doctrina q̃ pietas ad Deũ, pietati respectu parentum est p̃ferenda. Discas igit̃ & tu Deũ, parentesq; diligere & honorare, eis obedire, sed in oĩbus Deũ præferre. Et nota istud fuisse primũ uerbum quod ab ore saluatoris prolatũ esse legit̃, in quo suam diuinitatẽ expressit. Ipsum quoq; uerbũ tantę fuit altitudinis q̃ Maria & Ioseph ipsum non intellexerũt. Et hoc est quod subdit. *Et ipse non intellexerunt uerbum quod locutus est ad eos.* Nõ est putandũ ignorasse eos præsertim Mariã q̃ p̃ prẽm intellexerit Deũ prẽm eternum, sed plene nõ intellexerunt quid Christus per ista uerba p̃tenderet, hoc est p̃ quẽ modũ assereret se esse oportere in his q̃ patris sunt, ut potẽ quantũ ad locũ & tempus, aliasq; circũstãtias, & quo ad

Primum Christi uerbum.

ſctus determinatos, quid uerbū multipliciter intelligi potuit. Et Maria nō ignorauit filiū ſuū indeſinenter Deo patri, actibuſq; diuinis intentum, ſed qñ, qualr, quoties oporteret eū eſſe in templo, non ita ꝓuidit diſtinctę nec diuinę naturę archanum ipſi ꝑfectę intelligebant, quia talia ab eo audire adhuc aſſueti nō erant. Et de diuinitate ſua nondū ad eos loquentē audierāt. Hac igitur de cā nō ītellexerūt.

Contra lutheranos exageratio. Ex his uerbis aduerſus recentiores hæreticos & eoꝝ fautores inſtant catholici ac peritiſſimi uiri dicentes. Ecce Lucas hic refert Mariā & Ioſeph q̄ tū pleni erant ſpū ſancto Chriſti adhuc pueri nō itelleꝫiſſe uerba. Et uos uacui oīs ſpūs diuini, ſermones Chriſti in ſua ꝑfectione intelligitis? Sed & Paulus, 1. Cor. 1. quod ſtultū inquit eſt Dei, ſapientius eſt hoībus. Et de epiſtolis Pauli ſic ꝓnuntiat Petrus ſcripſit uobis chariſſimus frī nr̄ Paul⁹ ſecūdū datā ſibi ſapiam, ſi- 2. Pet. 3. cut & in oībus epiſtolis loquens in eis de his in quibus ſunt quædā difficilia intellectu, quæ indocti & inſtabiles deprauant, ſicut & cęteras ſcripturas, ad ſuā ipſoꝝ ꝑditionē. Hic uidemus difficiles et a ſancto Petro iudicari Pauli epiſtolas quas nouelli hæretici clamant eſſe facillimas. Sed argumētū hinc petimus epiſtolas ſuas Paulo adhuc uiuēti eſſe deprauatas. Dū ergo laborāt huiuſce hęretici & ſtudēt altiſſima illā diuinę maieſtatis ꝑſcrutari ſublimitatem, ſuoq; ſtupidiſſimo intellectu inueſtigare, Paulum nunq̄ intelligent, quia intellectū ſuū nolūt ea priuare in obſequiū fidei Dei & eccleſię. Item Hieronymus ad Algaſiā epiſtola inquit pauli ad Romanos, multis eſt obſcuritatibus inuoluta cū igit hic doctor eximius i ſacris litteris tā eruditus id fatetur, quid ita temere audent lutherani iſti idiote, agricole, mercatores, mechanici ſcripturā interpretari ac

fari ac si ipsum sanctum secum circumferrent? O, horrenda & alusquam antiqui serpentis superbia, dum uidemus eum qui per omnem uitam suam in litteris sacris nunquam fit exercitatus, intellectum tamen suum & expositiones quantumuis rudissimas praeferre uelle sanctis patribus, concilijs sacris omnibus, imo ecclesiae uniuersae ultra mille & quingentos annos. Sed accidit omnibus hijs haereticis idem quod iudeis, qui dum manifestas de Christo scriptas scripturas non intelligerent, nec tam admirandis Christi miraculis crederent, ait euangelista, eos credere non posse. Si quidem de ipsis Isaias praedixerat execrauit oculos eorum & indurauit cor eorum ut non uideant oculis, nec intelligant corde, & conuertantur & sanem eos. Ita plane indurati nunc sunt isti nequissimi haeretici, quorum tamen aliquando misereatur Deus, eosque illuminet, & a tam prauis erroribus conuertat. Et nos interim Christiani humiles, intellectum nostrum maioris non faciamus, quam illi suum fecerunt Maria & Ioseph. Scientes quod sacram intelligere non possumus, sine fide & gratia Dei. Sequamur ergo illam scripturarum interpretationem quae iam olim data est a sanctissimis concilijs & patribus diuinitus illuminatis. Multis enim illa modis intellectum nostrum excedit, cum eius capaces non simus, sed confiteamur magis cum Iob dicentes. Cum uix paruam stillam sermonis eius audierimus, quis poterit tonitruum magnitudinis illius intueri? &c. Ioan. 12. Esa. 6. Ad catholicos exhortatio. Iob. 26.

Et descendit cum eis, & uenit Nazareth, & erat subditus illis

Christus ad matris requisitionem & patris uoluntatem reddijt cum illis Nazareth ad eorum consolationem, ubi fuerat conceptus & educatus. Vnde & Nazarenus uocabatur. Nam quia Deus & homo est utraque suam naturam nobis sic commendat & nunc excelsa deitatis, nunc infirma humanae fragilitatis praefert. Itaque quasi homo cum parentibus Hierusalem ascendit, sed quasi *Deum & hominem se ostendit Christus*

Deus illis nescientibus in tēplo remansit. Quasi hō seniores iterrogabat, sed quasi Deus q̄ seniores mirabantur ridebat. Quasi Dei filius in templo pr̄is cōmorat, quasi filius hois cū parentibus quo iubēt reuertit. Et erat subditus illis, ad n̄ram instructionem & superbiæ nostræ confusionē, qm̄ frequētet subijci supiorib⁹ n̄ris minime uolumus. Erat gppe subditus illis. s. in ea natura qua minor est p̄re, quia ut dicit Augustinus scd̄m formā serui puer Christus minor erat ēt parentibus suis. Et tu ergo subditus esto, ppter illū, ut ad Deū p obedientiæ laborē redeas, a quo p inobedientie desidiam recesseras. Hic. n. exemplū & formā obedientiæ & humilitatis, Christus nobis p̄buit & ōndit, dū ipse impator mūdi, & cui mundus subiectus est suis parentibus, eorūq; imperio humiliter subdi uoluit. Audiāt ergo hæc subditi, & subditi esse nō dedignent. prælati quoq; nō superbiāt, & in Ioseph p̄lato, & i Christo subdito intelligant, qa sepe fit ut maioris meriti sint subditi q̄ p̄lati. Quod si intellexerint, non eleuabunt superbia. Et animaduerte quāta fuit dignitas uirginis, ut ille ei subiectus fuerit, cui oīa creata subijciunt. Ideo Augustinus. Hoc singulare priuilegium habuit uirgo ut haberet sibi subiectū, quem nō solū humana natura uerūetiā angeli reuerent & adorant. Disce ergo ō hō obedire (ut inqt Bernardus) disce terra subdi, disce puluis obtēperare, erubescē superbę ciuis Deus se humiliat, & tu te exaltas Deus se hoībus subdit, & tu dominari gestiens hominibus, tuo te præponis auctori. Quoties. n. hominibus præesse desidero, toties deū meū preire cantando. Et tunc uera nō sapio ea quæ Dei sūt. *Et mater eius conseruabat omnia uerba. hæc in corde suo. Et Iesus proficiebat sapientia & etate & gratia apud Deum & ho-*

mines. Tanquã optima eternæ sapientiæ discipula, uerba & facta filij sui conseruabat in corde suo q̃si sub sigillo. Et nisi illa cõseruasset, nos ea nõ haberemus. De eius nãq; thesauris nos ista suscepim⁹. oĩa ergo quæ de dño dicta uel facta cognouit, siue itellectũ, siue nondũ intellecta in corde & memoria diligentius scrutanda recõdebat, ut tpe suo uniuersa pur gesta erant intelligeret, ac quærẽtibus sufficiẽter explicaret. Et Iesus ꝓficiebat nõ tm̃ ætate, sed sapientia simul & gr̃a. Etas ptinet ad corpus, sapiẽtia ad aĩam, gratia ad utriusq; salutem. Proficiebat utiq; ætate, sicut carnis est ætatis incrementa suscipere, q̃a de infantia ad pueritiam, de pueritia ad iuuentutẽ, & de illa ad senectutẽ cõsueto hoĩbus crescendi ordine puenit. Deinde in sapĩa & gratia potest quispiã dupliciter ꝓficere. Vno mõ secũdum habitus sapĩæ & gratiæ augmentatos. Et ita Christus in eis non ꝓficiebat, quia ab instanti conceptionis suę sapientię plenus fuit & gr̃a. Alio modo secũdum effectus, inq̃tum. s. aliquis sapientiora & uirtuosiora opera facit. Et sic Christus ꝓficiebat sapientia & gr̃a, sicut ętate. Quia secundũ ꝓcessum ætatis perfectiora opa efficiebat, respectu Dei & hoĩum. Et hoc est quod additur, apud Deũ & homines. Vel aliter ut dicit Ambrosius ꝓficiebat sapientia quo ad manifestationẽ & usum eius, q̃a suã sapientiam & gr̃am paulatim magis ac magis patefaciebat. Vel alio mõ ut inq̃t Gregorius proficiebat in alijs qui doctrina eius & exemplo proficiebant, sicut magister in scolaribus dr̃ ꝓficere, quia scholares sub eo proficiunt. & hoc apud Deum & homines. i. ad Dei laudẽ, & ad hominũ utilitatẽ. Vel secundũ Theophilatũ, apud Deũ & homines, quia prius debet placere Deo deinde hominibus.

Quõ christus proficiebat etate.

Proficere sapientia & gratia contingit dupliciter

Opinio Ambrosii.

Opinio Gregorij.

Theophilatus.

Sed adhuc scire contingit duplicē fuisse in Christo sapiam.s.increatā,ut uerbū ipsum æternū. Aliā creatā a Deo infusam a pricipio creationis aiē suæ. Aliā pterea Christū habuisse sapiam.s.acqsitā, uel experimentalē oēs Theologi fatenť, quæ hť p modū humanū, naturaleq; lumē, de qua ad Hebreos ait Apostolus loquēs de Chro. Didicit ex his q̄ passus est obedientiā. Et sumiť ibi adiscere p experiri. Chrus nāq; nō didicit ab aliis scientiā acqsitā, sed per ppriā adinuentionē eam adeptus est. Ex qbus ondiť q Christus in nulla sapientia pnominata pfecit quantū ad habitū illius, nisi in acquisita sapía.

Multiplex sapientia Christi

Quid fecerit Christus a duodecimo anno usque ad trigesimum.

A duodecimo anno natiuitatis Chri usq; ad initiū trigesimi anni qd ille fecerit, i scripturis nō reperiť. Quod est mirabile ualde. Quid igiť meditabimur ipsum fecisse? Stetit ne dñs ociosus tāto tpe: ut nihil dignū scriptura uel recitatione faceret? Si enim fecisset, cur sicut reliqua facta euangelistæ nō scripsissent? Forte iō scriptura tacet, ne acta iuniorum nimisse publicent. Sed attende, & aiaduerte ut dicit Gregorius, qa patenter uidere poteris qui nihil faciendo, magnifica fecit. Nihil.n.de factis eius a misterio uacat. Sed sic uirtuose loquebať & opabatur: sic uirtuose tacebat, & se subtrahebat. Credendū est.n.q añ & deinceps absque ostēsione alicuius famosi & publici miraculi taliter inter hoies cōuersatus fuerit quasi unus ex illis, donec ad uirilē peruenit ætatē. Vñ de ipso dicit Ioānes Baptista. Medius aūt uestrū stetit quē uos nescitis. Et totū istud tēpus breuiter cōplexus est Lucas sub his uerbis, qa descendit cū eis, & erat subditus illis. Vt palam isinuareť q medio tpe.s.a natiuitate usq; ad baptis-

Gregorius

Ioan. I.

mum nullũ miraculum Christus operatus est, sed conformis conuersationis alijs erat. Et sua uirtus ignota omnis existebat. Quãmobrẽ medio tpe miracula opari minie uoluit, ut ñ putaret misteriũ icarnationis fantasma, esse si non se habuisset sicut ceteri pueri; ideoq; ad ondẽdã suã uirtutẽ distulit usq; ad tempus in quo homines scientia & uirtute uigere consueuerũt. Sed quid agebat puer Iesus tũc temporis? profecto subtrahebat se a consortio hominũ, eorũq; tumultus deuitabat, crebris oronib9 intẽtus. Ad sinagogã gradiebatur humiliter orãs, Domũ reuertebatur cũ matre ac nutritio suo; cũ eis morabatur adiuuãs eos iterdũ. Mirabãtur cũcti, cernẽtes iuuenẽ tam speciosum, qui indies proficiebat non tñ etate, sed sapientia & gratia apud Deũ & homines, usq; ad trigesimum annum. *Acta pueri iesus.*

Quomodo Ioannes Baptista apparuit in Isrãel ad annũtiãdũ Christi aduentum. Capi. quintumdecimũ

Anno autẽ quintodecimo imperij tyberij cesaris, procurante pontio Pilato iudeam, tetrarcha autẽ galilee Herode. philippo autẽ fratre eius tetrarcha iturex & traconitidis regionis & lysania abilnie tetrarc há, sub principibus sacerdotũm Anna & Caypha; factum est uerbum domini super Ioannẽ Zacharie filium in deserto. Pretermissis oibus gestis Christi a duodecimo anno usq; ad trigesimũ; progreditur euangelista ad narrationẽ eorũ quę fecit in tribus annis ultimis uite sue, pręmittẽs prius predicationẽ precursoris, qui missus fuit a Deo ad annũtiandũ Christi aduentũ. Dicit ergo. Anno aũt quintodecimo imperij tyberij Cesaris, q Octauiano imperatori cuius & filiã habuit cõiugẽ in imperio immediate successit. Octauianus aũt annis quĩquaginta septem regnauit, & anno quadragesimo secundo imperij eius nati sũt Christus et pcursor eius. Sicq; *Quo tpe factum ẽ uerbũ domini sup Ioannem.*

quindecim annis sub octauiano i mūdo hoc conuersati sunt & quintusdecimus annus imperij Tyberij fuit tricesimus annus etatis Christi ac precursoris. Quo anno gesta sunt quæ paulo post describuntur. procurante. i. per modum procuratoris regente pontio Pilato Iudeam. Tetracha aūt adhuc galileę Herode & Lysania abiline tetrarcha. Philippo ēt adhuc tetrarcha itureę & traconitidis regionis. Sed pro maiori notitia scire non erit inutile, ꝙ ut supra dctm̄ ē regnū iudeorū i q̄ttuor Tetrarchias diuisum fuerat, quarū duas. s. iudeā & Abilinā habebat Archelaus. Tertiā uero habuit Herodes. s. Galileam & quartā, philippus. Accidit aūt ut Archelaus tirānidem exercēs, apud Augustum accusaretur, qui ob id ab Augusto in exilium mitti tur apud Viennā ciuitatem gallię decimo anno sui principatus. Et ex tunc una pars principalis sui. s. iudea cepit p procuratores, & romanorū officiales administrari. Quorum quintus dictus est pontius pilatus: a Pontio insula in qua stetit. Non erat igit̄ prīceps ordinarius, sed uicarius uel delegatus, ideo procurator appellabatur. Et quia quādoqꝫ pręsidis officium exercebat, ideo pręses dici poterat. Altera uero pars principalis sui. s. Abilina data ē Lysanie sub nomine tetrarchie quē Lysaniā fuisse filiū Herodis Ascalonite sub quo natus est Christ⁹ multi fatentur. Iosephus aūt fuisse nepotem eius ex Alexandra sorore natum, & ex patre Ptolomeo de lybano affirmat. Deinde subditur sub principibus sacerdotū Anna & Caypha isti affinitate erant coniuncti, & uicissim pontificatū administrabant. s. Annas quo anno dominus est baptizatus Et Cayphas illo, quo ē passus. Inter quos alii tres, in illis tribus annis pōtifices fuerūt. s. Hismael. Elea

Quattuor tetrarchie. i. quattuor ptes regni.

Pilatus pcurator tātum erat.

zarus, & simon. Sed hic nõ nominantur. Et solum euangelista eos tangit, sub quibus prędicatio ioannis initium habuit, & passus est christus. prædicatio aũt ioannis tam solemniter describitur, uidelicet per imperatoris & pontificũ, ac principũ tempora, ad denotandũ excellentiã ipsius quẽ nũtiare uenerat, qui summus imperator & pontifex ac omniũ gubernator existebat. Tunc ergo factũ est uerbũ domini.i. supernę mentis inspiratio, quę dr̃ uerbũ, quia intus in mente loquitur, iuxta illud psalmi Audiam quid loquatur in me dñs Deus. Id aũt uerbũ factũ est super Ioannẽ filiũ Zacharie in deserto qui tunc erat annorũ triginta tempus prædicationi aptissimũ. Audiuit.n. ioãnes per internã inspirationem ac diuinam reuelationem uerbũ domini.i. mãdatũ uel Dei pręceptũ, qa nõ a semetipso, sed Deo illum monẽte, ad ministeriũ istud accessit. Vnde & ipse ait. Qui misit me baptizare in aqua, et c. Et congrue dicitur factũ est uerbum domini super ioannẽ quia uerbum illud desuper descẽdit, dicente domino per Esaiam. Quõ descendit imber & nix de celo sic erit uerbumquod egredietur de ore meo. Et qd fuit illud uerbum, uel domini præceptum? Nisi uade, & predica baptismũ penitentie, ac Christi natiuitatem annũtia, ideo, subditur. *Et uenit in omnẽ regionẽ Iordanis predicans baptismum pnie in remissionẽ peccatorum.* Manifestat euangelista ad quid factũ est uerbum ut. s. ioannes ueniret in omnẽ regionẽ Iordanis.i. ad loca iudeę circa fluenta iordanis. Quoniam gratia baptizandi aduenit, loca aquis propinqua accedere debuit, prædicans baptismũ penitentie in remissionẽ peccatorum. id.n. dupl̃r põt exponi primo de baptismate Xp̃i, ut sit sensus. predicans. s. de p̃ximo futurũ suscipiendumq; hortãs Christi baptis

Quid sit uerbũ domini.

Esa. 55.

mũ,quem ipſe chriſtus per apoſtolos ceteroſq; diſcipulos ſuos dedit. Nõ.n. perſonaliter baptizauit ſed diſcipuli eius ipſo iubẽte,ut patet in ioanne. Dicitur quoq; baptiſmus Chriſti,quoniam eum inſtituit,á cuius meritis efficatiam habet gratiãq; ſortitus eſt,ſicut & cetera legis euangelice ſacramẽta. itaq; ioannes auditorib⁹ ſuis ꝑdixit inſtare chriſti baptiſmũ ꝓterea baptiſmus chriſti baptiſmus pnie merito nũcupatur,quia nõ ꝓdeſt adultis ; nec eis datur niſi peniteant. Q̃obrẽ in actis apoſtoloꝝ inquit iudeis pniam agite: & baptizetur unuſquiſq; ueſtrũ in nomine Chriſti ieſu,in remiſsionẽ peccatorũ. Nec obſtat quod ait Ambroſius : baptiſmalis gratia nõ requiri gemitũ neq; plãctũ : Quia uel de infãtibus loquitur,uel de pnia exteriori quę dr̃ punitio mali,uel ſatisfactione pro peccato : Nõ de pnia interiori quæ eſt diſplicẽtia ſeu deteſtatio peccati. Rurſus hũc baptiſmũ predicauit ; quia ad eum accipiendũ,plebẽ admonuit,quodq; baptizarat ad pniam hortabatur. Et qui baptiſmũ illum accipiebant ſuã peccata confitebãtur. itaq; ſe penitere monſtrabãt. Hac igitur de cauſa ut ſecundo modo exponatur illud dictum baptiſmi is Ioannis appellabaẽ in remiſsiõnẽ peccatorũ,nõ effectiue ſed ꝓparatiue ;quia preparabat ad Chriſti baptiſmũ,in quo fiebat remiſsio peccatorũ. Baptiſmus ergo ioannis erat baptiſmus penitentię,quia pniam delictorũ habebat,ſed eã relaxare non poterat. Baptiſmus aũt Chriſti eſt baptiſmus gr̃e & pnie ſimul, quia in Chriſto datur,& peccata relaxantur. Ibi.n. aderat penitentia,hic gratia. Ibi uenia, hic uictoria.

Cur dicitur baptiſmus chriſti.

Actorum 2

Cur baptiſmus penitentia.

Quõ differunt baptiſmus Chriſti et Ioannis.

Quintuplex eſt ẽt differentia baptiſmatũ , teſte Gregorio Nazanzeno. Eſt.n. quoddã figuratiuum quo baptizauit Moyſes in aqua ſolũ.ſ.in nube &

mari de quo apostolus. Oēs mare trāsierūt, oēs in nube & mari baptizati sunt. Aliud est præparatiuū quo baptizauit ioannes, de quo est hic sermo. Tertiū dr, perfectiuū, ut baptismū christi & apostolorū in aqua & spūsancto. Quartū est supererogatiuum, quod fit in sanguine p martirium, & hoc est ceteris uenerabilius. Quintū est culparū actualiū abstersiuū, quod fit quotidie uel interdū in lachrimis, & est ceteris laboriosius. Erat igiť baptismus Ioannis tm̄ præparatiuus, gerens figurā cathecuminorū. Nam sicut modo cathetizātur pueri ut digni fiant sacramento baptismatis, ita ioannes baptizabat ut baptizati ab eo, postea deuotè uiuendo digni fierēt accedere ad Christi baptimsū. Proinde clamabat dicens. *Penitentiā agite, appropinquabit. n. regnum celorum sicut scriptum est in libro sermionum. esaie pphete.* Noe primus prædicator ī lege naturæ pniam docuit, quā illi agere nolētes, in aquis submersi sunt. Moses primus concionator in lege scripta, iudeis pniam insinuauit, dicens. Nisi pniam egeritis, omnes simul peribitis. Ex quibus paucos penituerūt. Ionas primus predicator Assyriorū, prædicans ex mandato Dei excidium ciuitatis, implicite pniam innuere uoluit, cum dixit. Adhuc quadraginta dies & Niniue subuertetur. Niniuite aūt pniam agētes, a tā magno excidio liberati sunt. Ita ioannes baptista primus concionator sub lege Christi & grē clamauit, Penitentiam agite Duplicem. n. pniam p̄dicauit. Primum interiorē quæ fit p solā & uerā uoluntatis mutationē, & p renouationē spūs, de qua Apostolus ad Ephesios ita loquitur. Renouamini spū mētis uestre. Et infra. Exuite ueterē hoiem cū actibus suis. i. hoiem secundū carnē uiuētē, & sequētem opa carnis. Et induimini nouum hominem q

Quintuplex baptisma.

Ephe. 4.

scdm Deū creatus est.i.Iesum christū i iustitia et sā ctitate ueritatis scdm spiritū & Dei uolūtatē uiuē-
Roma.6. tes. Et ille idē ad Romanos. Sicut exhibuistis mē bra mea seruire iniqtati, ita exhibete illa seruire iu stitie i sāctificatiōe. Et ifra. Sciētes qm̄ hora ē iā nos de somno surgere.s.peccati. Abijciam⁹ ergo opa te nebrarū, hoc ē demonū & peccatorū, & iduamur
Penitētiā duplicē p̄dicauit Ioannes. arma lucis.s.uirtutis & grē. Hec ē illa uera pnīa in terior quā primo docuit hic p̄cursor Ioānes. alterā īsup exteriorē insinuauit cū dixit. Facite fructus dignos pnīe. Deīde cām huiusce pnīe subdit dicēs. qm̄ appropinqbit regnū celorum. Et nota q hic nō acci pit regnū celorum p ecclīa militāti oīum fideliū, de
Matth.5. quo dn̄s in euāgelio. Qui soluerit unū de mādatis istis minimis, & docuerit sic hoies minim⁹ uocabit̄ i regno celorum, Itē simile ē regnū celorum hoi patrisa milias uel decē uirginib⁹, uel thesauro abscōdito in agro, &c. Sed accipitur hic regnū celorum p ecclīa triūphāti ac felici beatorum patria de quo idē dn̄s ve
Matth. 8. nient & recūbent cū Habraā, Isaac, & iacob in re-
5. gno celorum. Qui supra dixerat, Bti paupes spū, qm̄ ipsorum ē regnū celorum sumit et hic regnū celorum pro btifica uisiōe q̄ cōsequūtur oēs electi qb' dicet dn̄s.
25. Venite bn̄dicti prīs mei, possidete uobis paratum regnū. Potest ēt accipi pro ipso christo q ppriē dr̄ regnū dei beatificans nos, sicut ipse de se testat̄. Si
Luc. 6. digito Dei eijcio demonia, profecto puenit in uos regnū Dei.i. Christus. Et infra. Regnū dei itra uos ē
17 hoc ē Christ⁹. Dicit ergo euangelista. Pnīam agite appropiquabit.n. regnū celorum ideſt Christus q &
Quō accipitur hic regnū celorum. ipse dabit obseruātib⁹ legē suā uisionē beatificā i re gno prīs sui. Alij nāq pphete pmittebāt bona tpalia obseruātibus legē Dei, iste uero celestia, qa erat p̄cursor Christi, per quē facta est ueritas & grā, &

apta ē nobis celestis porta, & ianua paradisi. Ad cōfirmationē aūt istius, adducit Esaie testimoniū dicēs. Sicut scriptū ē in libro sermonū Esaie ,pphete. i. sicut Esaias de ioāne p̄dixit. Qui beatissim⁹ Esaias tā luculēter ac plene Christi atq; ecc̄le misteria p̄nūtiauit, Sed et de christi p̄cursore uaticinatus est Esa. 40 tā clare & apte, ut nō solū ,ppheta, Sed & euāgelista dicēdus sit. Cui⁹ librū Lucas rite appellat librū sermonū pp eloquētiā ei⁹, & sniaꝝ maiestatē nec/ nō ob libri illi⁹ magnitudinē, q numero capituloꝝ ceteros ,pphetas excedit. Quid āt ibi scriptū sit subdit. *Vox clamātis in deserto, parate uiā domini rectas facite semitas eius.* Cōcionatores noui testamēti i sacris litteris multas hūt appellationes, primo dicunt celi pp scientiaꝝ altitudinē, qa d̄ misteriis altissimis loquūtur, dicēte dn̄o p. Esaiā ecce ego creo celos nouos. & terrā nouā. i. p̄dicatores & auditores nouos īter quos ioānes Baptista fuit illd̄ primū celū nouū, qd̄ noua p̄dicauit. s. baptismū et regnū celoꝝ ideo psalmista. Celi enarrāt gl̄am Dei, etc. Scd̄o p̄dicatores dicūt nubes iuxta illd̄. Isaie Mādabo nubib⁹ ut pluant. i. p̄dicatorib⁹ ut pluāt doctrinā sacrarū litterarū. Et ifra. qui sūt isti. s. p̄dicatores q ut nubes uolāt mō i uno loco. mō in alio ,put placet sp̄ūisc̄tō. Tertio dicūt principes, sicut ait dauit i psalmo ,p p̄rib⁹ tuis nati sūt tibi filij cōstitues eos pricipes sup oēm terram ap̄li nāq; et diuinaꝝ scripturarū cōcionatores merito pricipes appellaēt, qa cōstituti sūt a Deo, sup ministeriū uerbi. Hn̄t. n. ipsi cū sint doctores docere, explicare, glosare, interp̄tari, ac legere euāgeliū Christi quarto dicūt custodes, dicēte dn̄o p Esaiā. Ordinaui custodes. i. p̄dicatores, tota die & tota nocte n̄ tacebūt quito euāgelizātes, ut ille idē Bti pedes euāgelizātis pacē annūtiātis bōa, p̄dicā

Liber Esaie cōmendatur.

Predicatorum appellationes.

Esa. 65.

60.

Esa. 41

52.

tis salutẽ. Sexto, pueri lactãtes. Suggũt.n. duo ubẽ
Matt.11. ra plena, nouũ.s.& uetus testm̃. Et Xp̃s i euãgelio.
Cõfitebor tibi dñe pater, q̃a abscõditi hęc a sapiẽ
tibus, & reuelasti ea p̃uulis.i.humilib⁹ p̃dicatorib⁹.
Septio piscatores hoium, & uerbi Dei semiatores
Rom. 10. pulcherrimi dicũt. Octauo, missi iuxta illud Ap̃li.
Qũo p̃dicabũt nisi mittãt? Et Xp̃s i euãgelio. Ecce
Luc.10. ego mitto uos. Sic misit Deus Esaiã, Hieremiã, Io-
nã, & tãdẽ Ioã. bapti. sicut ipse p̃ Malachiã p̃phetã
Mal.3. testat. Ecce ego mitto angelũ meũ, q̃ p̃parabit uiã
ãn faciẽ meã. Nono oẽs cõcionatores, nõ sine rõna
bili cã, uoces appellant: q̃m uoces sunt note passio-
nũ earũ q̃ sunt in aia. Sic ipsi p̃nuntiant uolũtatẽ &
p̃positũ Dei, inter quas uoces, hic Ioãnes baptista
fuit prima uox.s. Chri clamãtis in deserto, sicut su-
pra testatus est Esaias. Dictus est.n. uox p̃p̃ simi-
tudinẽ rõne sui officij q̃a queadmodum uox ordi-
rie naturæ prior est uerbo, sic Ioãnes Chrm p̃cessit.
Rursus, sicut uox rẽ signãtã notificat, sic Chrm Ioã
nes mõstrauit. Præterea, sicut uox sonat & transit,
uerbũq; in audiẽtiũ corde relinq̃t, ita Ioãnes p̃dicã
do sonuit, & p̃ martiriũ ad p̃res descẽdit. Sed Chri
Multis modis Ioãnes dicitur uox. stũ in terra, nec nõ & in corde credentiũ dereliq̃t.
Postremo, sicut uerbũ & uox simul sunt tpe, & tñ
uox natura prior est uerbo Sic Xp̃s & Ioã. simul i
mũdo uixerũt. Ioãnes tñ aliquo tpe xp̃m p̃cessit na
tiuitate p̃dicatione, baptismate, ac passione. Verũ
tñ sicut uerbũ mentale prius est uoce i eo q̃ loq̃tur:
sic Xp̃s scdm quod ẽ uerbum p̃ris eterni, fuit & est
prior Ioãne. Dr̃ quoq; Ioannes uox clamãtis i. Xp̃i
seu sp̃us sancti p̃ ip̃m loquẽtis. Deus.n. loquebat p̃
ip̃m, queadmodũ paulus de se testat. An exp̃imẽtũ
q̃ritis eius q̃ in me loquit Xp̃s? Clamabat aũt Ioã-
nes, primo ad oñdendũ q̃ Christus in se manifeste

loquebat, in pphetis uero nō clamauit, qa tenebrosa aqua in nubibus aeris. Scdo, qa iudei erāt distantes & non poterāt audire nisi clamaret. Tertio, qa erāt surdi corde, & nolebāt audire. Quarto clamabat: qa quodāmō cū indignatiōe loqbat, qsi irā dei meruissēt. Preceperat.n.illi De⁹ ut clamaret, queadmodū pcepit Esaie dicēs. Clama necesses, qsi tuba exalta uocē tuā. &c. Et qd clamabat? Parate uiā dñi.i. Chro oīum dño disponite, parate, pbete medīū ueniēdi ad uos, p fidei, ac grē infusionē, hoc est obstacula grē & īpedimēta uirtutū, uidelicet obliquitates uitiorū, seu peccata cūcta abijcite, ad fidē & grām uos parate, pniam agite, qd ī uobis ē facite. Rectas facite semitas ei⁹.i. pcepta cōsiliaq; diuina, p quorū obseruationē itur ad Deū, pure & irreprehēsibilr adiplete. Si igit hoies pnt parare uiā dñi p puritatē cordis, iuxta illud psalmiste: paratū cor meū Deus, paratū cor meū: pnt itaq; se a pctis abstinere, & de pteritis dolere, cū firmo non amplius peccādi pposito, facereq qd ī se ē, & se disponere ad grām, qd ipī lutherani temere negare audēt. Et qa uniuerse uie dñi sunt misericordia & ueritas: iō parare uiā dñi ē ī oīb⁹ opibus uti misericordia & ueritate.i. iustitia. Ille insup parat uiā dñi, qui de corde suo prauas cogitatiōes & passiōes expellere conat ornās cor suū, fide, spe, et charitate. Et qa semite ei⁹ p qs Xps ingredit ad habitādū nobiscū sūt uie qnq; sensuū exteriorū, necnō & uie itellectus memorie, & uolūtatis, iccirco semite huiusce purificari & rectificari debēt. Deinde subdit. *Omnis uallis implebitur, & ois mons et collis humiliabitur, & erunt praua in directa & aspera i uias planas. Et uidebit ois caro salutare Dei.* Quid est dicere, omnis uallis implebitur? Nō siquidē corporalr ut offuscati iudei asserunt, sed spūalr.i. omne

Quid est parare uiā domini.

Contra lutheranos.

Quō ois uallis implebitur. cor humile donis grē copioſę ditabiṫ. Humanitas. n. ad oēm uirtutē & grām, ꝑparat mentē, ſicut ſupbia ad omne peccatū. Et queadmodū ſtillicidia a ſummitatib⁹ mōtiū deſcēdunt ad infima uallium, imo quo ualles ſunt ꝓfundiores, eo amplı⁹ & abūdātior collḃ aq̄. Sic chariſmata ſpūsſancti relictis ſupbis ad humiliū corda deſcēdūt, ī eiſqȝ qeſcunt. Et tāto exhuberātius colliguntṫ, quo Deo ꝓfundi⁹ ſubſternūtur. Et cū ſubdit: oīs mōs & collis hūliabiṫ, de ſupbis loquiṫ. Supbus. n. alijs eminēs ut mōs

Quō mōs & collis humiliatur uel collis, humiliabiṫ. i. a Deo ſperneṫ, deprimeṫ, dānabiṫ, iuxta illud ſaluatoris. Oīs q ſe humiliat exaltabiṫ, & qui ſe exaltat humiliabiṫ. Hinc Petrus hu-

Luc. 18 *.i. Petri. 5.* miliamini inqt ſub potenti manu Dei, ut uos exal-

Iob. 23. tet in tpe uiſitationis. In Iob quoqȝ legiṫ. Qui humiliatus fuerit, erit in gloria. Et ī eccleſiaſtico. De⁹ ſupbis reſiſtit, humilibus aūt dat grām. Et erūt praua, hoc eſt corda uicioſa cōuertentṫ, & fiēt directa; hoc eſt iuſta, & ſcđm rectitudinē equitatis dirigentur. Et aſpera ī uias planas. i. feroces, rebelles, diſtortiqȝ morib⁹, erūt obediētes & ſimplices. Itaqȝ uerbum Dei īgrediet ad eos faciliṫ, & īdurati, p grām mollificabunṫ. Hęc aūt ꝑ pđicationē Io. fieri īcepe rūt, qa multos cōuertit. Deinde p diſcipulorꝝ Xpī pđicationē cōpleta ſunt. inſup, p ualles ītelligi pñt corda carnaliū p terrenā affectionē depreſſa, q̄ per diuinorū amorē īpleta ſunt. Per mōtes uero & colles corda diuitū & potentū, p mūdanā uanitatem erecta, quæ p diuinā illuminationē ſe humiliarūt in primo ſaluatoris aduētu. Et uidebit oīs caro. i. oīs homo qui carnē oīum creaturarꝝ corporalium & ſpiritualiū cōplectiṫ. Omnis igiṫ homo uidebit ſalu

Quid ſit omnis caro tare Dei, hoc eſt Chriſtū, per quē genus humanū ſalutē accepit. Plurimi. n. iudęorꝝ & gentilium cum

intuiti sunt,præsertim in die palmarum,quãdo phari sei dixerunt Ecce totus mũdus abijt post eũ. Sicq; est hic distributio pro generibus singulorum, & non pro singulis generũ,sicut in Iohele dñs ait.Effundã de spũ meo sup oẽm carnẽ.Et esaias inqt. Cadauera uirorũ præuaricatorũ erunt ad sacietatem uisionis omni carni.Ex quibus locis id etiã innotescit q̃ i scripturis frequenter ponitur pars pro toto, & caro pro hoie. Spiritualiter uero, per fidẽ & donũ sapientiæ,multo plures in uniuerso mundo uiderũt & cõtemplati sunt saluatorẽ, quẽadmodũ de gẽtibus cõuersis,uaticinatus est Esaias,Quibus nõ est annuntiatũ uiderunt,& qui nõ audierunt,cõtẽplati sunt.De q̃ uisiõe ad Hebreos scribit Apostolus. Videm⁹ Iesũ pp passionẽ mortis gl̃a & honore coronatũ.Aliq aũt referunt uerbũ istud ad scd̃m Xp̃i aduentũ,i quo oĩs caro.i.electi & reprobi xp̃m uidebunt i solio maiestatis,ac sede iudicij,iuxta illud Apocal.Ecce uenit cũ nubib⁹,& uidebit eũ oĩs oculus,ut Beda cũ Gregorio fatet. Sequit proinde. *Iohel. 2.* *Esa. 66.* *Esa. 52.* *Hebre. 2.* *Apoc. 1.*

Hic homo missus a Deo,uenit in testimonium,ut testimoniũ perhiberet de lumine,ut omnes crederent per illum Non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine. Cum enim excellentia & magnitudo alicuius rei ostenditur a Deo, notat scriptura tẽpus,reges,principes, & sacerdotes,sub quibus facta est,ut in primo capite Esaie pphete scribit. Visio Esaie filij Amos quã uidit sup Iudã & Hierusalẽ,i diebus ozię,Ioathã,Achaz,& Ezechie regũ Iuda.Ita ut supra dictũ est, sub anno quintodecimo Tiberij Cęsaris fuit hic homo, non angelus,licet de ipso dixerit Malachias. Ecce ego mitto angelũ meũ,quia angelus ẽ ibi nomẽ officij non naturę.Etiã cũ dr̃ hõ,notat naturalis cõuenientia Ioãnis ad populũ,ad quẽ mittebat,& ad Xp̃m,

Nam participans cũ utrisq; .s. Christo & populo, aptus fuit ut eēt uia unius ad alterũ christi ad popu lũ, & populi ad christũ, scd̃m illud Hieremię. Ego uos clamãtis in deserto, &c. Cui nomẽ erat Ioãnes

Hier. 49. Etiã añq̃ ex matris utero nasceret, sicut apud Hieremiã scribit. Dñs ab utero uocauit me, de uentre

Luc. 1. matris meæ recordatus ẽ nominis mei. Ideo añq̃ cõceptus eēt pręnominat⁹ est ab angelo. Et cõgruit qppe id nomẽ precursori qa ioannes interpretatur

Quid īterpretatur Ioannes. gratia Dei quæ præcipue fuit in homine isto, quo inter natos mulierum non surrexit maior. pnĩa & sanctitate. Itaq; in primis, penitẽtiam & regnũ ce-

Gene. 17. lorũ concionatus est. cum.n. alicui diuinitus nomẽ imponitur, insinuatur q; proprietas significata per

32. nomen competit illi. Quẽadmodũ Abram uocat⁹ est Abraam, i. pr̃ multarũ gentium, Et iacob dict⁹ est Israel. cũ Dei angelũ uidisset. Hic uenit, primo ĩ mũdũ, deinde in desertũ, ubi ab infantia uixit, baptizans & prædicans. postmodũ a secretis locis deserti in iudeam ad publica loca in testimonium perhibendũ, i. ad testificãdũ, nõ ad saluãdũ, Videlicet ut testimonium perhiberet de lumĩe. i. ueritatẽ ãnũtiaret de Xp̃o, ut oẽs hoĩes prĩo iudei, deĩde gẽtiles crederent in filium Dei per illum hoc est mediante testimonio Ioannis, sicq; credendo salutem consequerentur eternã. Non dicit ut oẽs crederent in illum, qm̃ fides cum sit uirtus theologia, habet Deũ pro obiecto. Concernit.n. deũ sub rõne primę ueritatis. Ideo nõ est credendũ in hominẽ purum. Hinc infra saluator ait. Creditis in Deum, & in me credite. Quod consequens non esset, nisi & filius es-

Pulchra q̃stio Ioannis. 5. set Deus. Et si quispiam dicat: lux est de se clara & manifesta, & summa ueritas, ideo aliorum testimonio non indiget. Et christus in euangelio. Ego

testi-

testimonium ab hoie nō accipio. Q̃uo igitur Ioannes de lumine testimonium reddere pōt? Rñdendum est, ꝙ res etiam de se clara ꝓpter aliorꝫ infirmitatem indiget testimonio. Secundo lux illa spiritualis erat, homo autem carnalis uenūdatus sub peccato, in tenebris ambulās, ideo. Tertio, uult.n. Deus operari in nobis medio secundarꝫ causarꝫ. Et quēadmodum in naturalibus, ita in spiritualibus operatur Deus cōcurrentibus debitis medijs. *Q̃uo redditur testimoniū de lumine.*

Non erat ille lux. Et si Ioannes erat lux & lucerna ardens in conspectu Dei, q̃uo igitur non erat lux? Dicendum est, duplicem esse lucem: essentialē, & accidentalem, seu participatiuā. Christus.n. lux est per essentiam, Ioānes autem per participationem. Ideo nō erat lux principalis effectiue illustrans, lucem gratię prętās & per essentiam lucens. Erat tñ lux instrūalis, dispositiue illuminans præparans ad grām. Lux participata, eo modo quo Christus ait apostolis. Vos estis lux mūdi. Et Paulus ad Philippenses. Sitis.n. sine querela in medio nationis praue, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo. *Duplex lux.* *Philip.2.*

Cōsiderandum est insup ꝙ triplex reperitur lux corporalis. Quędam.n. quę illuminat & nō illuminatur, ut sol. Quędam illuminata non illuminās. ut parua stella in cœlo. Alia uero illuminat & recipit lumē, ut luna. Ita triplex est lux spiritualis. Prima illuminans non illuminata, ut xp̄s. Secūda, tantum illuminata, ut qui modicā grām habet. Tertia, quę illustrat, et illustrat̄, ut Ioānes, et q̄libet qui de grā sibi concessa, alios pōt illuminare. Certum est aūt pręcursorem unū de summis fuisse, qui uenit, ut testimonium perhiberet de lumine. Sed non erat ille lux, hoc est Ioannes non fuit xp̄s in lege ꝓmissus, sed eius minister & preco, ad id ordinatus, ut xp̄o *Triplex lux corporalis.* *Lux sp̄ualis triplex.*

testimonium daret. Hoc aũt fecit Ioãnes clamando. Venit fortior post me cuius nõ sum dignus ꝓcumbens soluere corrigiam calciamentoꝝ eius. In
Marc. 1. actus quoq; Paulus ait, dixisse Ioãnem. Quem me
Acto. 13. arbitramini esse, nõ sum ego xp̃s. Perhibuit etiam Ioãnes testimonium Christo opibus, ut pote baptizando Iudęos in noĩe xp̃i uẽturi qua forma utebatur ipse sicut in actis tangit Apl̃s. Ioãnes bapti
Acto. 9. zauit populum dicens. In eum qui uẽturus est. Iccirco receptio baptismi Ioãnis erat quędam professio credendi in Christum.

Missus est ergo Ioannes ante xp̃m, ut hoies ad ipsum suscipiendum disponeret, docendo, baptizãdo, orando, exemplariter uiuendo. Erat nempe testis idoneus ꝓpter uitę sanctitatem oĩbus notam grãm ꝓphetandi angelicã annunciationem miraculosam cõceptionem, & natiuitatẽ. Erant. n. Iudęi rudes non capaces supnaturalium, ac celestiũ documentoꝝ Christi. Itaq; pręparatio ista necessaria fuit, ut pededẽtim inducerenť ad peccatoꝝ cõfessionem, ac baptismi receptionẽ, et ad supernoꝝ amorem accenderenť, prędicãs appropinquari regnum cœloꝝ. *Erat lux uera, quae illuminat omnẽ hominem uenientem in hunc mundum.* Christus uera lux plena & substantialr̃ clara, non participata merito dicitur.
1. Ioan. 1. Vnde Ioannes Deus lux est, et tenebrę non sunt in eo ullę. Et licet de qualibet diuina ꝑsona id ueꝝ sit, nũc tñ de filio dicitur, cui lux appropriať, quae magis spectat ad intellectũ & sapientiam Dei. Igitur filius Dei dicitur lux, sapientia, ueritas, ars, splẽdor, species, & gloria pr̃is. Haec aũt lux illuminat oẽm hoĩem uenientem in hunc mundũ quadruplici lumine. Primo naturae: quo lumine summi philosophi cognouerunt ueritatem Dei, simplicitatẽ, grę-

nitatem, infinitatem, & omnia ab eo regi et gubernari. Secundo, illuminat lumine doctrinę per euangelicam legẽ, de qua psalmista. Lex dñi imaculata cõuertens animas: testimoniũ dñi fidele, sapientiam præstans paruulis. Et alibi. Lucerna pedibus meis uerbũ tuum, & lumen semitis meis. Tertio, illuminat lumine miraculorũ, quorũ adhuc testimonia extãt, et scripta. Quarto, illuminat oẽm hoiem uenientem in hunc mundũ, lumine gratiæ quãtum in se est, sicut uult oẽs saluari, ita ꝙ nemo excusatũ si non fuerit illustratus. Audiant nunc igitũ noui hęretici de hoc diuino lumine Chrysostomũ dicentẽ. Illuminat oẽm hoiem quantũ in se est, & ad eum ptinet. Quia si aliqui non sunt illuminati, hoc ideo est, qa se subtrahunt ab influentia huius lucis. Si. n. qdam mentis sue oculos claudentes nolunt suscipere lucis huius radios, non à lucis natura obtenebratio est illis, sed à malitia eorũ qui huic illuminationi obicem ponunt, & à luce se reuertentes uolũtarie seipsos grę dono priuant. Et ideo inexcusabilis est homo qui se ad grãm recipiendã non pręparat. *In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit.* Quadrupl̃r sumitur mundus in scripturis. Primo, pro patre in diuinis, qui est mundus archetipus. Christus aũt secundum naturã diuinã erat in patre tanꝗ in excellentissimo mũdo, à quo fuerat ęternal̃r genitus. Secundo sumitũ pro uniuersitate et cõgerie oium cœlorũ, elementorũ, et oium creaturarũ simul. Et hoc modo ẽt pulcherrime exponitũ de Christo, qui ab exordio mũdi inquantũ Deus erat in mundo, sicut causa in effectu, & ars oipotentis Dei in operaæ per quem oia facta sunt, hoc est in uniuersis creaturis lucebat per creationẽ & gubernationẽ. Deus. n. ubiꝗ est per potentiam

Quadruplici lumine xps illuminat oẽm hominem.

Chrysostomus in lutheranos.

Mundus

q̈druplex in scriptu ris. cum ipsius uirtus ad oīa se extendat, sicut rex in to to regno. Per prǫsentiā, qa oīa nuda & aperta sunt oculis eius, sicut est rex in aula sua, cuius aspectui oīa quǫ ibi sunt patent. Per essentiam, qa oībus rebus dat esse, & operari. Tertio accipitur mundus pro societate oīum bonoꝝ, prædestinatoꝝ, & electoꝝ, de quo dn̄s in euāgelio. Sic deus dilexit mū dum ut filiū suum unigenitū daret. Et hoc modo ē Christus dicit esse in mundo cum sit per grām in oībus electis. Cum aūt dicit, & mundus per ipsum factus est, ibi secūdo modo accipit mundus. Quarto, sumitur mundus in scripturis sanctis pro ecclesia oīum maloꝝ, malignantium & reproboꝝ, de

Ioan. 7. quo Christus in euangelio. Non pōt mundus odisse uos me aūt odit, qa testimonium perhibeo de il

1. Ioan. 2. lo. Et Ioan. in epła canonica. Nolite diligere mundum, neq; ea quǫ sunt in mundo. Quia si qs diligit

Iaco. 4. mundū non est charitas patris in eo. Iacobus proinde clamat. Adulteris, an nescitis qa amicitia huius mūdi inimica est Deo? Et hoc modo accipitur cum dicit. Et mūdus eū non cognouit. i. cǫci, puersi & reprobi, qui Xp̄m non cognouerunt per fidem formatam. Et licet aliqui tales agnoscāt eum per fidem informē, factis tn̄ negant mundū. *In propria uenit, & sui eum non receperunt. Quot quot autē receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri, his qui credūt in nomine eius.* Venit xp̄s in mundū, qui suus ꝓprius est quem ipse fecerat, à quo facta sunt oīa, qa in mūdo apparuit

Q̄uo in propria uenit. per humanitatē, quā per diuinitatē fecerat. Et specialiter in Iudǫam uenit, quǫ ꝓuincia dei merito appellabatur. Et ad Iudǫos ex qbus oriundus fuerat, quos prǫ cǫteris in pp̄lm peculiarem sibi elegerat, qa semen Abrǫ apprehendit, dum exiuit a patre & uenit in mundū, carnē assumens. In mundo erat

per deitatem, sed in mundũ uenit per humanitatẽ. Venire quippe uel discedere humanitatis est, manere aũt deitatis est. Ideo euãgeliũ sic exponitur. Venit.i. uisibilr apparuit, & non uenit ꝓpter se, sed ꝓpter nos, & hoc cõgrue innuit euangelista. Quia non cognoscebat mundus sublimitatẽ diuinitatis apparuit in humilitate carnis. Et sui eũ non recepe runt.s. per fidẽ & approbationẽ. Nam hoĩes quos ad imaginẽ et similitudinẽ suam fecerat, magna ex parte in eũ credere noluerũt. Vel sui.i. Iudęi eũ per fidem & charitatẽ non receperũt. Quemadmodũ his tpib⁹ ꝙ plurimi clerici, religiosi, & sacerdotes, qui respectu oĩum christianoꝝ, magis ꝓpriẽ sui.i. Christi uolũt appellari, qa sunt, uel de sorte Dei di cuntur pro maiori parte eum nõ recipiunt, sed prauis suis moribus, magis ꝙ cæteri laici & seculares eum reĳcere conantur. *Quid sit uenire dei*

Quotquot aũt receperunt eum, &c. Dicendo quot quot, palã insinuare uidet Deũ nõ esse acceptatorẽ ꝑsonaꝝ, (sed ut Petrus aiebat) in omni populo & gente qui timet Deũ & opatur iustitiã, acceptus est illi. Aperit quoq; nullã esse disparitatẽ sexus ætatis, status, gentis, inter recipiẽtes ipsum, nullumq; eẽ limitatũ hoĩbus numeꝝ recipientiũ, qui possint fieri filĳ Dei. Sed quotquot receperint, oẽs posse fieri filios Dei. Id aũt dixit, ne qs putaret se tarde recipe, cõpleto iam numero, aut si non ido neũ ex conditione, statu, sexu, gente, &c. Dicit ergo. Quotquot aũt receperunt eũ.s. Xp̃m, dedit eis ptãtem filios dei fieri.i. ut filĳ Dei adoptiui fierent. Nõ dicit dedit eis ptãtẽ ut filios Dei se facerẽt, sed ut fierent filĳ Dei. Sicut.n. in naturalibus elemẽtis est ptãs, nõ ut se moueant sursum uel deorsum, sed ut moueat terra deorsum & ignis sursum, ita Chri *Act. 10.* *Quotquot quõ exponitur.* *Pulchra cõparatio.*

sti fidelibus data est potestas non efficiendi seipsos filios Dei. (Actio.n.hæc omnē creatam facultatem excedit) sed ut fierent filij Dei. Potestas autem hæc donum grãe gratum faciētis est. Et si dicas cũ homines fiãt filij Dei eo ipso quod credũt in Christum quemadmodũ ait Apost. ad Galat. Omnes
Galat.3.
uos filij Dei estis per fidem in Christo Iesu, qũo recipiētibus Christũ per fidem datur potestas filios Dei fieri? Rñdendum est q hæc gratia non datur nisi uolentibus. Et ita est in operatione gratiæ, & in potestate liberi arbitrij. Nam hoc qdem est dei, scilicet dare gratiam. Illud aũt est hominis.s.præbere fidem, iuxta illud Augustini. Precium salutis nostræ Deo miserãte habemus, ut acquiescamus,
Augusti.
scilicet per fidem, nostræ libertatis est. Potestas ergo filios dei fieri, nõ datur nisi profitentibus fidem Christi, per se si sunt adulti, uel per aliũ si sunt paruuli. Per filium enim naturalē, & per credulitatem in eum huiusce filiatio acquiritur, non per carnis propagationem.

Signanter subdit, his qui credunt in noīe eius, non dicit qui credit nomen, uel nomini eius, quia etiam demones credũt & cõtremiscunt. Sed in nomine eius per fidem formatã. Nomen quoq; eius
Quid sit credere in nomine Christi.
dicit Emanuel, id est nobiscũ deus. Ideoq; ille credit in nomine eius qui credit eum deũ & hominē esse, ei adhęrens per charitatem. Vnde Ioãnes. Ois
Ioan.5.
qui credit qm̃ ipse est filius Dei, ex Deo natus est. Et nota q queadmodũ lux solis cõcurrit ad naturalē gañtionē hoīs mouēdo, calefaciēdo, augēdo, purgando, nutriendo, et fortificãdo: ita spũalis lux gratiæ Christi cõgruit spũali generationi eiusdē, in qua homo aliũ pr̄em & matrē sibi acqrit. Homo itaq; regeneratus aqua baptismatis, per fidem &

gratiam,ptãtem habet ut per adoptionẽ filius Dei efficiatur. Inde subdit. *Qui non ex sanguinibus, neq; ex uoluntate carnis, neq; ex uoluntate uiri, sed ex Deo nati sunt.* Filij Dei ex comixtione seminũ, ex cõiunctione maris & fœminę, ex actione & passione partis uegetatiuę & sensitiuę, minime nascunt. Ideo dicit. Qui nõ ex sanguinibus .i. ex materia seminũ patris & matris. pluraliter. n. secundũ græcos & Augustinũ, dicendo ex sanguinibus, uiri pariter et fœminę cõmunionem ostẽdit. Qđ etiã exponendo subdit. Neq; ex uolũtate .i. ex cõcupiscentia & delectatione carnis .i. mulieris. Quia. n. caro minus fortitudinis habet, & ab ossibus sustentat, ideo per eam sexus infirmior designatur. Neq; ex uoluntate .i. cõcupiscẽtia & delectatione uiri, sed ex deo nati sunt baptismatis unda, ac spũali gñatione ut filij Dei adoptiui efficiant. Deinde declarat modũ, ostendit & manifestat quo uerbũ uenit in mundũ, nõ siqdem per mutationem localẽ, sed Dei filius qui prius erat in mundo, per potentiã, pręsentiam, & essentiã, uenit ibi alio nouo ueniendi modo. s. humiliando se per carnis & nostræ infirmitatis assumptionẽ. Et hoc est quod dicitur. *Et uerbum caro factum est, & habitauit in nobis.* Sumit hoc in loco pars pro toto, uidelicet caro pro hoie, quẽadmodũ & in psal. Ad te oĩs caro ueniet. Et in Genesi. Oĩs caro corruperat uiã suã. *Genes. 6.*
In Esa. quoq; uidebit oĩs caro quod os dñi locutũ *Esa. 40.*
est. Rursus. Videbit oĩs caro, salutare dei nostri. Et *51.*
infra ait Saluator ad patrẽ. Dedisti ei potestatem *Ioan. 17.*
oĩs carnis. Itaq; uerbum .i. unigenitus filius Dei, uerus Deus in se æternaliter subsistens, caro, id est uerus homo factus est, assumendo humanã naturam in unitate suppositi. Assumpsitq; simul in eodem instanti animã rationalem tũc primo creatam, &

carnem humanã ex purissimis sanguinibus sacratissime uirginis sumptã, & a spiritu sancto formatã rationaliq́ anima informatã, sic ꝙ in eodẽ instanti assumpsit animam simul & corpus. Id q́ fuit nouum & admirabile omniũq́ mirabilium nouissimum, de quo uaticinatus est Hieremias. Nouum inquiens faciet dñs super terram, mulier circundabit uirum. i. puerũ Iesum in utero sacratissimo. Virum inquã non ętate & quantitate, sed uirtute & sapiẽtia. Sed cur uerbum caro factũ est, nisi ut nos efficiamur diuinę consortes naturæ, percipiẽdo meritis Christi copiosissimã gratiam in præsenti, æternamq́ beatitudinẽ in futuro. Rursus. Cur uerbum caro factum est, formam serui accipiẽs, nisi ut nos ab omni macula culpę purgatos in cœlestibus exaltaret? Proinde. Cur uerbum caro factum est, id est filius Dei est incarnatus, & non pater aut spiritus sanctus, nisi ut per incarnationem hanc benedictam, facti simus naturales fratres, naturalis filij Dei, ut pote eiusdem naturæ cum filio patris æterni, eiusdemq́ filij adoptiui, per filium naturalem? Amplius. Si omnia per ipsum facta sunt, etiam per ipsum omnia recreata sunt. Et si omnia in sapientia sua fecit Deus, sicut scriptum est, omnia in sapientia fecisti, decuit insuper ut per eandem sapientiam omnia recrearentur.

Quõ uerbum caro factũ est.

Hiere. 31.

Cur uerbum caro factum est

Et habitauit in nobis. Non dicit euangelista habitauit inter nos uel nobiscum, ut palàm ostenderet ꝙ non de habitatione locali, seu exterioris conuersatiõis est sermo, sed habitauit in nobis. i. in natura nostra quã induit, quę uelud templũ ac tabernaculũ uerbi assumentis diuinitatisq́ latentis fuit. Quamobrem dixit Iudæis. Soluite tẽplum hoc, de tẽplo corporis sui loquens ut euangelista testatur.

Possumus etiam dicere: Et habitauit in nobis.i. internos cõmorari ac conuersari dignatus est, prout dictum fuit per Baruch. Post hęc in terris uisus est, *Baruch.3.* & cũ hominibus conuersatus est. Hinc quoq; per Zachariam prædixit. Gaude & lętare filia Syon, *Zacha.2.* quia ecce ego uenio & habitabo in medio tui. Et p Esaiam, propter hoc sciet populus meus nomen *Esa.52.* meum in die illa, quia ego ipse qui loquebar, ecce adsum. Sed melius (ut nõnulli arbitrantur) dicendum est, q Christus habitauit spiritualiter in nobis p gratiam fidei, spei, & charitatis. Vnde & Paulus dicebat. Habitare Xp̃m per fidem in cordibus *Christus* nostris. Dicendo itaq; euangelista, & habitauit in *habitat in* nobis, explicat q fuit intus in animis nostris conti *nobis tri-*nuo utens intellectu, uoluntate, affectibus, uiribus, *pliciter.* studio, operibusq; nostris ad seipsum. Hoc est.n. uerbũ habitare in nobis, qm̃ habitator ad pprium usum domo utitur. *Et uidimus gloriam eius gloriam quasi unigeniti a patre plenum gratiæ & ueritatis.* Gloria est quoddã nomen generale perfectissime significans bonorũ omnium cõplementum, licet in scripturis diuersis modis accipiatur. Interdum pro maiestate; Sæpenumero pro excellentissima laude. Aliqñ pro beatitudine. Nonnunq̃ uero pro quacunq; excellentia, seu opere magno. Apostoli ergo uiderũt oculis carnis gloriam incarnati uerbi.i. magnificentiam miraculorũ ipsius, & claritatẽ quã habuit in transfiguratione: Viderunt insuper Petrus Ioãnes, & Iacobus. Claritatem uero & excellentiam eius post resurrectionẽ uiderunt omnes apostoli. Rursus, maiestatem diuinitatis in carne latentis ac beatitudinem animæ Christi Deo semper fruentis, uiderunt Apostoli oculo intellectuali, uel interiori p fidem, pſertim post resurrectionẽ, & spiritus sancti

missionē. Excellentiam quoq; ipsius in pdicando & operando uiderunt. Qūo erat docens sicut potestatē habens, qualiter nouā & propriam legem tradidit. Dęmones quoq; q̄ admirabili modo imperando ejiciebat. Viderunt præterea qūo ad nutum propria uirtute miracula operabatur, cordiū archana aperiens, cuncta futura pnoscens, & tandem qualiter post resurrectionē ianuis clausis intrans, spūm sanctum insufflauit, & corā discipulis in cœlum ascendit. Quæ omnia cū sint citra humanam facultatem, & ultra omnem potestatē creatam, soliq; Deo possibilia, ideo subditur.

Gloria xp̄i quō uisa ē in mundo.

Vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti a patre. Vbi nota q gloria unigeniti filij alicuius regis uel imperatoris, in quattuor consistere uidetur. Primo, ut ille uocetur a patre filius & p filio ipsum agnoscat. Secūdo, ut omnes serui & famuli patris famulentur ei. Tertio, ut omnia regna subiecta patri, ipso annuente subijciantur & filio. Quarto, ut eadem potestas quā pater exercet tribuatur filio. Nullam.n. hac gloria maiorē filius acquirere potest a patre. At gloria Christi unigeniti Dei patris in his quattuor consistit. Primo ille pater æternus in baptismate & transfiguratione, unicum filium suū ipsum appellauit, cū dixit. Hic est filius meus dilectus in quo mihi cōplacui, ipsum audite. Secūdo, omnes angeli Dei seruierunt ei, dicente Apostolo. Et adorent eum omnes angeli Dei. Et alibi. Et ecce angeli accesserunt, & ministrabant ei. Tertio, omnia subiecta Deo fuerunt subiecta Xp̄o, pter eum qui subiecit sibi omnia, dicente Psalmista. Omnia subiecisti sub pedibus eius. Quarto, Christus recepit omnē potestatē a patre, quemadmodum in euangelio de seipso testatur. Data est mihi

Gloria filij Dei i quattuor consistit.

Hebr.1.

Matth.4.

Matth.ulti.

omnis potestas in cœlo & in terra .s. a patre, qui *Ioan.5.*
omne iudicium dedit filio, ut omnes honorificent
filium sicut honorificant patrē. Et sicut pater suscitat mortuos, & uiuificat: ita & filius quos uult uiuificat. Ideo recte dicitur. Et uidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti a patre. i. talem gloriam uidimus, qualem decet uideri, & esse in unico naturaliq; filio patris æterni. Vnde euangelista omnē excellentiam Christi breuiter cōplectitur dicens. Vidimus gloriam eius quasi unigeniti a patre, ac si de aliquo rege cū maximo apparatu intrante diceremus. Ipse ingressus est quasi rex. i. tam clare atq; potenter ut ad regē spectat. Et ob hanc uisionē, Xps dixit apostolis. Beati oculi qui uident q̄ uos uidetis. *Luc.10.* Hinc per Esaiam fuerat prophetatū. Simul laudabunt, quia oculo ad oculum uiderunt. *Esa.52.67* Et iterū. Erunt oculi tui uidentes pceptorem tuum. Psalmista quoq;. Viderunt ingressus tuos Deus, ingressus Dei mei, & cætera.

Plenū gratiæ & ueritatis. Hoc est uidimus eum indeficientem, naturalem fontē omnis gratię & ueritatis inquantū Deus est, quia in ipso est ueritas uitæ, ueritas doctrinæ, ueritas iustitiæ. Et secundū q homo etiam plenus fuit gratiæ & ueritatis, quia in ipsum uniuersaliter & perfectę sunt omnes gratiæ & ueritates. Omnes nanq; alij habent spūm ad mēsuram, ipse uero sine mensura. Cæteri ut uirgo Maria, Helisabeth, Stephanus, Ioannes, pleni fuerunt spiritusancto, gratia & fortitudine, sed per participationem, Xps autē per essentiam. Et nō sine rationabili causa dicit euangelista, plenum gratiæ & ueritatis. *Gratia & ueritas cō tra culpā & ignorātiam.* Duplicē. n. defectū incurrerat homo p Adæ peccatum. s. culpā, & ignorantiam. Itaq; Xps, q̄a ut medicus nobis apparuit in mundū, duplex re-

medium fecũ attulit. Contra defectũ culpæ plenitudinem gratiæ, aduerfus ignorantiæ crimẽ plenitudinem ueritatis. Et ita totus perficitur mũdus quãtum ad intellectum in quo eſt ueritas, & quantum ad effectũ in quo eſt gratia. Deniq; plenitudo gratiæ rigorem legis euacuat, ſed plenitudo ueritatis umbrã legis exterminat. Inde ſequitur. *Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia: quia lex per Moyſem data eſt: gratia & ueritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.* Chriſtus nõ tantum plenitudinẽ gratiæ in aliȷs repertam habuit, uerũ etiam in alios redundãtem, quia de hac plenitudinę donoꝝ quã habuit, omnes nos electi, tanq̃ huius capitis mẽbra uelud p riuulos paruos quoſdam ſuper merita noſtra accepimus. ſ. gratiam pro gratia. Et nota ꝗ hæc non ſunt uerba Ioannis præcurſoris, ſed Ioannis euãgeliſtę teſtantis ꝗ de plenitudine ipſius uerbi Dei qui homo factus eſt, ipſe & omnes apoſtoli & diſcipuli, hauſerunt gratiam nouã pro gratia uetere, gratiam gratificantẽ pro gratia gratis data, gratiã reconciliationis & ſalutis, pro gratia fidei qua in eũ credimus, gratiam uitæ ęternæ pro gratia ꝑuenien te & iuſtificante, gratiam remunerationis pro gratia meriti. Dedit.n. nobis gratiam, ut per eam gloriam conſequamur, q̃ eſt gratia conſumata. Et breuiter quicquid de gratia additur gratię ꝑuenienti, totum eſt gratia pro gratia. Fides.n. gratia eſt, q gratis datur. Hanc ergo accepit gratiam primam peccator, ut eius peccata dimitterentur. Igitur pro gratia qua ex fide uiuimus, recepturi ſumus gratiã uitæ ęternæ. Sed ulterius animaduertendũ eſt, omnes nos de plenitudine ipſius gratiam accipere, ſecundũ tamẽ uarias hominũ diſpoſitiones, ut patet in fonte pleno dulciſſimis aquis, in quo uas accipe

Q̃uo gratiam dat Deus pro gratia.

Pulchra ſimilitudo.

re poteſt aquã ſecundũ ſuam capacitatẽ. Etſi parũ accipiat, nõ eſt defectus fontis, ſed uaſis. Sic i Xp̃o qui eſt fons uitæ plenus nos gratiam recepimus ſecundum maiorẽ uel minorẽ cordium noſtrorũ capacitatem. Itaq; ex parte dantis non eſt defectus, ſed ex parte noſtra, ſi nõ accipimus per humilitatẽ & dilectionem quantum poſſumus, &c.

Non erat, iſta gratia teſte Auguſtino in ueteri teſtamento, quia lex minabatur, nõ opitulabatur, iubebat, non ſanabat: languorem oſtendebat, nõ auferebat, ſed p̃parabat mendico uenturo cũ gratia & ueritate. Et ideo modũ acceptionis gratiæ, determinans ſubiungit. Quia lex per Moyſem data eſt, gratia uetus & umbra nouę q̃ annunciatio ſalutis erat. Gratia autem per quam homines uitam conſequuntur æternã, & ueritas qua uaticinia prophetarũ adimplentur, per Ieſum Chriſtũ facta eſt. Moyſes.n. figurã dedit, & Chriſtus ueritatẽ oſtendit. Qualiter autem hæc gratia & ueritas facta eſt, inſinuatur cum ſubditur. *Deum nemo uidit unquam unigenitus filius qui eſt in ſinu patris ipſe enarrauit.* Si Deum nemo uidit unquã, q̃d eſt ergo quod ſcribitur in Exodo, Aſcenderuntq; Moyſes & Aaron, Nadab & Abiu & ſeptuaginta de ſenioribus Iſrael, & uiderunt Deum Iſrael? Dicendum eſt ꝙ ibi accipitur Deus pro angelo repreſentante Deum, qui ipſius erat nuntius per quẽ iudæi acceperunt legem, ut in Actis ſcribitur. Quia accepiſtis legem in diſpoſitione angelorũ, & nõ cuſtodiſtis. At cũ euangeliſta dicit, Deum nemo uidit unq̃, de Deo qui abſolute Deus eſt, intelligitur, non de eo, qui ipſum repreſentat. Ita cũ legitur, uidi dñm facie ad faciem, & ſalua facta eſt anima mea, id de angelo cũ quo luctatus eſt Iacob, intelligendũ eſt, ut in Oſee di-

Exo.24.

Act.7.

Gene.32.

Osee.12. citur. Et inualuit ad angelum, & confortatus est.
Exo.33. Loquebatur etiam Moyses cū domino facie ad faciem, sicut solet loqui homo ad amicum suū.i.cū angelo dominū repręsentante: Cuius faciem nec quidem uidit. Quod si ideam angeli uidere nō potuit, quanto minus Deum. Cōstat ergo, id Deum nemo uidit unquā, de Deo absolute dictum esse, q secundū propriam naturā uideri nō potest. Ipse.n. seipsum solus & absolute cognoscit & apprehendit.

Quō Deū nemo uidit unquā.

Possumus etiam aliter & clarius id dictū interpretari per quatruplicē uisionē, secundū quatruplicem modū uidendi Deum. Prima uisio est corporalis, de qua Iob. In carne mea uidebo saluatorem meum. Quemadmodum etiam apostoli uiderunt Christū transfiguratū in monte. Alia est uisio Dei imaginaria, de qua cōmuniter loquuntur prophetę, ut Esaias cū dicit. Vidi dn̄m sedentē super solium excelsum & eleuatū. Daniel quoq;. Aspiciebā donec throni positi sunt, & antiquus dierū sedit. Cū autē dicitur, Deum nemo uidit unq̄, id intelligi potest, q nullus homo purus uiator, uiuens uita humana ac sensitiua, Deum in sua essentia uidit unq̄. Tertia est uisio Dei per speciem, qua Deum uident sancti in patria. Quarta est uisio perfectæ comprehensionis, qua res cognoscitur pfectæ, sicut ex sua natura cognoscibilis est, qua solus Deus uidet seipsum: sicut Ioannes testatur. Nemo nouit patrē, nisi filius. Apostolus quoq;. Quæ sunt Dei nemo nouit nisi spiritus eius. Cōsequenter pandit euāgelista, quis nos instruxit de inuisibilibus Dei. Vnigenitus filius Dei patri cōsubstantialis, qui est ab æterno in sinu.i.in intimis secretis patris ęterni, ipse enarrauit, hoc est in euāgelio docuit de unitate dei & personarū trinitate, qd de creatoris prouidentia

Iob.18. Esa.6. Dan.7. Quatruplex uisio Dei. Ioan.14. 1.Cor.2.

omnipotentia,cæterisq; secretis diuinis.Ideo dice- *Ioan.17.*
bat pater manifestaui nomē tuū hominibus quos
dedisti mihi.Igitur a filio Dei unigenito uero Deo,
sumus edocti. Quare. &c.

Capitulum sextumdecimum.

IPse autem Ioannes habebat uestimentum de pillis camellorum, & Zonam pelliceam circa lumbos suos. Esca autem eius erant locuste & mel siluestre. Tunc exibat ad eum Hyerosolima, & omnis iudea, & omnis regio circa Iordanem, & baptizabantur ab eo in Iordane, confitentes peccata sua. Nimia austeritas uitæ circa cibū & potū & tegumēta corporis diui pcursoris Ioānis Baptistæ,oēs lectores & audirores in uehementē admirationē trahit.Si.n.fuit i utero matris ab omni originali noxa purgatus,& sanctificatus ut inde peccare nō posset,cur igitur tā uir probus,sanctus,& oī uirtute pfectus,antea deserti teneris sub annis,ciuiū turmas fugiens petiuit,in tā aspera pnīa, ac si pessimus omniū peccatorꝝ fuisset? Sed qm̄ in moralibus magis mouēt facta q̄ uerba,& uita sancta q̄ loquella cōposita,& ut daret nobis exemplū pœnitēdi,doceretq; modū pnīam illā amplectēdi quā pdicabat, uoluit opibus illā insinuare. Vnde dicit euāgelista eum nō habere aureū uestimentū,nec de pelle,sed de pillis camelorꝝ.Et erat illi circa lumbos.i.renes zona pellicea,sicut de Helia in lib.Regū dr̄,q uir pilosus esset,& zona pellicea accinctus renib⁹.Et nō est mirū: uenerat.n.in spiritu & uirtute Heliæ, Cibus aūt Ioānis erat locuste cū melle agresti.Nā id genus aīalis,& si uile,etiā in cibo pmittebatur a Deo,ut i Leuitico ita habet. Quicqd aūt ambulat

De asperitate uitæ Ioannis.

4.Reg.1.

Levi.11.

quidē sup̄ quattuor pedes, sed habet lōgiora retro crura, p̄ q̄ salit sup̄ terrā, comedere debetis. Vt est brucus in genere suo, & attacus atq; ophimacus, atq; locusta, singula iuxta genus suū. Tunc exibat ad eū Hyerosolima & oīs iudæa, & oīs regio circa Iordanē (Hic capitur totū p̄ parte).i.multi de Hierusalē & Iudæa, & de regione circa Iordanē in maxima quātitate currebāt ad Ioannē, attendētes & cōsiderantes austeritatē, ipsiusq; uitæ integritatē, ac p̄bitatē mor̄, nec nō & uerba plena gr̄a & spū sancto. Propter etiā nobilitatē sanguinis, & nouū pniæ baptismū quē p̄dicabat, putabant ipsum esse messiam in lege p̄missum, ideoq; baptizabant̄ ab eo in Iordane. Cuius quidē baptismus erat q̄dam p̄paratio & p̄figuratio baptismi Xp̄i de proximo uēturi. Cōfitentes pc̄tā sua. Et licet Ioānes nō hēret ptātem absoluēdi eos ab hmōi peccatis, cōfitebātur tn̄ oīa pc̄tā illa delenda.s.p Xp̄m uenturū, quēadmodū ipse denunciabat in proximo fieri.

Quid locu[sta].

De sancti tate uitæ Ioannis.

De confessione, quædam sanctorum patrum notabilia.

Quēadmodū iudæi uenietes ad Ioannē baptizabant̄ ab eo in Iordane, ut ad Xp̄i baptisma se dispo nerēt, ita cōfitebant̄ pc̄tā sua, ut ad Xp̄i cōfessionē ab eo docendam se idoneos efficerent. De qua nō nulla sunt dicenda, citra ea q̄ in libro disputationū scripsimus. Est.n. cōfessio duplex. Quædā mētalis, quę fit corā Deo, & est de iure naturæ, quā semper Deus exigit a nobis. Quædā uocalis, q̄ fit sacerdoti, nō de iure naturæ. Igitur ante incarnationē Xp̄i sufficiebat cōfessio mētalis soli Deo, quia Deus nō dum erat hō. Sed postq; homo factus est exigit ab homine ut cōfessio sibi tanq; homini fiat. At quia Christus in forma humana nobiscum ubiq; p̄sens esse nō potest, uicarios suos cōstituit hoies, quor̄

Duplex cōfessio mentalis, uocalis.

primus

primus extitit Petrus & cæteri apostoli, cõsequenter q̃ sacerdotes, qbus ipse dixit. Accipite spm̃ sanctum, quorum remiseritis peccata remittunt eis, &c. Rursus. Quęcunq; solueritis & alligaueritis super terram, &c. Ob id. n. q ministri sacrorum cõtulit potestatẽ ligandi atq; soluendi confessionẽ eis tanq̃ iudicibus debere fieri palam insinuauit. Sic ergo Christus instituit cõfessionem tacite: apostoli aũt pmulgauerunt eam expresse. Ideo etiam cõfessio facienda est sacerdoti Christi uicario, ut per hoc peccata nostra diabolo celẽtur. De qua quàm plurimi sancti loquuntur. *Ioan. 20. Matth. 18.*

Augustinus ita de cõfessione loquitur. In oĩbus scripturis diuinis fratres carissimi utilr ac salubriter admonemur, ut peccata nostra debeamus iugiter ac humilr nõ solum Deo, sed ẽt sanctis hoĩbus & Deũ timentibus cõfiteri. Non. n. ideo uult Deus ut confiteamur peccata nostra q ipse ea scire non possit: sed quia diabolus hoc desiderat ut inueniat quid nobis ante tribunal æterni iudicis obijciat. Ideo uult ut magis defendere q̃ accusare peccata nostra uelimus. Cõtrario Deus noster pius & misericors uult ut ea cõfiteamur in hoc seculo, ut pro illis non cõfundamur in futuro. Sciens ergo diabolus uirtutem puræ cõfessionis totis uiribus impedire conatur hoiem ne confiteatur. Et sicut suggessit prius ut hõ caderet, sic post casum ĩpedit, ne resurgat: qa scit nos non resurgere posse sine cõfessione. *Aug. sententia de auriculari confessione.*

Augustinus pinde de eadem cõfessione ita scribit. Ponat se oĩno penitens in potestate iudicis in iudicio sacerdotis, nihil sibi reseruans, sed oĩa paratus sit facere, eo iubente pro recipiẽda uita animę, quęcunq; faceret p euitanda corporis morte. Homines etiam ad peccandũ proniores efficerentur, *Aug. li. de pœnitẽn.*

si turpitudines suas non ęstimarent reuelandas. Et quia initium operῃ bonorῃ est cõfessio, utile ualde est confessionẽ frequentare. Euenit.n. cor prius cõtritũ & humiliatũ cõfirmari in cõfessione, & plerũq; peccator solo timore uel ecclesiæ consuetudine sacerdoti pręsentatus per sacerdotale officium uere cõpungitur, ac plenus charitate recedit. Nec ob pudorẽ cesses à confessione, qa erubescentia & pudoris anxietas ac cõfitentis humilitas maxima pars est pœnitentiæ.

Chrysostomus præterea. Confessio peccatorῃ est signum bonæ mentis, & testimoniũ conscietiæ Deum timentis. Perfectus.n. timor soluit omnẽ pudorem. Illic aũt turpitudo confessionis aspicit, ubi futuri iudicij pœna non creditur. Et qa ipsum erubescere pœna est grauis, ideo iubet nos Deus nostra cõfiteri peccata, ut uerecundiã patiamur ꝑ pœna. Nam & hoc ipsum pars diuini iudicij est.

Cur instituta est cõfessio secũdum Chrysost.

Augustinus insuper. Qm̃ uerecundia magna est confiteri peccata; qui erubescit pro Christo fit dignus misericordia. Et quanto pluribus confitetur qs in spe ueniẽ, tanto facilius consequet grãm remissionis. Rursus, pro eadem uerecũdia remouenda clamat. O stultę, cur erubescis homini dicere, qđ non erubuisti in conspectu Dei facere? Remoue à te pudorem, curre ad sacerdotem, reuela secretum, confitere pctm̃, alioquin nihil tibi ꝓderit contrictio cordis, nisi sequat oris confessio, si possis. Qm̃ cõfessio est salus animarῃ, dissipatrix uitiorῃ, restauratrix uirtutũ, oppugnatrix dæmonũ. Quid plura? Obstruit os inferni, portas aperit paradisi.

Aug. cõtra nolẽtes cõfiteri.

Gregorius tandem ad cõmendationem confessionis ita dicit. Mirentur qui uolunt in quolibet iusto castitatis cõtinentiam. Mirentur integritatem

Grego.

iustitiæ, mirentur uiscera pietatis. Ego non minus admiror, cōfessionem humillimā peccatorum, quā tot sublimia gestat uirtutum. Est igitur cōfessio cō ueniẽter instituta, ut qui in sua potestate positus a Deo discesserat, sub alio positus cum humilitate & deuotione rediret. Ideoq; Deus istituit sacerdotem sui uicarium, & quasi medicum, cui peccatorum uulnera detegerent. Vt peccator nō a se sed ab alio maioris humilitatis causā satisfactionis medicinā susciperet. Si igitur hi sanctissimi, doctissimi ac probatissimi uiri a spiritu sancto edocti, tam digne & luculenter de cōfessione locuti sunt, cur potius nō debemus eis adhibere fidem, q̃ perfidis Lutheranis, cū simus et Christi & ecclesię testimonio muniti, ut alias dictum est. Deinde sequitur euangelista. *Videns autem multos pharisæorum, & saducæorum uenientes ad baptismum suum, dixit eis. Progenies uiperarum, quis demonstrabit nobis fugere a uentura ira?* In populo Iudeorum tres sectę reperiebantur quæ se cæteris pręferebāt. Scilicet Essei, qui abstractam & rigorosissimā uitam duxerunt, sed errauerunt in multis, putantes se sua iustitia posse saluari sine gratia. Pharisęi quoq; q̃ q̃si diuisi ab alijs dicebantur religiosiores, & doctiores. Eratq; honesta secta eorum; de qua Paulus se fuisse testatur. Ego inquiens pharisęus sum, filius pharisęorum. Saducęi insuper, dicentes se natos de semine Sadoch pōtificis, qui libros Moysi recipientes, prophetas non receperunt, nec angelū, nec spiritum, nec mortuorum resurrectionem concesserunt. Quæ omnia pharisęi admiserunt. Hi omnes ad baptismum Ioannis ꝓperabant non credentes secundum rei ueritatem, sed magis ad simulationē. Itaq; eorum uitia confidenter arguebat dicens. Progenies uiperarum. Et nota uiperā septem detestabiles pro-

Auctoris com.

Acto. 23.

Tres sectæ in populo Iudeorū.

Proprietates uiperæ Iudæis conuenientes. prietates habere. Est.n. uenenosa: matricida: fratricida: abortiua: mendax in natura: cæca, & dolosa, cupida cędis. Ita pariter Iudęi admodum huius serpentis quæ dicitur uipera fuerũt uenenosi rõne infidelitatis: matricidę, respectu ecclesię: abortiui: natura mẽdaces: cæci in scripturis, & in operibus dolosi. Dicit ergo. Progenies uiperarũ. i. filij illorũ patrum qui erãt uiperę, pessimi, & increduli, qui prophetas occiderunt. Vos igitur uenenum illud erroris, infidelitatis & hypocrisis a uestris ꝓgenitoribus traxistis. Quis dicebit, qs ostendet, quisue demonstrabit uobis fugere à uentura ira? Quæ, s. cito ueniet. Quasi uelit dicere Ioannes. Licet nunc falsitas uestra & incredulitas, necnon et hypocrisis ac infinita mala lateant in conspectu populi, nõ poterunt tñ latere in iudicio Dei, & in aduentu Christi, qa tunc erunt manifesta abscondita cordis uestri. Ipse.n. cognoscet cogitatiões uestras pessimas, & dicet. Vt qd cogitatis mala in cordibus uñs? Sed qa aliter non potestis illud iudicium euadere nisi per ueram & fructiferam pniam, ideo dico uobis. *Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ.* Fructus pniæ est præterita mala plangere & plangendo iterũ nõ cõmittere. Ieiunare, orare, eleemosinas paupibus elargiri, carnẽ suam crucifigere, ut docet Apl's cum uitijs & concupiscentijs. De hac pnia loquitur dñs.
2.Par.2. Si clausero cœlum, & pluuia nõ fluxerit, & mãdabo locustis ut deuorent terrã, & misero pestilentiam in pplm meum, conuersus aũt ppl's deprecatus me fuerit, & egerit pniam à uñs suis pessimis, ego exaudiam illum de cœlo. Hanc pniam amplexus est Dauid, qui post adulterium & homicidiũ
2.Reg.12. cõmissum, dixit. Peccaui dño: Cui Nathan q prius redarguerat eum, rñdit. Dñs transtulit peccatum

tuum. Et infra, cum per peccatum superbiæ qa numerare fecerat pplm suum, misisset dns pestilentiam in Israel, dixit Dauid ad dnm, cum uidisset angelum cędentem pplm. Ego sum qui peccaui, & ego inique egi. Isti qui oues sunt, quid fecerūt? Vertatur obsecro manus tua contra me, & contra domum patris mei. Ezechias insuper hanc sequutus est pniam. Qui cum audisset Esaiam dicentem sibi. Dispone domui tue qa morieris & non uiues, conuertit faciem suam ad parietem, & fleuit fletu magno. Cui dns, ore pphetæ, Audiui orationē tuā, et uidi lachrimas tuas, & ecce sanaui te. Ita Iob egit pniam in fauilla & cinere. Sic Niniuitę tales fructus dignos pniæ fecerūt. Horꝝ igitur patrū exemplis agenda est pnia sine dilatione, dum possumus, ne subito pręoccupati die mortis, quæramus spacium pniæ, & inuenire non possimus. Vnde Augu. Remedia conuersionis ad Deum nullis sunt cunctationibus differenda, ne tps correctionis pereat tarditate. Et ille dicitur. Siqs positus in ultima extremitate suę ægritudinis uoluerit accipere pniam, & accipit, & mox reconciliabitur. Fateor uobis, non illi negamus quod petit, sed dicere non præsumimus, qa bene hinc exeat. Si securus hinc exierit, ego nescio: pniam dare possumus, securitatem dare nō possumus. Nunqd dico damnabitur, sed nec dico saluabitur. Vis ergo à dubio liberari, uis qđ incertum est euadere, age pniam dum sanus es, qa si sic egeris, dico tibi qa securus eris, qa pniam egisti & eo tpe quo peccare potuisti. Si aūt uolueris agere pœnitentiam quando peccare non potes, peccata te dimittunt, non tu illa.

2. Re. 24.
4. Re. 20.
Iob. 42.
Iona. 3.
Quō non est differenda pœnitentia.
De pœnit. distin. 7.

Præterea, multis etiam de causis difficile est homini in extremis constituto salubrem de peccatis

Prima rō de pniā nō differēda. agere pœnitentiam. Primo, ratione circūstantiarū quibus illa debet esse munita. Tum ex parte principij. s. liberę uoluntatis, tum ex parte finis. s. ꝑpter Deum. Plurimi autē tunc temporis magis se pœnitent coactę ꝙ libere, potius timore ꝙ amore. *Secunda ratio.* Secūdo, ratione mali habitus acquisiti, ac pessimæ consuetudinis erga opera nefanda. Quanta aūt sit difficultas cōsuetudini prauæ & habitui malo nō obtēperare, satis dictū est alibi. Nā cōsuetudo est altera natura, habitusꝙ de difficili mobilis a suo subiecto. *Tertia rō.* Tertio, rōne alteri⁹ occupationis. Ad eo.n. homo tēpore mortis est egritudine & doloribus impeditus, ut se pœnitēdi deficiat tēpus. Ait.n. Gregorius. Cū infirmitate oppressus eris, nihil aliud cogitare poteris. Nā dirigitur tota intētio mētis, ubi sentitur uis doloris. Et si delectatio carnis extimationē prudentię corrūpit interdū, tanto magis (teste philosopho) tristitia stupefacit & corrūpit naturā habētis. *August.* Quamobrē diuus August. in lib. de pęnitentia inquit. Difficile est, ut tūc uera sit pnia, quā tam sero uenit, qn̄ cruciatus membra ligat, qn̄ dolor sensum opprimit, ut uix aliquid homo cogitare ualeat. *Eccl. 11.* Cui fauet illud sapientis. Afflictio unius horę obliuionē facit luxurię magnę. Igitur multo magis dolor mortis obliuionē pniæ causat. Ideo propheta clamat. Nō est in morte q memor sit tui. Et alibi loquens in ꝑsona morientis. Circūdederunt me dolores mortis, & pericula inferni inuenerunt me. Tunc.n. animus infirmi potius cogitat quō tā immensum dolorē sedare ualeat petit remedia, postulat medicos, timet mori, optat tamen euadere mortem, & anxiatur de sanitate corporis recuperanda, magis ꝙ de animæ salute.

Præterea nō est facile putandū hominē in extre-

mo termino uitæ suę posse agere pniam ob imensas dęmonum impugnationes. Tanto.n.diabolus grauiores temptationes suggerit, quãto magis pec catorem fini appropinquare cõspicit. Insidiatur siquidem in abscondito tanq̃ leo in spelunca sua. Insidiatur ut rapiat pauperẽ, rapere pauperẽ dum attrahit eum, &c. Stultus quippe est quilibet peccato obnoxius, qui dum sanus est, potens ad pugnandum aduersus diabolum per pœnitentiam id facere negligit, putans tẽpore mortis contra tam diros hostes illud idem se facere posse. Immemor Apostoli dicentis. Nõ est nobis colluctatio aduer sus carnem & sanguinem,(p̃cipue in articulo mortis) sed aduersus principes & potestates aduersus mundi rectores tenebrarũ harum. Temptant siquidem tunc temporis de articulis fidei, ut morientẽ ad infidelitatem & desperationẽ inducant. O quãtus tunc erit horror, q̃n pedes frigescunt, dentes nigrescunt, nasus acuitur, caligant oculi, frons indurescit, aures pallescunt, tactus amittitur, lingua occupatur, pectus anxiat, guttur restringitur. O quãtus erit tremor in illa hora mortis, q̃n de momẽto in momentũ expectat peccator, ut de hac uita trãseat ad alterã. Tunc enim aperiuntur libri in q̃bus sunt scripta omnia delicta. Quemadmodũ.n. Cygnus auis albissima toto tempore uitę suę luget, q̃a purissimus ipsius sanguis in omnibus diffunditur uenis ut parũ uel nihil remaneat circa cor: in mortę uero gaudet, quia totus sanguis cor petit, ob cuius dulcedinẽ ingenti afficitur delectatione: sic moraliter, homo iustus peccata luget in uita, tẽpore uero mortis summopere gaudet & lętatur ob memoriam bonorũ operum q̃ occurrunt ei. In oppositũ autẽ, Syrena piscis marinus in tota uita sua canere

Quarta ratio.

Ephe. 6.

Horror mortis.

Similitudines duæ de iustis et iniustis morientibus.

fertur, quia ipsius sanguis uenenosus, totus latet in cauda, nihil pœnitus remanens circa cor. In morte uero uenenũ cor petens, maximo cũ dolore se discerpit. Ita iniusti & peccatores in uita lętant, obliti malorũ operũ: sed in morte tristant, dum omnia mala ad eorũ memoriam reuocantur: sicut scriptũ
Eccl. 11. est. In fine hominis, denudatio operum eius.

Deniq; dolet homo in extremis constitutus, uidens se relinquere parentes, filios, amicos, quos antea tam ardentissime diligebat, cui auxiliari minime possunt. O quãtus dolor, quantaue peccatoris afflictio, cernens se priuari thesauris suis, quos tãto labore quæsiuit, tãto timore seruauit, tãto amore dilexit, ac cæteris tẽporalibus bonis, putans illa diutius possidere, sed morte preuẽtus ea relinquere cõ
Iob. 27. pellitur, iuxta illud Iob. Diues cũ dormierit nihil secũ affert, aperiet oculos & nihil inueniet nisi peccatũ. Et Dauid in Psalmo. Dormierunt somnũ suũ, & nihil inuenerunt omnes uiri diuitiarũ suarũ in manibus suis. Itaq; nõ timeat iustus cũ diues factus fuerit homo, & cũ multiplicata fuerit gloria domus eius, quñ cũ interierit nõ sumet omnia, nec descendet cũ eo gloria eius. Difficile est igitur ut est ratiõni cõsentaneũ, tunc tẽporis peccatorẽ se pœnitere. Nos aũt (ut docet Apl's) dum tps habemus operemur bonũ, facientes fructus dignos pnię, clamãtes ad dñm cũ ppheta. Ne tradas bestijs aĩas cõfitentes tibi, &c. Deinde subdit Ioãnes. *Et ne uelitis dicere intra uos, patrem habemus Abraam. Dico.n. uobis, quoniam potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrae, Iam.n. securis ad radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor qua non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur.* Nomina hæc. s. Abraam, filij Abrahæ, Israel, & filij Israel, non sunt nomina naturæ, aut carnis, nec a natiui-

tate imposita, sed sunt nomina gratiæ, spiritus & misterij. Abram namq; dictus est a natiuitate cum simplici, a, sed postquam facta fuit ei repromissio de Christo uenturo, credens repromissioni iustificatus fuit. Tunc auctũ fuit nomẽ eius, & quodãmodo p̃ adictionem mutatũ, ut Abraam ab oibus uocaretur .i. pater multarũ gentium. Quãobrẽ filij Abraam tantũ descendẽtes ab eo secundũ carnẽ, sine fide ipsius de Xp̃o, nõ dicuntur ueri filij Abraę. Vt iudæi increduli, nõ benedicti, nec regenerati in baptismate Christi: dicente Ap̃lo. Qui ex fide sunt, ĥ sunt filij Abraę. Abraam igitur pater est fidei, & operum ipsius: & filij eius, filij fidei, opera ipsius faciẽtes, ut iusti & ueri Christi fideles. Dicit ergo Ioannes. Et ne uelitis dicere intra uos .s. per falsam extimationẽ, patrẽ habemus Abraam, q̃a nõ est sic secundum rei ueritatẽ. Nam ipse nõ est pater uester nisi tantũ secundũ carnẽ. Et si filij Abraæ estis, opera Abraę facite. Nouerat .n. sanctus Ioãnes hos carnales iudæos de carnis nobilitate inaniter superbire & se iactare, eo q̃ de patriarcharum ac p̃phetarum semine descẽdissent, cũ tamen ex hoc eorum peccata plus grauarentur, q̃a q̃ de sanctioribus patribus descenderunt, eo grauius peccauerunt, illorum uirtutes nõ immitando, nec Deo gratias agendo. Nihil .n. cõfert carnalis generositas, nisi cũ similibus studijs fulciat. Iccirco uanũ est extolli de bonis p̃decessoribus, & deficere ab eorum uirtutibus. Vnde Chrysostomus. Quid prodest ei quem mores sordidat generatio clara, aut quid nocet illi generatio uilis, quẽ mores adornant? Nã & aurũ a terra nascitur, & nõ est terra. Et aurũ quidẽ eligitur, & terra contemnitur. Melius est de uili genere clarũ fieri, q̃ de claro genere contẽptibilem nasci. Melius est ut in

Qui sunt ueri filij Abraæ.

Galat. 3.

De nobilitate sãguinis non gloriando.

te glorientur patres, quia talem filium habent, quam ut tu in parētibus glorieris. Ideo subdit. Dico.n.uobis: nolite gloriari quia filij Abrahæ estis secundum carnē, si nō secundū religionē, immitationē, & fidē, q̄ est melior filiatio. Qm̄ potens est Deus de lapidibus istis. Demonstrauit.n. Ioānes Baptista lapides illos Iudæis, quos filij Israel de fundo Iordanis abstulerant, in memoriam miraculi qn̄ dn̄s in transitu eorum, Iordanis siccauit aquas. Per quos gentiles populi figurabantur, eo quod colebant idola de lapidibus facta, & ita efficiebantur lapides, dicente Psalmista. Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. Nimirum de lapidibus filij Abrahæ suscitati sunt, quando corda gentilium dura in Abrahæ semine.i.in Christo crediderunt, & eius filij effecti sunt. Quemadmodum per Oseam prophetam p̄nunciatū fuit. Et erit ubi dicetur eis, nō populus meus uos. &c. Sed qm̄ Ioannes Baptista nō tantū eorum uitia cōfidenter arguebat, uerum etiam pœnā eis p̄dicebat in proximo uenturā. Ideo subdit. Iam.n. securis ad radicē arborum posita est. Homo.n. dicitur arbor reuersa, cuius radix est uoluntas ex qua sicut ex radice p̄cedunt tam bona quam mala, quia nō est peccatū nisi uoluntariū. Itaque securis.i. seueritas diuinæ iustitiæ est in proximo uētura. Et quēadmodū arbor q̄ nō facit fructū bonū excidetur, & in ignē mittetur, sic omnis homo qui nō operatur opera bona p fidem & gratiā, in ignē mittetur inferni. Potest insuper per arborē intelligi genus humanū, cuius rami alij aridi, ut increduli incendio apti. Alij uirides, & horum quidā infructuosi, ut hyppocritæ, nō rem, sed speciem sanctitatis habentes. Quidam fructuosi, ut ueri catholici, securis est sententia mortis, uel extremi iudicij. Deinde se-

Lapides dicuntur gētiles.

Similitudo arboris ad hominem.

quitur. *Et interrogabant eum turbæ dicentes. Quid ergo facie mus? Respondens autem dicebat illis. Qui habet duas tunicas det non habenti, & qui habet escas similiter faciat.* Turbæ ex uerbis Ioannis, i. simplices homines nimio terrore percussi cōsilium q̄runt, & interrogant eū dicentes. Quid faciemus? Scilicet ne excidamur, & in ignē mittamur. Et nota q̄ tantū turbæ mouentur ad q̄rendā salutē, & nō scribæ & pharisæi, iuxta illud Ioannis. Nunquid ex principibus aliquis credidit in eum, aut ex pharisæis? Sed turba hæc q̄ nō nouit legē, maledicti sunt. Respondens autē Ioannes dicebat illis. Qui habet duas tunicas. s. superfluas, det unam nō habenti. Et qui habet escas, uidelicet superfluas similiter faciat. Quemadmodū infra scribitur. Quod superest date eleemosinā, & oīa munda sunt uobis. Quamobrē ex uerbis Ioānis eliciuntur quinq̄ condictiones quas exigit q̄libet eleemosina, ut sit Deo grata. Prima est iusta possessio, dicēte Thobia. De substātia tua fac eleemosinā: q̄a nō est facienda de bonis alienis. Secunda dicitur ordinata discretio, ideo dicit duas. i. superfluas. Necessaria. n. sunt retinenda. Tertia, recta intētio: ideo subdit. Det. s. gratis, non uendat pro temporali bono, nec pro humana laude, iuxta illud psalmi. Dispersit dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi. Quarta dicitur misericordia: ideo subinfert, non habenti. i. indigenti nō diuiti, dicente domino in euangelio. Cum facis conuiuium uoca pauperes & debiles. Quinta est larga subuentio, Ideo dicit. Et qui habet escas similiter faciat. Vt non in uno, sed in multis si fieri potest, subuenias indigēti, sicut dicit Esaias. Frange esurienti panem tuum. *Venerunt autem & publicani ut baptizarentur, & dixerunt ad illum. Magister quid faciemus? At ille dixit ad eos. Nihil amplius quā*

Ioan. 7.

Quinq; cōdictiones eleemosinæ. Tho. 4.

Ioan. 14.

Esa. 58.

quòd constitutũ est uobis faciatis. Interrogabant autem eum & milites dicentes. Quid faciemus & nos? Et ait illis. Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, & contenti estote stipendijs uestris. Publicani secundũ Bedam dicuntur uectigalium seu rerum publicarum exactores, seu conductores. Rursus qui per negotia huius seculi lucra sectantur, sicq; publicani uocati sunt, quia de rebus ad rempublicam pertinentibus, se intromiserunt, quorũ multi ad predicationẽ Ioannis se emendarunt. Iccirco apud Mattheũ Xp̃s principibus sacerdotũ & phariseis locutus ẽ: Publicani & meretrices p̃cedent uos in regnum Dei. Quia crediderunt ei, puta Ioanni. Et dixerunt. Magister, quid faciemus. Non dixerunt, quid sciemus: sed quid faciemus? Quia non auditores sed factores legis iusti sunt apud Deum. Et scientia sine uirtute obest magis q̃ prodest. Et dixit ad eos. Nihil amplius q̃ constitutum est uobis faciatis. Hoc est non plus exigatis q̃ prefixum est uobis a iure, seu dominis quorum tributa leuatis. Hoc ideo dicit, qm̃ tales solent plura exigere, q̃ iussum est eis. Interrogabant autem eum milites qui sub Romanorũ Imperio militabant. Erantq; rei publice & patriæ defensores, dicentes: Quid faciemus & nos? Tres ideo ut asserit Origenes fuerũt ordines interrogantium Ioannem. Vnus turbarum: secundus publicanorum tertius militũ. Ioannes autem cuilibet ordini proportionatum dedit responsum. Et ait illis. Neminem concutiatis opprimendo, corporaliter affligendo, iniuste terrẽdo, neq; calumniam .i. fraudulenter iniurias faciatis, innocentes in causam trahendo, seu quempiam mendaciter accusando. Et contenti estote stipendijs uestris, hoc est mercede, seu retributione uobis ab Imperatore, uel Vicarijs

Matth. 21.

Roma. 2.

Tribus generibus p̃sonarũ consuluit Ioãnes.

eius præfixa,pro exercitiis militiæ,quibus pro defensione reipublicæ laboratis. Nec ultra quicquã ab aliquo extorqueatis,&c.

De baptismate Ioannis. Cap. XVII.

Existimante autem populo, & cogitantibus omnibus in cordibus suis de Ioanne,ne forte ipse esset Christus: miserunt Iudæi ab Hierosolimis sacerdotes & leuitas ad eum ut interrogarent eum. Hierosolimis ubi tunc tẽporis studiũ florebat, & doctrina legis ac prophetarũ, fama uulgo iam increbuerat Messiam statim uenturũ,aut etiam iam iam uenisse. Iam.n.signũ a Patriarcha Iacob datũ illis impletũ erat, qm̃ ablato ab eis omni sceptro regali Romanis subiecti erãt, a quibus magistratus habebant sibi delegatos, ut Pilatum,Herodẽ,Philippũ,&c. Opinabanť etiam hebdomadas Danielis, uel ad ipsum finẽ iam decurrisse,uel prope illum consistere. Ita .n. Daniel p̃dixerat. Septuaginta hebdomades abbreuiatæ sunt sup populũ tuũ, & super urbẽ sanctã tuã,&c. De quibus supra satis abunde locuti sumus. Cõsiderabant p̃terea mirabilia quæ circa conceptionẽ Ioannis & natiuitatẽ acciderant, quia de senibus ac sterili matre angelo p̃nunciante fuit exortus. Et quia tam strictissime ac sanctissime uixit. Rursus propter p̃dicationis ipsius excellentiã, ac baptismi purificationẽ,quẽ Iudæi p̃cipue in aduentu messiæ expectabant implendũ,quemadmodũ dixerat dominus p Ezechielem prophetã. Ecce ego effundã super uos aquã mundã, & mũdabimini ab omnibus inquinamentis uestris. Et qm̃ de generosa stirpe descenderat Ioannes.s.sacerdotali q̃ regie tri-

Opinio de messia tẽpore Ioannis.

Dan.9.

Ezec.36.

Fama optima Ioãnis apud Iudeos. bui fuit admixta. Proinde quia tunc apud Iudæos fuit publica fama de Christi aduentu iam facto, ut dictum est. Etiam propter uerba Symeonis & Annæ, atq; Magorum, & propter Herodis tirannide in infantes, quorum omniũ memoria iam renouabatur, imo adhuc multi uixerunt q illa audierant, siue cõspexerant. Hac igitur de causa principes iudæorum miserunt sacerdotes & leuitas ad Ioannẽ, ut interrogarent eum. *Tu quis es?*

Venerunt igitur nobiles legati .s. sacerdotes & leuitæ ad Ioannẽ, ut interrogarent eum. Tu qs es? Quibus potuisset multipliciter respondere.

Primo, si quẽ me esse scire q̃ritis quantũ ad naturam corporis respondeo. Ego sum uermis & non homo, &c. Ego sum terra & puluis, sicut scriptum *Hiere.22.* est. Terra es, & in terrã reuerteris. Hieremias quoque clamat. Terra terra, audi uerbũ domini. Si igitur sum terra, teneor humiliari, quia superbis resistit Deus, humilibus autẽ dat gratiam. Dictutus *Matth.18.* est etiam dominus in euangelio. Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli .i. humiles, non intrabitis in regnum cœlorum.

Secundo, si quẽ me esse scire quæritis quo ad naturam animæ, respondeo. Animal sum rationale, capax rationis, ut ens ratione. Itaq; uiuere debeo secundũ rationem & spũm. Quia ut in futurũ dicet Apostolus: Caro & sanguis regnũ Dei nõ possidebunt, qm̃ sapientia carnis inimica est Deo. Qui au- *Roma.8.* tem in carne sunt, Deo placere non possunt. Ergo debitores sumus non carni, ut secundum carnẽ uiuamus. Si .n. secundum carnẽ uixeritis moriemini. Ego sum rationale animal habens caput erectum uersus cœlum, quia cõuersatio mea in cœlis est. Et quæ sursum sunt, q̃rere debeo, nõ q̃ super terram.

Tertio, si quę me esse scire q̃ritis quantũ ad religionẽ, ego sum Christianus nomine & re, sub uexillo militans Christi: iccireo teneor ipsum p̃cedere, quemadmodũ aurora solẽ antecedit: & ferre crucẽ ante eum. Ipse.n.clamabit. Qui uult uenire post me, abneget semetipsum & tollat crucem suam & sequatur me. *Matth.16.*

Quarto, si q̃ritis scire an sim Christus, respõdeo me nõ esse Christũ. Ideo dicit euãgelista. *Et confessus est & non negauit. Et confessus est, quia non sum ego Christus.* Quid.n. est dicere, confessus est, & nõ negauit? Nisi, confessus est ueritatẽ, & nõ negauit eam. Nõ negauit uenisse Christum, sed confessus est se nõ esse Christum. Quasi diceret. Non sum Christus, sed Christi p̃cursor. Non sum sacerdos, sed summi sacerdotis minister. Non sponsus, sed amicus sponsi. Non uerbum, sed uox uerbi. Non sum saluator, sed saluatoris paranimphus. Non sum iudex, sed iudicis preco. Non dominus, sed seruus. Nõ pastor, sed ouis. Ecce lucifer superbissimus qui summam Dei omnipotentiam, sapientiam, & bonitatẽ, & se esse Deum optauit iniuste. Eua quoq; equari Deo uoluit, ut sciret bonum & malum. Pharao insuper se Deum esse putauit, cũ dixit. Mea sunt flumina, & ego feci ea. Necnõ & Nabuchodonosor statuam auream erexit, ut ab omnibus uelut Deus adoraretur, dicens. In cœlum conscendam, super astra cœli exaltabo solium meum, similis ero altissimo. Dixit p̃terea rex Tyri, Deus ego sum. Hos deniq; superbos Deus miserrime deiecit in terrã. Ex opposito uero, Ioãnis humilitas cõmendatur, q cũ tantę uirtutis esset ut Christus credi posset, elegit solide subsistere in se, ne humana opinione raperetur inaniter super se. Quemadmodũ humiles id efficere so-

Quid confessus est Ioannes.

Cõtra superbos, Ioãnis humilitas cõmendatur.

lent, contra nōnullos superbos qui tēpore apostolorum, Messiæ sibi nomē temere usurparunt, sed turpissime corruerūt. Vt Theodas, & Iudas Galileus, de quibus in actis scribitur apostolorum. *Et interrogauerunt eum. Quid ergo? Elias es tu? Et dixit. Non sum. Propheta es tu? Et respondit, non.* Quemadmodū in populo hebræorum expectabatur Christus uenturus, ita & Elias ipsum pcessurus. Sicut. n. aduētus Christi fuerat iudæis promissus: ita & Eliæ: dicente dño per Malachiam. Ecce ego mittā uobis Eliam prophetam anteq̃ ueniat dies domini magnus & horribilis. Sed propter duplicem Christi aduentū decepti sunt iudæi. Non siquidē de aduentu Christi in carne, sed de secundo aduentu Christi ad iudiciū, locutus est Malachias. Vidētes igitur qui missi fuerant, q̃ Ioannes nō cōfitebatur se esse Christū, q̃rebant, si esset Elias. Quibus dixit. Non sum. Cuius oppositum Christus fatetur, q̃ loquens de Ioanne sic inquit. Elias iam uenit: & non cognouerunt eum, sed fecerunt in eo q̃cunq̃ uoluerunt. Tūc intellexerūt discipuli, quia de Ioanne Baptista dixisset eis. Et alibi quoq̃ de Ioanne loquitur. Si uultis recipere, ipse est Elias qui uenturus est. Ioannes igitur erat Elias, & nō erat Elias. Sed ṗtermissis disputationibus, dicendū est Ioannē baptistam nō fuisse Eliam in persona & corpore, in quo sensu ipse loquitur. Erat aūt Elias in spū & uirtute, ut asserit Christus. Qm̄ in operibus suis assimilabatur Eliæ. Sicut. n. Elias aduentum domini ṗueniet secundū, ita Ioannes primū antecedit. Ille ṗcursor uenturus est iudicis, iste ṗcursor factus est saluatoris. Et quēadmodum Elias paruo cibo utebatur in deserto, & duris uestibus operiebatur: sic & Ioannes, ambo in deserto conuersati, ambo uictu parci, ambo uestitu inculti,

Acto. 5. — *Malac. 4.* — *Matt. 17.* — *Matth. 11.* — *Ioānes quō erat Elias, & quō nō.*

inculti, ambo zelo ueritatis passi sunt aspera: ambo reges arguebant, ambo regum insaniam tollerabant. Ille Iordanem cœlum petiturus diuisit, hic ad lauachrum quo cœlum petitur, multos conuertit. Et quia Ioannes negauit se esse Eliam quem ante Christi aduentum nouerant esse uenturum, quærebant, si propheta esset. *Similitudo Eliæ et Ioannis.*

Hic non immerito considerādum est hos sacerdotes (ut nonnulli fatentur) per prophetam intellexisse, non simplicem uatem, sed prophetam quēdam precipuum, Illū uidelicet de quo Moyses scripsit in Deuteronomio. Prophetā suscitabit uobis dñs de fratrib⁹ uestris, tanq̃ me audietis. Sed hæc responsio Ioannis non differret à prima, qua se dixit non esse Christum. Idem est.n. dicere, non sum Christus, Sicut non sum propheta ille in lege promissus. Alij arbitrati sunt sacerdotes interrogasse Ioannem, an uidelicet esset absolute propheta. Sed id non uidetur esse uerum, quia Ioannes falsum dixisset, asserendo se nō esse prophetam, cum dñs de illo testatus sit dicens. Quid existis uidere? prophetam? Etiam dico uobis & plusquā prophetam dicendum est igitur in scripturis sanctis geminos esse pphetas. Alios ita dici qm̄ instinctu spiritus sancti annunciauerunt in consolationem eorū qui expectabant Mesiam & sacramenta in lege promissa, quemadmodū testatus est dñs. Lex & prophetæ usq; ad Ioānem prophetauerunt. Itaq; Ioannes non erat propheta ueteris testamēti de numero eorum q Mesiæ aduentum uaticinati sunt. Et sic bēnedixit negans esse prophetā. In hunc etenim finē, eoq; animo Iudæi interrogauerant, an propheta esset. Alij uero noui testamenti prophetæ dñr, q futura annunciant inspiratione diuina. Inter quos Ioan *Deute. 18.* *Math. 11.* *Duplices prophetæ uete. & no. test.*

nes primus propheta extitit, ſicut de eo ſuus cæcinit pater. Et tu puer propheta altiſsimi uocaberis. Et ita Ioannes propheta dicitur, imò plus ꝓpheta ꝙ̄ quiſpiam ueteris teſtamenti qm̄ præſentem aliquem monſtrare digito plus eſt ꝙ̄ uenturum prædicere. Ioannes quoq; euangeliſta dici poteſt propheta qui prę ceteris apoſtolis futura multa in ſua deſcripſit Apocalypſi. Paulus inſuper ꝓpheta merito poteſt appellari, q quāplurima de eccleſia uaticinatus eſt. Et de antichriſto. Sic etiā prophetiſſe fuerūt filiæ Philippi (teſte Luca:) Tales quoq; prophetæ plurimi extiterunt in primitiua eccleſia.

De prophetis noui teſtamenti.

Quod quidem Paulus confirmat, q etiam prophetare quoſdam iubet, quanuis cōi ſententia, ibi per prophetas diuinarum ſcripturarum interpretes intelligantur. *Dixerunt ergo ei. Quis es ut reſponſum demus his qui miſerunt nos? Quid dicis de teipſo?* Sacerdotes & legati iterum dixerunt Ioanni. Quis ergo es tu? id eſt, cuius autoritatis gratiæ, uel officij? Non. n. quęrebant quis eſſet per naturam ſiue pſonam, quia ipſum iam agnouerant fuiſſe filium Zachariæ: Sed quis eſſet per gratiam & miſsionem diuinā. Vt reſponſum demus his qui miſerunt nos. Ad hunc. n. finem uenimus, & non decet nos ſine abſolutione quæſtionum, & affirmatiua reſponſione reuerti. Quid dicis de teipſo? Qui tantę excellentiæ es, ut proprio teſtimonio tuo de teipſo prolato credendum ſit, quanuis ſcd'm communem legem homo non reputetur idoneus teſtis de ſeipſo, niſi forte cū iuramento. Iccirco dicebant Iudæi ad xp̄m. Tu de teipſo teſtimonium dicis, teſtimonium tuū non eſt uerum. Hinc Paulus ad Corinthios, cum ſibiipſi et proprie gratię teſtimonium phibuiſſet, propria bona deſcribendo adiecit. Factus ſum inſipiens uos

Ioan. 8.

2. Cor, 12.

me coegistis. *Ait. Ego uox clamantis in deserto, parate uiam domini, sicut dixit Esaias propheta.* Qualiter Ioannes sit uox clamantis in deserto, cum reliquis quæ sequũtur, uide supra. Fol. 166. Sed citra ea quæ ibidē scripsimus, animaduertendum est, quod nec uocem tm̃, sed & clamantis in deserto se Ioannes asserit esse. Vbi pulcherrime obseruandum est Ioannem nō uocem clamantem, sed clamantis in deserto se dicere. Quis aũt sit ille, q in deserto huius mũdi clamitat, siquidem Christus est: qui ad resurrectionem Lazari, uoce magna clamauit dicens. Lazare ueni foras. Et ad filium uiduę. Adolescens tibi dico surge. Item, clamauit orans patri. Pater clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te. Deinde clamauit in monte. Pater si possibile est, transeat a me calix iste. Rursus septies clamauit in cruce. Deniq; quotidie clamat ad cor peccatoris, dicens. Ego sto ad ostium & pulso. Si quis audierit uocem meā. &c. Item, clamat. Si quis sitit, ueniat ad me & bibat. Clamat etiam. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos. Non clamat igitur Ioannes, non Petrus, non apostoli, Sed Christus qui dixit eis. Mittam uobis spiritum paracletum, & docebit omnem ueritatem. Ideo non uos estis q loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. Non clamat concionator, sed xp̃s per uocem eius in auribus peccatorū clamitat. Pulcherrime igitur Ioannes fatetur non se clamare, sed esse uocem clamantis .i. Christi dicentis. Qui habet aures audiendi audiat, & qd spiritus dicat ecclesiis.

Quō Ioan. est uox, et xp̃s clamat.

Parate uiam dñi. Quid.n. est uia domini, nisi mandata eius? Eam nos sane illi uiam pręparamus dum illa seruamus dicente propheta. Viam mādatorum tuorū cucurri, cum dilatasti cor meum. Itē;

Viam iustificationum tuarum instrue me. Rursus, in uia tua uiuifica me. Igitur parare uiā dñi, est ipsius obseruare præcepta. Vnde latet argumentum contra lutheranos nouos manichęos, qui pertinaciter liberum negāt arbitrium, minime considerantes q̄ stricte iubeamur hoc loco uias dño parare & dirigere, sicut etiā sapiens nos admonet dicens. Hominis est animam præparare. Rursus. Si uię domini & semite eius sunt præcepta, & Ioannes clamat parate uiam domini, ubi nunc adest lutherus qui negat hominem diuina posse seruare mādata.

Quid sit parare uiā domini cō tra nouos Manichæos.

Prouer.16.

Et si dicat, hominem huiusce diuinis præceptis uiribus tm̄ naturalibus suis obtēperare minime posse, nec ideo parare uiam domini sine diuina gratia, dicendum q̄ equidem uerum est, dicente Hieremia. Scio dñe quia non est hominis uia eius, nec uiri est ut ambulet & dirigat gressus suos, s. sine auxilio gratię diuinæ, quæ nos tñ non deserit, Semper etenim apertas & obuias habet Deus manus, gratiam nobis suā porrecturus, modo nos parati semper essemus illā pcipere. Quia prope est dñs oib⁹ inuocantib⁹ eū, oib⁹ inuocātib⁹ eū in ueritate. Itaq; ī alio psal. dicit, Hodie si uocē eius audieritis, nolite obdurare corda uestra. Hodie inq̄ ad denotandū Deum semper esse paratum, sicut ipse per Ioannē clamat. Si quis audierit uocem meam, et aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum per gratiam, & cænabo cum illo, & ipse mecū in eterna gloria. Quia beati q ad cænam nuptiarū agni uocati sunt. Rursus. Qui uicerit, dabo ei ędere de ligno uitę, & sedere mecum in throno meo. Quid igitur poterat spiritus sanctus apertius dicere, nosq́ clarius docere quid nobis sit faciendum, nisi non resistere, contra obstinatos Iudæos qui semper spirituisancto resti

Hiere.10.

Lutheri obiectio soluitur.

Apoca.3.

terunt, ſicut & patres eorum? Non obdurare corda, audire, aperire, uincere, & ita parare uiam dño, ſicut nos docet Eſaias. *Et qui miſſi fuerant, erant ex phariſeis, & interrogauerunt eum, & dixerunt ei. Quid ergo baptizas, ſi tu non es Chriſtus, neque Elias, neque propheta?* Hos legatos ſacerdotes, & leuitas modo deſcribit euãgeliſta fuiſſe ex ſecta phariſęorum. Hac de cauſa, et ea ratione ut inſinuet eorũ arrogantiã in ſubſequentibus. Arrogabant.n. multum ſibi ipſis phariſęi au- *Arrogãtia* toritatis: Freti religioſitate ſuę ſecte, ideo quęſierũt *phariſeo-* ab eo dicentes. Quid ergo baptizas, nouum ritũ *rum hic no* inducendo, & officium alienũ uſurpando, ſi tu non *tatur.* es Chriſtus, q poteſtate propria baptizabit, neq; Elias qui in tranſitu Iordanis baptiſmum pulcherime figurabat? Neq; propheta qui habet facultatem baptizandi, ut liquet de Eliſeo, qui Naaman *4. Reg. 5.* baptizari iuſſit in Iordane? Quaſi dicerent. Quare tibi officium baptizandi uſurpas? Quod tibi nõ debetur, cũ uicem pſonarum quibus ſcriptura baptizare concedit, non geras: Quemadmodũ ore proprio confeſſus es. Sed hic conſiderandum eſt, q licet Ioannes non eſſet Chriſtus, poterat tñ baptizare, qa erat precurſor eius ad parandã uiam ei. Et licet non eſſet Elias in perſona: erat tñ in ſpiritu & uirtute. Proinde, non tñ propheta erat, ideo baptizare poterat iccirco. *Reſpondit eis Ioannes dicens. Ego baptizo in aqua.* Baptiſmus Ioannes in aqua tantum erat, non in ſpirituſancto. Itaq; ſacramentum non erat: neq; ex ſe gratiam cõferebat ſpiritus ſancti, ſed nec ſufficiens erat ad uitam ęternam. Siqui- *Quid ba-* dem peccata non delebat. Et quod maius erat, q *ptiſmus Io* baptiſmo Ioannes baptizati iam fuerant, demum *annis.* baptizati ſunt baptiſmate Chriſti: ut Hieronymus ſuper Ioelem teſtatur. Ambroſius quoque in libro

de spiritu sancto. Nec desunt nobis sacræ scripturæ, super hac re testimonia. Nam ipse Ioãnes apud Matthæum suum baptismum in aqua tm̃ discernit
Matth. 3. à baptismate Christi in spiritu sancto. Patet idem in Actis apostolorum, dicente Paulo ad discipulos q erant Ephesi. Si spiritum sanctum accepistis credẽ
Acto. 19. tes. At illi dixerunt ad eum. Sed neque si spiritus sanctus est audiuimus. Ille uero ait. In quo ergo baptizati estis? Qui dixerunt. In Ioannis baptismate. Dixit autem Paulus. Ioãnes baptizauit baptismo pœnitentiæ populũ dicens. In eum q uenturus est post ipsum ut crederent. Hoc est in Iesum. His au-
Baptismus Ioãnis nec sacramentũ, nec sufficiẽs erat. ditis, baptizati sunt in nomine dñi Iesu. Ecce hinc apertissime liquet baptismum Ioãnis qui in aqua tantũ erat, nec sufficientem, neque sacrm̃ fuisse, illosque qui eo baptismo baptizati erant, baptismũ xp̄i demum suscipere debuisse i aqua & spiritu sancto.

Et si quæras, baptismus Ioannis nec sacramentum fuit, nec peccata remisit, quid igitur profuit? Aut cur tandem ille baptizauit? Respondendum est, baptismum Ioannis tunc temporis bonum & utilem fuisse, & præcipue ad tria. Primo, ad significandum baptismum Christi, cuius & si multæ figuræ ueteris testamenti præfuerint, clarius tñ & expressius baptismũ Christi præfigurabat. Secundo,
Baptismus Ioãnis utilis ad tria. non tm̃ preparabat uerumetiam homines ad xp̄i baptismum paulatim assuefaciebat. Vt quẽadmodum in sermone, ita & in baptismate Christi precursor esset. Tertio, utilis quoque fuit baptismus Ioannis ad declarandum xp̄m, sicut ipse ait. Vt manifestaretur in Israel propterea ueni ego in aqua baptizans. Et usque adeo utilis erat baptismus Ioãnis, ut qui eo baptizati erant, facilius educerentur ad baptismũ & fidem Christi. Ideo dixit. Ego bapti-

zo in aqua. *Medius autem uestrum stetit, quem uos nescitis, ipse est qui baptizat in spiritu sancto, & igne.* Hæc uerba possunt dupliciter exponi. Vno modo secundũ humanitatem Christi secundum quam ad literam Christus fuit in medio Iudæorũ, qa inter homines est adeo conuersatus quasi unus ex eis. Et non cognouerunt præsentem, quẽ crediderunt futurum. Alio modo exponuntur de Christo secũdum diuinitatem secũdum quam ubiq; presens est & inuisibilis, & ita medius est omnibus rebus creatis, et nemo scit eum qa incomprehensibilis est. Et nota ut legitur in scripturis xp̃m sepissime locum mediũ specialiter elegisse, quia medium est locus humilis. Vnde ipse ait. Ego aũt in medio uestrum sum, sicut q ministrat. Item, est locus communitatis, quia uniformiter se habet ad omnes, ut centrum ad circumferentiam. Ideo Petrus. In ueritate comperi, quia nõ est acceptor personarum Deus. Proinde, medium est locus unitatis, qa extrema uniuntur in medio. Vnde Apostolus. Ipse est pax nostra qui fecit utra que unum. Item, est locus stabilitatis, eo q mediũ mundi est fixum et stabile. Itaq; Apostolus. Funda mentum aliud nemo potest exponere. &c. Rursus, medium est locus attractiuus, ut liquet de centro terræ, & ignis, quorũ, primum omnia grauia reliquum uero omnia leuia trahit ad se. Ita Christus ut omnes tam bonos quàm malos ad se traheret locum medium petiit.

Duplex expositio.

Luc. 22

Act. 10

Ephe. 2

Medium locum quẽ xp̃s tenet.

Deinde subdit Ioannes ipse uos baptizabit non solum in aqua, sed & in spiritu sancto & igne, gratiam spiritus sancti & charitatis conferendo, quod non potest facere nisi Deus. Quasi uelit dicere. Quãta est differentia inter abluere exterius corpora, & abluere interius animos, tanta est differentia inter

baptiſmum meum, & baptiſmum illius. Abluerē enim ſpiritu ſancto eſt mundare atq; ſanctificare ſpiritum non corpus. Inde dixit & igne, cuius duplex eſt ſenſus, quemadmodum in ſcripturis ſanctis eſt duplex ignis. Alter ſignificans ſolemnē principium ablutionis totius humani generis celebratum in die pentecoſtes, quando aduenit ſpiritus ſanctus in ſpecie ignis. Et hic ſenſus magnum habet fundamentum ſuper uerba domini Ieſu in die aſcenſionis dicentis. Ioannes quidem baptizauit aqua, uos autem baptizabimini ſpiritu ſancto, non poſt multos hos dies. Quæ uerba demonſtrant diſcrimen inter baptiſmum Ioannis & baptiſmum penthecoſtes, qui fuit in ſpiritu & igne.

Ignis quo modo duplicem baptiſmum deſignat. Act. 1.

Alter eſt ignis, ſignificans baptiſmum tribulationis. Nam ſingulariſsimus totius ablutionis modus à Ieſu Chriſto inferendus mundo, deſcribitur per ſpiritumſanctum & ignem tribulationis, ipſo poſtmodum dicente. Qui uult uenire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me preterea. Ecce ego mitto uos ſicut oues inter lupos, & eritis odio omnibus hominibus. Et omnes qui pie uolunt uiuere in Chriſto perſecutionem patientur. Rurſus. per multas tribulationes oportet nos. &c.

Ex his palam inſinuatur omnem hominem etiā hęreticum aut ſchiſmaticū, uel Iudæum baptizare poſſe, dummodo illa forma utatur, atq; intētione eccleſiæ catholicæ, puerumq; ab eo baptizatum, ſacramentum baptiſmi uere ſuſcipere. Et ratio aſſignatur: quia miniſter ſiue ille ſit probus, ſiue impius, ſiue Chriſtianus, ſiue hæreticus, aut Iudæus, non proprie baptizat: ſed Chriſtus eſt qui uere baptizat. Columba baptizat. Satis eſt miniſtrum

Quomodo quilibet ēt hæreticus baptizare poteſt.

intentionẽ habere illud agendi quod ipsa agere intẽdit ecclesia sancta. Materia quoq; & forma uti, qua utitur ecclesia. Deinde sequitur. *Et ipse qui post me uenturus est, ante me factus est: quia prior me erat. Et fortior me est, cuius ego non sum dignus ut soluam eius corrigiam calciamenti.* Hæc particula dupliciter exponitur de xp̃o. Primo secundũ naturã humanam, qm̃ Christus in primo instanti suę cõceptionis fuit uir perfectus in sacratissimo uirginis utero, sapiẽtia, uirtute, & gratia plenus. Scilicet sexto mense a conceptione p̃cursoris, in quo tẽpore Ioannes baptista nondum erat uir perfectus. Ideo cõgrue dicitur. Qui post me uẽturus est. s. ad baptizandũ, p̃dicandum, & se manifestandum, miraculis & signis: ante me factus est, uidelicet homo perfectus in utero matris. Fuit q̃ppe Ioannes quantũ ad naturam humanã prior xp̃o conceptione & natiuitatẽ, sed naturali ac supernaturali perfectione posterior. Vel aliter & forte melius secundũ naturam diuinam hæc particula interpretari potest. Qui post me uenturus est, ante me factus est. i. ante me fuit. Et quasi uolẽs reddere causam Ioãnes, cur dixerat ante me factus est, subdit; quia prior me erat. Quod idem est dicere, ab æterno erat. In quo p̃cursor æternitatẽ Christi innuere uoluit. Hoc. n. uerbum erat, sumitur sicut prius cũ dicebatur. In principio erat uerbum, quod est æternitatis nota.

Dupliciter exponitur, qui post me uenit, ante me factus est.

Postea subiungit. Et fortior me est: quia ipse est Deus fortis & potens: ego autẽ homo fragilis & impotens. Ille dñs, ego seruus. Ille imperator, ego miles. Ille creator, ego creatura. Fortis est Ioannes qui spiritumsanctũ dignus est habere. Fortior, qui eundem dare & mittere potest. Fortis qui regnũ cœloꝝ p̃dicat, fortior, qui aperit & donat. Fortis

Q̃uo xp̃s est fortior Ioanne.

qui baptizat in peccatorum confessione: fortior, qui baptizat in spiritusancto, & peccata remittit. Immensitatem autẽ excellentiæ ipsius subdendo manifestat. Cuius nõ sum dignus ut procumbens soluam corrigiam calciamentorum eius, quod humile & uile officium est. Quasi dicat. In tantũ est excellentior me, ut ego neque seruire ei, neque in ultimis ministrorum eius, uocari dignus sim. Calciamentũ.n. soluere, ultimi ministri res est. Calciatus igitur incedebat Iesus, ut textus iste insinuare uidetur, & ratio cõprobat. Quia quemadmodũ manducauit & bibit, sicut cæteri Israelitæ, ita etiam uestitus & calciatus. Intelligitur more Israelitarum suæ condictionis. Et si forte more palestinorum Christus calciatus nõ incedebat, intendit Ioãnes ad literã describere excellentiam Christi supra se multo maiorẽ excellentia principis respectu eius qui nõ est idoneus ad soluendum uel ad portandum eius calceos. Verbũ quippe pãnis in se uerissimũ est, quia omnis homo quantumuis probus, bonus, sanctusque existat, Deo tamen comparatus, quid aliud quàm puluis est & cinis? Nec etiam aliqua creatura digna est ei famulari, nisi per gratiam diuinam assumatur.

Humilitas Ioannis cõmẽdatur.

Diuus tamen Gregorius, & alij quàm plures spiritualem hic inuestigantes intellectum, dicunt. Quoniam pes Christi sua est diuinitas, per calciamentũ autem, assumpta humanitas designatur. Corrigia calciamenti, est ligatura mysterij, unio illa hippostatica. Ioannes igitur soluere corrigiam calciamenti eius non ualet, quia incarnationis ipsius misterium, nec ipse inuestigarẽ sufficit. Quid est ergo dicere, nõ sum dignus soluere corrigiam calciamẽti eius, nisi aperte & humiliter suam ignorãtiam profiteri? Quis.n. inquit Augustinus cõprehendere poterit intelligẽs

Quid sit spiritualiter soluere corrigiam calciamenti Christi.

 443

sta sua, supernaturale & ante hoc inauditum miraculum Dei, ubi Deus homo factus est, & hō deus. Propterea sic illum Psalmi locū nōnulli intelligūt. In Idumeam extendā calciamentū meum, hoc est in gētilitatem p̄dicabo etiam calciamentū meum, humanitatem nimirū meam extendā, & gentibus annunciabo eā. Sequitur proinde. *Cuius uentilabrum in manu eius, & permundabit aream suam, & congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igni inextinguibili.* Ventilabrum a uentilandis paleis nomē accepit. Et est instrumentū quo in prouincia palest norū solebat purgari bladum, & est ad similitudinem palæ qua proijcitur granū paleis cōmixtum in altum. Et uentus paleas tollit, granū autē in area cadit. Ioannes ergo methaphorice loquens, p uentilabrum iusti examinis discretionē intelligit, seu diuinū iudicium, ac potestatē discernendi bonos a malis, quemadmodū uentilabro grana a paleis diuiduntur, & fructuosa ab infructuosis, quod est ī manu. i. in potestate & arbitrio eius qui iudicandi officium sibi traditum habet a patre, quia pater omne iudicium dedit filio. Et pmundabit. i. perfectę purgabit in futuro, aream. i. ecclesiam suā, in qua nunc grana cū paleis, hoc est boni cū malis cōmixti sūt. Sed in iudicio separabuntur ab eis. Et cōgregabit triticum, modo pluribus locis dispersum. s. bonos & iustos, qui ad instar tritici interius cādidi sunt p munditiam, exterius rubei p patiētiam, graues moribus, utiles sermonibus, multiplicabiles aliorꝝ cōuersationibus. Hos omnes Christus cōgregabit in horreum suū. i. in cœleste habitaculū. Paleas aūt. i. malos ac reprobos, leues p superbiam, palidos p inuidiam, fragiles per iracundiam, aridos p auaritiam, infructuosos p accidiam, uiles p carnalem cō

Quid sit uentilabrum.

Quid sit mundare aream. i. ecclesiam.

Quid granū, palea, horreum, ignis inextinguibilis

cupiſcentiam, cõburet igne, gehẽnæ inextinguibili: iuxta ſaluatoris ſententiam. Ite maledicti in ignem æternũ. In hac etiam p̃ſenti uita, dñs eccleſiam purgat, dum ob manifeſta peccata puerſi & mali de eccleſia per ſententiam mortis eijciuntur. Sed hęc purgatio in fine perficietur, qñ p angelos de regno ſuo omnia ſcandala colligentur. *Hæc in Bethania facta ſunt, trans Iordanem, ubi erat Ioannes baptizans.* Ad extremũ iam locũ oſtendit euangeliſta, ubi teſtimoniũ huiuſmodi Chriſto dederat Ioannes, dicens in Bethania id eſſe factũ. Sed eſt duplex Bethania, una citra Iordanẽ ad duo miliaria de Hieruſalẽ. ſ. in latere montis oliueti, ubi mãducauit dñs, in ædibus Simonis leproſi, et Lazarus fuit reſuſcitatus, ut Mathæus, Marcus, & Ioannes teſtantur. Alia quoq; fuit Bethania prope Iordanem, ex altera tamẽ parte fluminis in ſorte duarũ tribuũ & dimidie, a Hieruſalem itinere diei unius, ubi erat Ioannes baptizans, in confinibus gentium & iudęoꝝ, ut his & illis baptiſmus cõmunis oſtenderet. Quę alio nomine dicta eſt Bethabara, ut nõnulli aſſerunt. Id autẽ nomen mutatum eſt in Bethania, &c.

Bethania duplex.

De Baptiſmate Chriſti. Cap. XVIII.

T*Vnc uenit Ieſus a Galilea in Iordanem ad Ioannem, ut baptizaretur ab eo. Et ipſe erat incipiens quaſi annorum triginta.* A ciuitate Nazareth Galileæ uenit Ieſus, in qua conceptus fuerat, nutritus et fere ſemper a q̃nto anno ætatis ſuæ, uſq; ad trigeſimũ ibi permanſerat cũ uirgine matre, ſponſus cũ ſponſa, creator, cum creatura, Chriſtus ſaluator cũ Maria p̃dilecta, incõparabiliter benedicta, cũ qua Deus

tanto tẽpore in terris conuersari ac demorari elegit. Venit igitur Iesus, in Iordanem.i.ad loca iuxta Iordanis fluenta, ad Ioannem tanquam maior ad minorẽ, Deus ad hominẽ, dominus ad seruũ, imperator ad militem, lux ad lucernam, sol ad luciferũ, ut ipsius pdicationem confirmaret, ut testimoniũ acciperet a Ioanne, ut exteriori ablutione baptizaretur ab eo, uelut fons a riuo, plenitudo a stilla, auctor baptismi a ministro, nõ purgatione indigens, sed ut baptismate suo, baptismum Ioannis approbaret, ipsumque a Deo ordinatum ostenderet, ut nobis baptismi misterium insinuaret, ut homo natus omnem iustitiam legis impleret, ut trinitatis misterium reuelaret, ut nemo quantumlibet sanctus baptismi gratiam superfluam iudicaret, ut prius faceret, quod postea faciendum imperabat, ut cognoscerent serui quanta alacritate debeant currere ad baptismum domini, quando ipse dominus non dedignatus est suscipere baptismũ serui, ut caput draconis in aqua contereret, peccata deleret, & ueterem Adam sepeliret, ut contactu mundissimę suę carnis aquam sanctificaret, ut per descensionẽ columbę, in lauachro credentium spiritus sancti aduentum, super baptizatos monstraret, ut populus non tantum testimonio Ioannis, uerumetiam & Dei patris de Christo audiret. Et ut tandem, per id quod ipse filius Dei baptizatus est, omnes baptismatis unda renatos, filios Dei & fratres sibi faceret, & ostenderet.

Christi ad Ioannẽ cõparatio.

Cur Xps uoluit baptizari a Ioanne.

Triginta annorum uenit Iesus ad baptisma, multis de causis. Primo, ut asserit Chrysostomus, q.a. post illud baptisma legem ueterem erat soluturus. Propterea usque in hanc ætatem quæ omnia potest capere peccata, in legis obseruatione permansit,

Cur trigin ta annorũ uoluit xp̃s baptiZari.

ipsam uniuersam implens, ne quis diceret, ideo illam soluisse legem, quia eam non uoluisset implere. Propterea igitur omnem hanc Christus expectauit ætatem, per quam omnę tempus iustitiæ impleuit, & tunc demum uenit ad baptisma, ut cunctis obseruationibus legum finem imponeret. Secundo, Christus uoluit baptizari in ætate perfecta quæ est triginta annorum, ut palam insinuaret baptismum hominẽ perficere, ac uiros perfectos spiritualiter regenerare. Tertio, quia in tali ætate perfecta, Ioseph accepit dominium totius Ægypti, & Dauid regnum Israel, necnon & Ezechiel prophetiam accepit a domino, anno ætatis suę trigesimo. Voluit p̃terea Christus in Iordane baptizari aliis rationibus. Primo, quia per Iordanem filij Israel transeuntes terrã promissionis intrauerunt. Sic nos regnum cœlorum per baptismũ intramus. Secundo, quoniam Elias rapiendus in cœlum in curru igneo, eius aquas diuisit. Significans ꝙ per aquam baptismi & ignem spiritus sancti patet nobis aditum ad cœlestia regna. Tertio, uoluit baptizari in Iordane de cuius medio filij Israel duodecim lapides deportauerunt, sicut præceperat ei dominus. Vt nobis insinuaretur ꝙ de medio aquæ baptismatis eliciũt duodecim articuli fidei duodecim apostoloꝝ, per hos duodecim lapides figurati. Quarto, quia quemadmodum in Iordane Naaman Sirus fuit mundatus a lepra Eliseo propheta præcipiente, sic homo peccator per leprosum figuratus, mundatur a lepra peccati per aquam baptismi. Quinto, uoluit Christus in Iordane baptizari, quoniam aquæ eius abierunt retrorsum, transeuntibus filijs Israel: quemadmodum peccata retro uertuntur, baptismatis unda. *Ioannes autem prohibebat eum di-*

Cur Xp̃s uoluit in Iordane baptizari.

sens. Ego debeo a te baptizari, & tu uenis ad me? Sciens Ioã nes ipsum esse uerum Deum & hominem, & lauachro non indigere, prohibebat eum dicens. Ego debeo a te baptizari. Tuo euangelicę legis sacramento, & tu uenis ad me qui impeccabilis es per naturam. Prohibebat etiam propter humilitatē, agnoscens se indignum esse ad baptizandū filium Dei, quemadmodū etiam Petrus ait ad Iesum. Tu mihi lauas pedes? Non lauabis mihi pedes in ęternum. Considerans namq; Ioannes suam paruitatem & Christi maiestatem incredibiliter mirabatur de tā ta humilitate Dei incarnati. Ecce Ioannes soluere corrigiam calciamentorũ Christi prius se reputauit indignū, & modo clamat publice corā populo dicens. Ego a te debeo baptizari, & tu uenis ad me? Cum esset amicus paranimphusq; sponsi, consanguineus domini, & breuiter talis ac tantus, q̃ inter natos mulierum nō fuerit maior eo. Qũo nos pusilli tam irreuerenter & sine timore accedimus ad uenerandum Dei altare, Christum cōsecramus & sumimus. Humiliemur igitur sub potēti manu Dei facientes quicquid p̄ceptum est nobis, & qcquid ualemus. Tumq; ex corde dicamus. Serui inutiles sumus, & Christi sacramentis cũ omni puritate ac reuerentia appropinquemus. *Respondens autem Iesus dixit ei. Sine modo. Sic.n.decet nos implere omnem iustitiam.* Respondit Iesus Ioanni dicens. Sine modo .i. p̄mitte me uidelicet baptizari a te. Perpulchrę.n. dixit modo, ut ostenderet Christū a Ioanne in aqua, & Ioannē a Christo in spū baptizandū (teste Hieronymo) quia postea Christus Ioannē baptizauit, propter quod sequitur. Sic.n. decet nos qui sumus maiores implere omnē iustitiam, p̃ut iustitia oēm uirtutē cōplectitur. Noli obsistere quominus abs

Humilitas Ioannis arguit super biā multorum sacerdotum.

te baptizer,sic.n.decet nos omnē iustitiam imple-re,perficere,absoluere,& consumare omnē iustificationis modū. Initium.n.iustificationū legis circuncisio fuit,quā Christus sua circūcisione pfecit, adimpleuit & sanctificauit. Finis iustificationū legis baptismus pœnitentiæ Ioannis fuit, quē idem dominus noster in tinctione aquæ Iordanis, perfecit,sanctificauit,adimpleuit.Initium autem iustificationū legis gratiæ quæ est lex noua & lex Christi,dicitur baptismus ecclesiæ, quem Christus suo baptismate usq; ad mundi finem,sanctificauit,absoluit,& consumauit. Ergo baptismus quo baptizatus est a Ioanne,nō solum Ioannis,sed & ipsius Christi baptismus magis debet appellari. Et tunc cœpit regnum cœlorum, cuius baptismus primus ingressus est, quod ex his quæ subiungit euangelista Matthæus, facile intelligitur cū ait. *Tunc dimisit eum*.i.permisit ipsum a se baptizari. *Baptizatus autem Iesus confestim ascendit de aqua. Et ecce aperti sunt ei cœli, & uidit spiritum Dei descendentem sicut columbam,& uenientem super se.* Tanq; caput totius ecclesię baptizatus est dominus, ut per baptismum cętera ecclesiæ membra sibi uniret in unitate mistica. Statim ascēdit de aqua quam sanctificauerat, quia alueus fluminis eminentes ripas habebat.Et ecce aperti sunt cœli. Vocat cœlos Matthæus in numero plurali, quia septem sunt cœli planetarum,& cœlum stellarum fixarum, cœlum christalinum & empireum. Hi omnes cœli aperti sunt ei. Et signanter dicit ei, quia non sunt aperti omnibus simpliciter, sed soli Christo, uelut capiti, & ex consequenti omnibus membris eius aperti sunt cœli. Non siquidem per diuisionem cęlestium corporum q̄ incorruptibilia sunt. Sed per effectum quendā cœlestē cęlitus apparentē.

Quid initium & finis iustificationū legis Moysi, & gratiæ.

Quō cœli aperti sunt xp̄o baptizato.

parentem. Cum.n.pater, filius, & spiritussanctus in cœlo habitare & esse dicatur, tunc cœli afferuntur aperiri, qñ per subiectam creaturam apparent hominibus. Iuxta quem modũ orat psalmographus. Dñe, inclina cœlos tuos & descende. Esaias quoq; clamat. Vtinam disrumperes cœlos, & descenderes. Apparuit igitur lux q̃dam copiosa, quæ desuper fusa descendit, & fulgor immẽsus circa xp̃m, ut cœlum patuisse uideretur, quemadmodum in magna corruscatione. Vnde Ezechiel cum uisiones dei describeret, cœlos apertos affirmat fuisse. Stephanus insuper dixit uoce magna. Video cœlos apertos, & Iesum stantẽ à dextris uirtutis dei. Quia per uisionem corporalẽ ita clare uidit xp̃m in cœlo, ac si nullum fuisset obstaculum inter medium. Sic ergo aperti sunt cœli Christo baptizato ad manifestan- *Cœlũ aperitur omnibus baptizatis.*
dam gloriam eius, & ut palã insinuaret q cœlum omnibus baptizatis aperitur. Et uidit uisione corporali ipse xp̃s pariter & Ioannes sp̃m dei.i. spiritũ sanctum descendentem sicut columbam.i. ad similitudinem & in forma columbæ, & uenientem super se.i. sedentem super caput Christi, ut supra apostolos sedit in linguis igneis. Ideo Ioãnes ait. Vidi spiritum descendentem de cœlo quasi columbam, et mansit super eum. Hanc columbã, angelus ex materia elementari formauit, eiq; assistebat, mouens eam ut sp̃m sanctum repræsentaret. Quæ ministerio suo peracto in preiacentem est reuersa materiam. Et sic columba signum fuit aduẽtus spiritus sancti, *Quæ fuerit colũba & quæ significabat in baptismate xp̃i.*
qui licet ubiq; sit, aduenire tñ & descẽdere fertur, qñ aliqd noui efficit & operatur. Quemadmodũ in apostolis qui post aduentum spiritus sancti, uarijs linguis loquebantur. Et dicitur descendere, ratione specialis gratiæ, quæ à deo per modũ descen-

sus deriuatur, iuxta illud Iacobi. Omne datũ optimum, & omne donum pfectum de sursum est descendens à patre luminum. Et hoc qdem modo spiritus sanctus dr̄ nobis aduenire & de cœlo descendere, nosq́; ipsum recipere, non per mutationẽ localem, sed qa bona sua nobis elargitur. Nosq́; spiritum sanctum accipere dicimus cum dona ipsius accipimus. s. sapientiæ, scientiæ, &c.

Iaco. 1.

Et si quispiam quærat, cur sup caput Iesu apparuit columba, & non aliud animal, siue ignis? Dicẽdum est, id factum fuisse multis de causis. Qm̄ ipsius colũbæ pprietates rite baptizatis congruunt, non minusq́; necessariæ sunt omnibus Christi fidelibus, Christianã religionem profitentibus. Primo, columba est animal simplex. Sic omnis xp̄i fidelis columbæ simplicitatẽ tenetur habere, dicente dñõ in euangelio. Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Commendatur ẽt Iob, quia erat uir simplex & timens Deum. Et nos simplices corde esse debemus. Nos quoq; ad simplicitatem pulcherime Paulus hortatur Romanoꝵ. 12. 2. Corin. 1. Philip. 2. & sapiẽs in prouerbijs. Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter. Secundo, à malitia fellis est aliena, neminẽ ungibus lędit aut rostro, sed tm̄ alaꝵ pennes se defendit, nec contra lædentem seruat odium. Ita qlibet q Christianam religionem profitetur debet esse pacificus, testante ueritate quæ ait. Beati pacifici, qm̄ filij dei uocabuntur. Et infra. Diligite inimicos uestros, benefacite his q oderunt uos. Et ille idem, in omnibus semper nos ad pacẽ hortatur, ad instar columbæ quæ in diluuio apparuit ramum ferens oliuæ cõem orbis terrarum tranquilitatem & pacẽ annuntians. Et inde in baptismate liberationem no-

1. pprietas columbæ.

Matth. 10.

Prouer. 11.

2. pprietas

Matth. 5

bis demonstrans. Ideo Christus in euangelio. Si offers munus tuum ad altare. &c. Paulus quoq;. Bonum pro malo reddentes. &c. Tertio, colũba est mansueta, mitis, apta ad sacrificium. pari modo q est baptismatis unda renatus, debet esse mitis, iuxta saluatoris sententiam. Beati mites qm̃ ipsi possidebunt terram. Et infra. Discite à me q̃a mitis sum & humilis corde. Et alio in loco. Sol non occidat sup iracundiam uestram. Cui fauet Dauid. Mãsueti aũt hæreditabunt terram. Quarto, gemitũ habet pro cantu, & trino conficitur uersu. Ita decet quẽlibet Christianum propria & aliena deflere peccata. Quia beati q lugent, qm̃ ipsi consolabũtur. Beati qui nunc fletis (inqt Saluator) quia ridebitis. psalmista quoq;. Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua. Venientes autẽ uenient cum exultatione. &c. Quinto, columba non uescitur nisi eo quod purum est. s. grano; nec aliquid immundum comedit. Ita recte baptizatus non comedit ea q̃ nocent animę, temperate uiuendo, & seruat munditiã cordis, q̃a beati mundo corde, quoniã ipsi deum uidebũt. Nã de corde malo exeunt cogitationes male. Homicidia, adulteria, fornicationes. &c. Ex bono aũt, cogitationes sanctæ, Laudes &c. exteriora bona. Sexto, columba alienos tanq̃ proprios fouet pullos. pariter qui xp̃i baptisma suscepit, laborare tenetur manibus suis operãdo qđ bonum est, ut habeat unde tribuat necessitatem patienti. Quia magister ueritatis clamat. Beati misericordes, quoniã ipsi misericordiam consequentur. Et Ioães in epistola. Qui uiderit pauperem necessitatem habere, &c. Septimo, in aquis columba residet, ut preuisa in eis ancipitris umbra fugiat. Equo modo qui nõ est alienus à fide xp̃i, speculum prudentiæ intuetur

3. proprietas. *Matth. 5. & 11.* *4. proprietas.* *5. pprietas.* *Matth. 15.* *6. proprietas.* *7. proprietas.*

in quo & futura tam bona q̄ mala prȩuidere ualet, iuxta Salomonis sn̄iam. Memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis. Et dn̄s in euangelio. Estote parati, quia qua hora non putatis filius hominis ueniet. Decet igitur per prudentiā uigilare: quia si uenerit in prima uigilia .i. in adolescentia, uel in secunda, aut tertia .s. in iuuentute uel senectute, non inueniat nos dormientes, q̄a non est prudētis dicere non putarim. Octauo columba pudicitiā
8. proprietas. ex omnibus auibus principaliter amat. Equa ratione quilibet Christi miles castȩ uiuere tenetur, quia præceptum est ei: Non mechaberis. Et dn̄s in euā-
Luc. 12. gelio Lucæ. Sint lumbi uestri precincti. &c. *Et ecce uox de cœlis dicens. Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui.* Quia noster baptismus perficitur inuocato nomine trinitatis .s. patris, & filij, & spiritus sancti, ideo in xp̄i baptismate misterium trinitatis demōstratur. Dn̄s.n. qui est filius dei baptizatur: spiritus descendit in specie colūbæ, uox patris testimonium perhibet de filio. propterea dicit euāgelista. Et ecce uox de cœlis intonuit. Vox ista ab angelo est formata in persona dei patris, q̄ dicitur aparuisse in uoce dicens. Hic est filius meus naturalis, coeternus, & unicus, non adoptiuus. Dilectus, quē secundum q̄ deus est, tantum diligo sicut meipsum. Et scd'm humanitatem uerbo unitam diligo eum amplius q̄ totum uniuersum. Quoniā maius bonū contuli ei soli q̄ omnibus alijs simul. Gratiā quoque sine mensura. In quo mihi complacui .i. de ipso, & de ipsius perfectione in meipso complacentiam, delectationemq́ habeo, tanq̄ qui talem filium genui. Tam speciosum, sanctū, & mihi omnino similem. Si.n. lætatur deus in operibus suis, & si
Hic est filius meus beneplacitū est dn̄o in populo suo, quantoma-

gis in filio suo unigenito delectatur & complacet, in quo nil dissimilitudinis, nil contrarietatis, nil ma li inuenitur. Vel, in quo mihi cōplacui, hoc est pla- citum meum constituere, & per eū opus redēptio nis explere decreui. Seu in quo uoluntas mea cōple bitur de salute generis humani. Vel, in quo compla cui, sine hoc pro nomine mihi, quia nonnulli faten tur in textu græco non reperiri. Erat n. officium xpi tunc temporis ad exequendū & manifestandum complacentiā diuinam in ipso, ad redimendū, re- conciliandum, & renouandū mundum, instaurandumq́ omnia quæ in cœlis & in terris sunt.

dilectus in quo mihi complacui, multipliciter intelligitur.

Hoc diuinum misterium & admirabile sacrm præuidit Dauid in spiritu, & uaticinatus est dicens. Vox dñi super aquas. i. uox xpi filij Dei sup aquas Iordanis: qñ. s. uocauit Ioānem ut baptizaretur ab eo. Deus maiestatis itonuit. i. uox patris audita est, Hic est filius meus dilectus. &c. Et dñs sup aquas multas. i. spiritus sanctus q̄ apparuit in specie colū- bæ super aquas Iordanis. Et signanter dicit super a- quas, quia in baptismate xpi, duplex aqua reperit scilicet materialis quæ tantū lauat corpus, et aqua gratiarum quæ lauat animā ab omni sorde pecca- ti, quā præstat spiritus sanctus. Ad quā etiā fluunt septem flumina, quæ sunt septem dona spiritus san cti. Fluunt insuper alia flumina septē, quæ sunt tres theologicæ uirtutes, uidelicet, fides, spes, charitas, & quattuor cardinales, q̄ simul omnes rite bapti- zatis à dño largiuntur. Nota præterea, q̄ quēad- modum in nobis duplex reperitur uerbum, menta le. s. & uocale, primū nihil aliud est nisi conceptus & notitia, quam de aliqua re reportamus. Verbū autem uocale est ipsa uox quæ exprimit uerbum mentale. i. conceptum & notitiā rei. Nā teste philo

Psal. 28.

Quæ uirtutes infunduntur in baptismate.

Duplex uerbũ, mẽtale & uocale. sopho, uoces sunt notę passionũ earum q̃ sunt in anima. Ita in xpo duplex reperitur uerbum, æternũ scilicet & tpale. primum est ipse filius dei naturalis, secundum est ipsa natura humana, diuinitati cõiuncta, quæ dicitur uox dei. Et quemadmodũ uerbum nostrum uocale est uox quæ exprimit notitiam & conceptum mentis, sic Christus scd'm humanitatem dicitur uox dei. i. patris, & filij, & spiritus sancti, notificans ipsius dei uoluntatem, dicente Apostolo. Nouissimę diebus istis locutus est nobis deus in filio suo, quem constituit hæredem uniuersorum. Igitur Christus secundum naturam humanam est uox dei: de qua uoce etiam propheta loquitur in psalmo. Hodie si uocem eius audieritis, &ce. Ad cuius uocem mortui resurgunt, & multa miracula fiunt. Ex quibus euidens est quod Ioannes erat uox Christi clamantis. Christus uero uox domini super aquas per quam baptismum constituit ac cætera sacramenta, ut in libro secundo capite nono super sermone domini, facile est uidere.

Hebre. 1.

Q̃o xps est uox dei.

Et si quæras cur spiritus sanctus descẽdit super Christum baptizatum, respondendum est, ut Ioãnes plenius instrueretur de Christo, et sui baptismatis efficacia. propter quod ait. Ego nesciebam eũ; sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit. Super quem uideris spiritum descendentem, ille est qui baptizat in spiritu sancto. Secundo, ut Ioannes dignitatem & gloriam Christi populo nunciaret, quemadmodum fecit, iuxta illud. Testimoniũ perhibuit Ioannes dicens. Quia uidi spiritũ descendentem, & mansit super eum. Rursus. Ego inquit uidi, & testimoniũ perhibui, quia hic est filius dei. Tertio, propter misterium scilicet ad insinuandum quod baptizatis Christi baptismate spiritus san-

Ioan. 1.

Cur spiritus sanctus descẽdit sup caput xpi.

ctus infunditur, regnum'que cœleste aperitur. Ideo cœli aperti sunt. Tunc quoque & trinitas super benedicta monstrata est, in cuius nomine Christi baptismus confertur, quæ usque ad illud tempus nulli præcedentium patriarcharum aut prophetarum ita aperte atque distinctę reuelata est, sicut Ioanni, in quo ipsius excellentia declaratur. Tunc enim pater apparuit in uoce quę formata fuit in aere, ad insinuandum quód dicendo genuit unicum filium suum qui est uerbum ore patris ęternaliter intellectualiter'que prolatum, iuxta illud Ecclesiastici.

Ego ex ore altissimi prodij primogenita ante omnem creaturam. Filius uero apparuit in humanitate assumpta. Spiritus sancti in columba, non utique ut eam assumpserit, sed uelut in signo repræsentatiuo. & cætera. Eccli. 14.

De baptismatis figuris ac prophetijs.

Differunt in scripturis, multitudo, profunditas, sitis, & aquarum effusio. In multitudine aquarum significantur populi multi, & exercitus pugnatorum, dicente psalmista. Misit de summo & accepit me, & assumpsit me de aquis multis. Et infra. Psal. 17. Viderunt te aquę deus, uiderunt te aquæ, & turbati sunt abyssi. Item. Cum irasceretur furor eorum in nos, forsitan aquæ absorbuissent nos. Rursus. Emitte manum tuam de alto, eripe me, & libera me de aquis multis. Ideo scribitur. Aquæ multę, populi multi. Tumultus aquarum, exercitus pugnatorum. 76. 140. 143.

Profunditas aquarum tribulationes significat, dolores & angustias, Dauide dicente, in persona cuiuscunque tribulati. Saluum me fac deus, quoniam intrauerunt aquæ usque ad animam meã id est, multæ tribulationes. Et ibidem. Nõ me demer- Psal. 68.

Iob. 7. gat tempestas aquæ. Et Iob. Ecce gigantes sub aquis gemunt.

Sitis aquarum signat gratiã spiritus sancti, iuxta
Esa. 55. illud Esaiæ. Omnes sitiẽtes uenite ad aquas. Et do
Hiere. 7. minus per Hieremiam. Dereliquerunt me fontem
Ioan. 4. aquæ uiuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas. Ideo Christus. Siquis sitit, ueniat ad me & bibat. Et siquis biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet ultra, sed fiet in eo fons aquæ uiuæ. & cætera. Hunc fontem diuinarum gratiarum optabat Dauid dicens. Sitiuit anima mea ad deum fontem uiuum.

Ablutio, uel immersio, seu aquarum effusio figurat baptismatis sacramentum. Quemadmodũ enim populi hebræorum transeuntes mare rubrum salui facti sunt Egyptijs cum pharaone & exercitu eius aquis uehementibus obrutis. Ita oẽs Christi fideles in baptismatis undis, uitijs submersis, liberati a dęmonis potestate, omnem salutem animæ recipiunt. Ideo Apostolus aiebat. Patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare tran-
1. Cor. 10. sierunt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube & mari, sicut nos in spiritu sancto & aqua per
Iosue. 3. Iordanem insuper filij Israel transeuntes, terram promissionis consequuti sunt. Ita quilibet per fidem & baptisma regnum cœlorum consequi potest. Hęlias præterea antequam in curru igneo cœlum petiturus ascenderet, aquas, Iordanis diuide-
4. Reg. 2. re, transire que opus fuit. Vt palam insinuaretur per baptismatis aquam & ignem spiritus sancti aperiri nobis ianuam regni cœlestis. Et sicut Naaman sirus ad mandatum Elisæi prophetæ septies se immersit in undis fluuij Iordanis ut mundare-
4. Reg. 5. tur a lepra: Sic quilibet peccator in baptismatis

aqua, mundatur ab omni lepra peccati, ut supra dictum est.

De hoc etiam baptismatis sacramēto uaticinatus est Ezechiel ꝑpheta in persona domini dicens. Ecce ego effundam super uos aquā mundā,& mū dabimini ab omnibus inquinamētis uestris,& dabo uobis spiritum nouū.Zacharias quoq;.In die illa erit fons patens in ablutionem peccatorꝶ.Esaias proinde. Lauamini mundi estote, auferte malum cogitationum uestrarum, &c. Ezech.36. Zacha.13.

De diuersitate baptismatum.

Triplex baptisma reperitur in scripturis.Videlicet in aqua solum:in spiritu sancto tantum,in aqua & spiritu sancto simul.Primū fuit Ioānis baptistæ, qui baptizabat in aqua solum. Et non dicitur baptisma Ioannis, eo ꝙ a Ioanne fuerit institutū,sed a Deo,ipso dicēte. Qui misit me baptizare ī aqua, ille mihi dixit,&c.Quare Apostolus reprobās eos qui putabant illum esse baptismū Pauli,illum uero Petri,dicentes.Ego quidē Pauli,ego uero Cephæ, ego autē Christi,aiebat.Nunquid diuisus est Christus?Nūquid Paulus crucifixus est pro uobis?Aut in nomine Pauli baptizati estis?&c.Dicebatur tamen baptisma Ioannis, quia solus minister illius erat,quia primus promulgator, quia in baptismate illo quicquid conferebatur erat ab eo,& ad differentiam baptismatis Christi. Quamobrē baptizati baptismate Ioannis,debebant iterū baptizari,ut liquet in Actis apostolorꝶ de baptizatis a Ioāne,qui fuerunt ab apostolis rebaptizati.Præterea, in baptismate Ioannis non remittebantur peccata, nec dabatur spiritus sanctus,iuxta ipsius sententiā. Ego baptizo in aqua,Christus aūt in spiritusancto & igne. Qui alibi clamat. Nisi quis renatus fuerit Ioan.1. 1.Cor.1. Act.19.

ex aqua & spiritusancto. Non n. tantū per aquam renascitur homo, sed per aquā & spiritumsanctū, uisibiliter tunc temporis, nunc autem inuisibiliter. Rursus, baptisma Ioannis carebat propria forma essentiali, & necessaria ad sacramentum baptismi, nec per illud homines efficiebantur mēbra Christi & ecclesiæ, quia nō imprimebatur character, ideo nō erat uerum baptisma. Fuit tamen institutum ad figurandum, ad pparandū, & manifestandū, ut supra dictū est. Deniq; baptisma Ioānis fuit initium nouę legis, & finis ueteris legis, medium quoq; in utramq; : ideo baptizato Christo aperti sunt cęli, & descendit spiritus sanctus, ut manifestaretur in baptismate dari gratiam & spiritumsanctum.

De imperfecto baptismate Ioannis.

Secundū fuit baptisma Christi in spiritusancto tantum, quia ipse non baptizabat aqua, nisi p discipulos suos. Sed quid est baptizare in spiritusancto & igne, nisi absolute remittere peccata & cōferre gratiam? Quemadmodum paralitico dixit. Fili, remittuntur tibi peccata tua. Et ad senem apud piscinam sanatū. Ecce sanus factus es, iam noli peccare ne deterius tibi aliquid contingat. Dixit quoq; ad mulierē peccatricē, Remittuntur tibi peccata tua. Fides tua te saluam fecit. Et latroni in cruce. Hodie mecū eris in paradiso. Omnes etiam apostoli fuerunt baptizati a Christo, spiritusancto & igni, in die pentechoste.

De baptismate xpi.

Tertium fuit apostolorū baptisma in aqua & spiritusancto simul. Quod initium habuit a Christo, tum operibus quando in Iordane baptizatus est: tum uerbis quando Nicodemo dixit. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritusancto, nō potest introire in regnū Dei. Fuit etiam institutum ab eo operibus primo, qn̄ omnes apostoli baptizabant

Matth. 3.

Ioan. 3.

in præsentia Christi. Sed tunc nón tenebantur homines baptizari, quia nondũ lex promulgata erat. Qui autem tunc baptizabantur ab apostolis, non tenebantur amplius rebaptizari. Secundo, uerbis: dum post resurrectionẽ dixit. Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Eũtes ergo docete oẽs gentes, baptizãtes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti. Tunc apostoli & eorũ successores post legis promulgationẽ baptizabant in aqua & spiritusancto, & tenebãtur omnes homines baptizari sub pœna mortis æternæ. Istius etiã baptismatis Christi & apostolorũ ueritas ostenditur in euãgelio Lucæ, quia una dierũ docente Christo & baptizante, conuenerunt principes sacerdotũ & scribæ, cũ senioribus dicentes ad illum. Dic nobis in qua potestate hęc facis: aut quis dedit tibi hanc potestatem? Respondens aũt Iesus dixit ad illos. Interrogabo uos & ego unũ uerbũ, respõdete mihi. Baptisma Ioannis de cœlo erat, an ex hominibus? At illi cogitauerunt intrà se dicentes. Quia si dixerimus de cęlo, dicet. Quare ergo nõ credidistis illi? Si aũt dixerimus, ex hominibus, plebs uniuersa lapidabit nos. Certi sunt enim Ioannẽ ꝓphetã esse. Si igitur baptisma Ioannis de cœlo fuit; & ipse reddidit testimoniũ de baptismate Christi, qui mentiri non poterat, tanto magis baptisma Christi de cœlo uenit, in remissionem peccatorũ, &c.

Matt. ulti.

De baptismate apostolorum.

Luc. 20.

De materia baptismatis.

Triplex solet assignari materia baptismatis. s. flaminis, sanguinis, fluminis. Nam si quispiam adultus, iudęus uel infidelis firmiter credens Christo ac fidei articulis, ad ecclesiam proficiscatur ut baptismatis unda renascatur, sed morte ꝑuentus, sanctũ propositũ explere nõ possit, nunquid dãnabitur?

De baptismate flaminis.

Absit. Ipsum.n.nõ nisi catholicũ reputamus,ac sal uari non ambigimus. Quia baptismate flaminis.i. fide & cõtrictione cordis dicitur esse baptizatus. Et ita de omnibus adultis legitime impeditis ad baptismatis sacramentũ suscipiendũ,si ex hac uita migrauerint,nõ suscepta aqua Christiani sunt censendi,pœnitentiæ, uel flaminis baptismate baptizati. Secus de infantibus, qui dum ferũtur ad baptisma,si pdecederent saluari etiam in fide parentũ minime possunt,qa nullo baptismate sunt baptizati.

Baptisma sanguinis dicitur martirium ꝑ Christo seu iustitia susceptum, dummodo nõ fuerit cõtemptus baptismi, sed impossibilitas suscipiendi. Susceptũ intellige uoluntate propria ꝓpter paruulos in matrũ uteris extinctos. Dicitur aũt martiriũ sanguinis baptisma,licet nõ semper sanguis fundatur,quia tamẽ semper uita extinguitur in martirio, quæ secundum legem in sanguine est.

De baptismate sanguinis.

Baptisma fluminis uel aquaꝵ est ablutio corporis exterior,sub forma uerboꝵ a Christo instituta. Et est considerandum ꝙ proprie loquendo de baptismate prout est sacramentũ nouę legis,non est nisi unũ baptisma secundũ speciẽ quod fit in aqua, sub determinata uerboꝵ forma, ut dictum est: de quo Apostolus ad Ephesios. Vnus dñs,una fides, unũ baptisma. Cætera baptismata ut flaminis & sanguinis equiuoce dicuntur,secundum quandam attributionẽ. Aqua igitur est uera baptismatis materia, nec misterijs caret. Quia quẽadmodũ aqua purgat,refrigerat,est diaphana,fecundatiua,mollificatiua,sic baptisma purgat peccata,refrigerat hominem a concupiscentia carnis diaphaneitatẽ habet per splendorẽ spiritus sancti,est causa bonoꝵ fructuũ,mollificatq; animã,ut in ipsa character

De baptismate fluminis.

Ephe.4.

Proprietates baptismatis aq.

nitatis imprimatur. Et nota ꝙ nulla aqua artificialis est apta ad baptismatis sacramentũ, quia nulla res artificialis est naturalis. Ioannes aũt, Christus, pariter & apostoli usi sunt aqua naturali, igitur. Puer etiam ter ĩmergitur in aqua,quia ut dicit Augustinus. Recte enim tertio mersi estis,qui accepistis baptismũ in nomine sanctę trinitatis. Recte tertio immersi estis,qui accepistis baptismũ in nomine Iesu Christi, q etiam die tertia resurrexit a mortuis. Illa enim tertio repetita dimersio tipũ dominicę exprimit sepulturæ, per quam Christo consepulti estis in baptismate, & cũ Christo surrexistis, in fide,peccatis absoluti,in sanctitate uirtutũ Christi uiuatis immitando.

De trina immersione secundũ August.

De forma baptismatis.

Formã baptizandi nos docuit Christus in euãgelio,cũ dixit. Euntes docete omnes gentes,baptizantes eos in nomine patris,& filij,& spũs sancti. Hac forma utitur ecclesiasticus minister, edoctus ab ecclesia dicens. Ego baptizo te, in nomine patris,& filij,& spiritus sancti,amen. Licet aliter dicant græci, uidelicet, baptizetur seruus Christi, in nomine patris,&c. Qua ideo usi sunt forma,ne glorientur de ministris baptizantibus. Est tamen una & eadẽ essentialis forma,quæ omnino uariari non debet,per alia uerba eis non Synonima,loco eorũ posita,nisi sacramenti autor Deus dispenset: aliter tolleret sacramenti ueritatem & efficaciam. Et signanter dicitur, nisi Deus aliter dispenset: quoniã apostoli ex diuina dispensatione & familiari spiritus sancti consilio, in principio nascentis ecclesiæ, baptizabant in nomine Christi, ut liquet in Actis apostolorum & in euangelio Ioannis. Non.n.propria auctoritate formam a Christo promulgatam

Qua forma utũtur latini & greci.

Aćto.2.

Ioan.4.

aliquatenus mutare tentassent, legem enim superiorum nullus inferior reuocare potest, nec simpliciter, nec ad tempus. Dispensauit autem Christus pro tempore primitiuę ecclesiæ ut in nomine Christi baptizarent, in quo implicite trinitas tota designatur, & inuocatur. Nam qui dicit Christum.i. unctum, dicit etiam eum qui unxit.i.patrem, & eũ quo unctus est.s.spiritum sanctum. Vt nomẽ Christi Iesu, in quo est salus, diuulgaretur, & amabilę redderetur, quod tunc plurimis odiosum erat incredulis, & erubiscibile infirmis. Sic enim dum uidebat super baptizatos in nomine Christi descendere spiritumsanctum in signo uisibili, excitabantur ad amorem nominis Christi & uenerationem. At ratione illa cessante, & nominę Christi diuulgato, ecclesia reddĳt ad priorem formam a Christo Institutam. Quia cessante ratione dispensationis, ętiam ipsa dispensatio cessauit.

Qua forma baptizandi utebātur apostoli, & cur.

De personis quæ baptizant, & baptizantur.

Circa personam baptizantẽ, quattuor sunt considerãda. Primo quilibet Christi fidelis, tam uir ꝙ mulier baptizare potest. Mulier tamen p̃sente uiro baptizare minime debet. Nec uir laicus p̃sente clerico, nec clericus, p̃sbitero p̃sente. Sacerdos aũt id potest, etiam episcopo p̃sente, quia sua interest baptizare. Et nullus alius id facere debet, nisi urgente necessitate. Secundo, baptizans ut intentionem baptizandi actu habeat necesse est.s. faciendi id quod ecclesia facere intendit. Ex quo sequitur ꝙ de cõmuni lege uir quantumcunq; malus, hæreticus, uel infidelis baptizare potest, dummodo non careat intentione faciendi, ut ecclesia docet. Dicit.n. August. Si quẽ forte coegerit extrema necessitas, & ubi catholicum per quem accipiat non inuene-

De conditionibus baptizantis.

Augus. de unico baptismo.

rit,& in animo pacem catholicam custodiens,per aliquem extra unitatem catholicam positum excepit,quod in ipsa erat catholica unitate percepturus,si statim de hac uita migrauerit,non eum nisi catholicum reputamus.Et ille idem.Cum tantum ualeat baptismus per hominẽ cõtemptibilem quantum per apostolum datus,ita nec illius sed Christi esse cognoscitur. Christus est qui baptizat,columba baptizat. Et ita pari ratione dici potest de sacramento pœnitentiæ.Homo apponit ignẽ lignis, & ignis ligna comburit. Sacerdos applicat sacramentum, Christus autem delet peccata. Rursus. Non est aqua prophana & adultera supra quã nomẽ Dei inuocatur,etiam si a prophanis & adulteris inuocetur, quia nec ipsa creatura adultera est, nec ipsum nomen adulterum est.Tertio,decet baptizantẽ simul abluere corpus & proferre uerba, quia sacramenta ecclesiæ sunt sacramenta unitatis, & diuidi non debent.Ideo sequitur,ꝙ puer nõ potest baptizari existens in utero matris secundum omnes sui partes,quia baptisma est ablutio corporis exterior cum forma uerborum,quæ fieri nõ potest in utero matris.Hinc Isidorus.Qui in maternis sunt uteris,ideo cum matre baptizari non possunt. Quia qui natus adhuc secundum Adam nõ est, secundum Christum regenerari nõ potest. Si autem extra uterum matris puer appareret secundũ principaliorem partẽ ut caput, tunc baptizari potest, etiã si pars minus principalis appareret,ut manus, uel pes,illa est baptizanda,quia in ea tota uis animæ extat.Quarto,ut baptizans sit alius a baptizato opus est,quia nemo a seipso baptizari potest,dicente domino in euangelio.Ite,docete omnes gentes baptizantes eos,&c. Eos dicit, non uosipsos.

De conse. dist. 4.

Q̃uo nemo põt baptizare seipsum.

Oportet igitur esse distinctionē personalem inter baptizantem & baptizatum, quia baptismus est regeneratio spiritualis, iuxta saluatoris sentētiam. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, &c. Nemo autem generat seipsum. Propter quod etiam in diuinis ubi summa & simplex unitas reperitur, generans & genitus, personaliter distinguuntur, quanto magis in spirituali regeneratione.

Circa personas quę baptizantur est animaduertendum quattuor hominū genera accedere ad baptismatis sacramentum. Primum genus est illorū qui nec peccant nec peccare possunt per naturam, ut Christus qui baptismum petijt ut aquā sanctificaret. Secundum est illorum qui nec deficiunt, nec deficere possunt per gratiam. Vt uirgo Maria, Ioānes Baptista suscipientes baptismatis aquam, ut p baptisma Christo, & ecclesiæ de nouo incorporari mererentur. Tertium est paruulorum qui baptizantur, ut remittatur eis originale crimen, quibus consensus illorum aut parentum minime requiritur. Icci rco, inuitis parentibus, paruuli baptizari possunt. Non tamē debent baptizari inuitis parentibus alterius religionis, sicut Iudæis uel Paganis. Et pcipue a persona priuata, qm̄ parentes ius habent in filios, quod auferri nō debet a persona priuata. Quartū genus est adultorū, de quibus dicendum est primo. Quod si baptizandus sit adultus ppetuo furiosus, stultus, uel insanę mētis, aut nunq̄ usus libero arbitrio de ipso idem est iudicium, sicut de paruulo. Secundo, si baptizandus est adultus, stultus, uel insanæ mentis qui non est semper talis habens interdū lucida interualla, tunc.n. ut aliqn̄ habuerit intentionē baptizandi, uel saltem oppositā non habuerit, necesse est. Tertio, si baptizādus

Quattuor genere hominū accedūt ad baptismum.

Q̄uo insani sunt baptizandi.

sit

sit adultus sanæ mentis, actu utens libero arbitrio, ut in eo non sit dissensus nec actualis nec habitualis operepretium est. Nemo.n.adultus ex aqua & spiritu sancto renascitur, nisi uolens. Ideo fictę accedens ad baptisma baptismatis sacr̄m non consequitur, quia non credit id ecclesiam posse conferre.

De baptismate paruulorum.

Nonnulli recentiorum hæreticorum temere ausi sunt dicere infantes nō esse baptizandos. Et si tūc temporis baptismatis sacr̄m recipiāt. In etate qua possunt uti rōne & libero arbitrio sunt denuo baptizandi. Quorum prima ratio talis est. Ait.n.xp̄s in euangelio Marci. Euntes in mundū uniuersum, p̄dicate euangeliū omni creaturæ. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Ideo oportet prius credere, deinde baptizari. Et ille idem in euangelio Matthæi. Euntes docete oēs gentes seruare omnia quæcunque mandaui uobis, baptizantes eos in nomine patris. &c. Quāobrem oportet prius docere deinde baptizare. Item. Eunuchus & centurio, prius crediderunt: deinde baptizati. In baptismate quoque renuntiamus diabolo & pompis eius. pueri autem non habentes usum rationis renuntiare minime possunt. Ideo.

Obijciunt hæretici. *Marc. ult.* *Matt. ult.*

At contra hanc perniciosissimā hæresim, tū diuinis, scripturis, tum sanctorum patrū sententijs, et ecclesiæ determinatione instamus. Præcepit.n.dn̄s Abrahæ dicens. Infans octo dierum circuncidet̄ uobis. Et masculus cuius prępuțij caro circuncisa non fuerit, delebit̄ aīa illa de populo suo, qa pactū meū irritum fecit. Sed quemadmodū se habuit circūcisio in ueteri lege, ita & baptisma in lege gr̄æ. Et sicut paruuli Iudæorum includuntur cū pacto diuino, sic & paruuli Christianorum non sunt excludendi à

Gene. 17.

Catholicorum rationes. lege dei. Dicit n. Augu. Ex quo instituta est circuncisio in populo dei, qđ erat tunc signaculũ fidei iustitiæ dei ad sanctificationẽ purgationis, ualebat paruulis originalis ueterisq; peccati, sicut & baptismus ex illo ualere cœpit ad innouationẽ hominis, ex quo constitutus est. Gregorius insuper. Quod autem apud nos ualet aqua baptismatis, hoc erit apud ueteres uel pro paruuli sola fides, uel pro maioribus uirtus sacrificij, uel pro his q de Abrææ stirpe prodierunt misteriũ circuncisionis. Igitur pueri sunt baptizandi semel tm̃, cõtra rebaptizatores, Et puer non baptizatus damnat̃, lege cõi, contra Zoingliũ, dicente Augustino. Firmissimę tene non solũ homines ratione utentes, uerumetiam paruulos qui sine baptismate de hoc seculo transeũt, sempiterno igne puniendos.

De conse. dist. 4

Augu. de fide ad petrum.

Rursus. Ait dñs in euãgelio. Sinite paruulos uenire ad me, talium est. n. regnum cœlorũ. Et amplexatus est eos, & benedicebat, imponens manus super illos. Malefaciunt ergo rebaptizatores, prohibentes pueros per baptismũ uenire ad Christum dicentem. Baptizate omnes gentes. Ergo etiã paruulos, qui inter eos comprehenduntur.

Mar. 10.

Præterea, Apl's ad Corin. inqt. Patres nostri oẽs sub nube fuerunt, oẽs baptizati sunt in mare & in nube. Igit̃ paruuli fuerunt sub nube. Quãobrẽ p̃res, pariter & filij figuraliter baptizati sunt. Ideo.

1. Cor. 10.

Proinde pueri non sunt rebaptizandi teste apostolo. Impossibile est eos qui semel illuminati sunt, gustaueruntq; cœleste dei donũ, & prolapsi sunt, rursus renouari ad pœnitentiam. Non negat Apostolus reiterationem pp̃æ, sed renouationis per baptismatis sacramentum. Igitur. &c.

Hebr. 6.

Accidit insuper usus & autoritas ecclesiæ ab ip-

ſo apoſtoloꝝ tempore, cui merito omnes Chriſti fideles obtemperare tenentur. Et ſi pueri aliqñ non baptizantur, igitur baptiſma initium habuit in eccleſia. Id autem nullibi reperitur, ideo.

Deniq; contra Zoingliũ. Pueri contrahunt peccatũ originale, ergo ſunt baptizandi, ne remaneāt in ira dei. Aſſumptum patet per illud apoſtoli. Omnes. n. peccauerunt, & egent gloria dei. Ideo pauli. Et alibi. Sicut per unum hoiem pctm̄ in mundum intrauit, et per pctm̄ mors, ita in oēs homines mors tranſijt, in quo oēs peccauerunt. Et alio in loco. Sicut in Adam oēs moriuntur, ita & in Chriſto omnes uiuificabuntur. Igitur etiam paruuli aduerſus pelagianos ac Zoinglium & rebaptizatores. Ephe. 2. Roma. 5.

Et ad rationes hęreticoꝝ rñdent catholici Chriſtum loqui de adultis, tam apud Marchũ q̃ Matthæum. Et Eunuchus, Corneliuſq; fuerunt adulti.

De utilitate baptiſmatis.

Quoniam in baptiſmate eſt tota uirtus ſanguinis & paſſionis Chriſti, icirco rite baptizato remittitur omnes culpa tã originalis quàm actualis, dicente ſaluatore.

Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto. &c. Igitur à contrario ſenſu ſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, intrabit in regnũ cœlorum. Sed nullus peccato obnoxius itrare poteſt in regnum cœloꝝ iuxta illud Apocalypſis, nõ intrabit in eam aliqd coinquinatũ. Ergo regeneratio in aqua & ſpiritu, q̃ fit per baptiſmatis ſacrm tollit quodcunq; inquinamentũ peccati. Cui fauet illud Marci. Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit. Apl's quoq; Quicunq; baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus. Et ille idem. Mundat xp̄s eccleſiam ſuam lauachro Ioan. 3. Apoca. 21. Marc. ult. Rom. 6.

aquę & uerbo uitæ, ut exhiberet sibi gloriosam ecclesiam non habentem maculam neq; rugam, aut aliquid huiusmodi. Ex quo baptisma tollere mundanam omnem maculam originalem, rugam mortalem, culpam uenialem, perspicuum est.

Secundo, baptisma remittit oēm pœnam æternam, originali & actuali debitã, necnon et pro peccato satisfactoriam. Qm̃ omne debitum culpę, est debitum pœnæ æternę, igit̃ quicunq; remittit culpam, ut pœnã æternam remittat, opere pręciũ est: iuxta illud apostoli. Si complantati facti sumus similitudini mortes eius, sil' et resurrectionis erimus. Ergo sicut ipse surrexit liber ab omni pœna, ita & nos baptismatis unda, à pœna ęterna liberámur.

Præterea, xp̃s per mortem suã sufficienter satisfecit pro peccatis totius humani generis, et quia p baptismum xp̃o commorimur et consepelimur (ut dicit apostolus) ideo baptismus quantũ in se est, totam efficaciam passionis in baptizatum influit, ut eum absoluat tam à culpa, q̃ à pœna æterna & satisfactoria, & per id, peccatum non remitti tur impunitum, quoniam pœnam pro nobis soluit Christus, cui per baptismum incorporamur.

In baptismate, culpa & pœna remittitur.

Tertio, omnibus rite baptismatis sacramẽtum suscipientibus infunditur fides, dicente Apostolo. Sine fide, impossibile est placere deo. Pueri aũt baptizati placent ei, nõ per fidem acquisitam, igitur infusam. Et ita de spe, & charitate.

Hebræ. 11.

CAP. XVIII.

TVnc Iesus ductus est à spiritu in desertum. Tunc. I. statim Iesus post baptismatis susceptionẽ & aquarũ sanctificationem, necnon mox ut audiuit uocem patris intonãtis, hic est filius meus di-

lectus.&c.ductus est, quia omne quod mouetur Duplex
ab altero mouetur uel ducitur. Duo.n.sunt moto- motor.
res,unus extrinsecus,q diuiditur in motorē uniuer-
salem,qui deus est. Et in particularē,qui particula-
riter & extrinsece mouet,sicut angelus q Thobiæ Tho.5.
dixit. Ego ducam & reducam filiū tuum sanum ad
te. Et ita quilibet, qui curā gerit alterius. Alius est
motor intrinsecus,qui est humana uolūtas,seu for-
ma substantialis,quæ cū sit natura est primū prin-
cipium intrinsecū mouendi & quiescendi. Ductus
ergo fuit Iesus primo à sua propria uoluntate tan-
quam à motore intrinseco & à spiritu sancto,uelut
ab extrinseco ductore,qui nos ad oīa bona mouet.

Sed nota q͡ hoc nomē spiritus,multipliciter su-
mitur in scripturis. Primo,pro uentis,qui pp nimiā Spūs mul-
subtilitatē et agilitatem,spūs appellanť,iuxta illud tiplex in
saluatoris dicentis ad Nicodemū. Spiritus ubi uult scripturis.
spirat,& uocē eius audis,& nescis unde ueniat aut Ioan.3.
quo uadat.&c. Secūdo pro aere propinquissimo,
per quem homo spirat et respirat, seu pro anhelitu
uel flatu,teste psalmista. Os meum aperui,& attra Psal.118.
xhi spiritum. Tertio, interdū accipitur spiritus pro Ioan.19.
anima rationali,iuxta illud Ioannis. Iesus autē in- Luc.23.
clinato capite tradidit spiritū. Et alibi. Pater,in ma Matth.12.
nus tuas commendo spiritum meum id est,animā. Hebre.1.
Quarto,pro spiritibus immundis, de quibus xp̄s. Ioan. 4.
Cum immūdus spūs exierit ab homine.&c. Quin-
to,pro angelis,dicēte apostolo. Qui facis angelos
tuos spūs. Angelus.n.proprie spūs appellatur. Se-
xto,pro deo,qa deus spūs est, ut inqt Ioannes. Se-
ptimo,hoc nomē spūs ēt in scripturis accipiť p ter-
tia p̄sona in diuinis, quę dicitur spiritus paracletus
id est,consolator. Et ita capitur in proposito.

Ductus ergo fuit Iesus à spiritu sancto in desertū.

Christus autor supernæ gloriæ, moralis uitæ dux atq; magister relinquens homines loca deserta petit, quasi etiam desertum accepit Adam delectabilem paradisum, in quo quãdiu desertus mansit, cũ sola cũ angelorum societate, nunq̃ peccauit. Vbi uero humana societas affuit, inde presens fuit serpẽs, quare deliquit. Similiter Anan filius Sebeon cum pasceret asinas patris sui in deserto, inuenit aquas
Gen. 36. calidas, quæ calidas lachrymas deo acceptas pfigurabant. Moyses quoq; cum ingrederetur ad interiora deserti uidit dñm in rubo, uelut ignẽ inflamantem. Propter qđ consolationẽ accepit in animo. Notitiã habuit diuinorum, & reuelationẽ secretorũ dei. Desertus.n. locus diuinis est oraculis aptus, ubi nõ assistũt stolidi laudatores, q suis laudibus bona nr̃a dispergant. Quãobrem ppl̃m dei uoluit Moyses de mãdato dei explicari ab Egyptiaca seruitute ut iret in desertũ, et sacrificaret ei in solitudinẽ sacrificiũ laudis, qa sacrificiũ est deo spũs cõtribulatus, cor cõtritũ et humiliatũ. Hoc.n. acceptabile sacrificiũ q̃rit Deus à nobis in solitudine. Quia nõ fit hoc sacrificiũ in multitudine pecorum, et multorum hoium societate. Quis.n. putat q deus uoluerit ppl̃m suũ derelinquere Egyptũ ut iret in de-
Quid sit sacrificiũ qđ querit deus à nobis. sertũ ad sacrifiandũ uitulos, uel arietes, cũ scriptũ sit, nõ accipiã de domo tua uitulos, neq; de gregibus tuis hircos, aut alia bestiarum gña: Nisi pro tãto ut sacrificia illa uerũ sacrificiũ xp̃i figurãt. Neq; mãducabo carnes taurorum, aut sanguinẽ hircorum potabo. Ac si dñs per propheiã dicat apte. Nõ sunt ista sacrificia q̃ requiro. Iam.n. Dauid intendebat in nouam uitã, et eximiũ sacrificium cognoscebat. Subdit.n. Immola deo sacrificiũ laudis, et redde altissimo uota tua. Et paulopost sequutus adiũxit. Sacri

ficiũ laudis honorificabit me. Laudis uero sacrificium est ipsa grãrum actio, de beneficijs acceptis. Laudis sacrificiũ est in aduersitatibus & ꝓsperitatibus laudare dñm. Dicebat insuper Dauid. Benedicã dñm in omni tp̃e, semper laus eius in ore meo. Vt si patiar, si affligar, si maledicar, si reprobus habear, si oĩa mũdi mala contra me confleñt in unũ, semper laus eius in ore, et in corde meo. Si mihi assint ꝓspera cuncta, & oĩa bona mihi eueniant, semper laus eius in animo, in corde, et in ore meo. &c. *Quid sacrificium laudis.*

Volens igitur Christus uerus deus & homo, dominus et sacerdos sacrificare semetipsum deo in sacrificium laudis pro humani generis salute desertũ petijt, meroribus et orõnibus aptum. Vbi xp̃s habuit pugnas: habuit & uictorias. Bonũ igit̃ est desertũ. Habet. n. serpẽtes innumeros, morsibus mortẽ inferentes. Sed serpentẽ habet ęneũ solo aspectu sanantẽ patiẽtes. Habet amaras aquas, hẽt qđ dulcorat. Habet aduersa, habet & ꝓpitia. Nõ est ergo mirũ si xp̃s desertũ petijt. Vbi est ergo pp̃ls dei? In deserto. Vbi Elias? Vbi Eliseus? Vbi filij prophetarum? Vbi Ioãnes baptista? Oẽs in deserto sacrificauerunt deo sacrificiũ laudis. Sed qd faciebat rex regum, & dñs dominantiũ, factus incola in deserto, humana cõsolatione priuatus? Nõ tñ angeloꝝ carebat consortio. Carebat tugurio, carebat lectulo, necnõ cibo et potu. Desertus siqdẽ locus uitã secretã hẽt, sed sine abundãtia rerũ. Pauper ibi accessus, paup ibi morabat̃, nec ibi aliqñ igne calefact⁹ est. Hiems nanq; tp̃s frigoribus aptũ erat, ꝗ eo ꝙ a quinta Ianuarij die usq; ad quartãdecimã februarij in deserto fuerit morat⁹. Veniãt igit̃ mũdi reges, principes, et dñi tp̃ales contẽplent̃ oĩum regẽ a brutis animalibus sociatũ, et humana dignitate pallentẽ. *Cur xp̃s desertum petijt.*

Quid faciebat xp̃s in deserto. Quid faciebat hic singularis homo? Singulariter uiuēs, singulariter degēs. Non.n. portauerat codices, thesauris sapiæ plenus. Contēplabat incessanter, erat mēs insuspēsę fixa cœlo. Plorabat interdū; cū bestijs dormiebat, cū qbus forte ludebat. Quid enim faciebat? Orabat assidue, die noctuq́, et pro salute oīum deū p̃cabatur. Quā qdem salutē toto corde & aīo intēdebat. Alia ēt de causa desertū petijt, (qd est iter Hierusalē et Hyerico, ut daret locū *Cur ēt xp̃s desertū petijt.* diabolo, daretq́ ēt ei occasionē tēptādi, qa diabolus contra xp̃m ire nō poterat, ideo xp̃s ꝓcessit cōtra ipsum. Quare subdit euāgelista. *Vt tentaretur à diabolo.* Tentare est ꝓbare, seu experientiā, uel experimentum sumere de aliqua re, ut aliqd sciatur. Est aūt tentatio experimenti sumptio de eo qd' tentatur, an sciat, an possit, uel uelit. Et ut in scripturis *Quattuor psonis congruit tentatio.* habet, tentatio quattuor generibus personaꝝ congruit. Videlicet, deo: Homini: Diabolo: Carni: Diuersimode aūt. Tēptat.n. de⁹ ut erudiat. Proba me deus (inqt psalmista) et tēta me. Tentat hō ut sciat, diabolus ut seducat. Tentat caro, ut hō seipsum agnoscat. {Deus.n. tentat nō ut aliqd quasi de nouo scire possit, cū sciat oīa anteq̃ fiāt: sed ut causet notitiā in illo quē tētat. Vel ut alios scire faciat id qd' *Quō deus tentat.* prius ignorabāt. Et hoc modo deus tentauit Abraham: ꝑꝑ cuius obedientiā, subdit. Nūc cognoui ꝙ timeas dūm.i. cognoscere te feci, seu alios scire uolui te dñm timere. Et ita semp deus tentando probat & approbat, uel ꝓbatū ōndit. Necnon & hominē seipsum expimentaliter cognoscere facit. Tētauit ergo deus Abrahā, ut ꝓbaret fidē eius. Quē- *Deute. 13.* admodū ēt in lege scribit. Tentat uos dñs deus uester, ut palā fiat, utrū diligatis eū, an non toto corde, & tota aīa uestra. Rursus. Tentauit illos deus,

& inuenit illos dignos se. Tanquam aurum in fornace *Sapien.3.*
probauit eos. Sic Deus tentauit populum suũ quãdo *Exo.16.*
pluit eis manna de cœlo, an in lege sua ambularet,
an non. Et ut ostenderet eis cor ipsorum, ducens eos *Deut.8.*
per desertũ. Proinde, dereliquit dominus Ezechiã *Paral.32.*
ut tentaretur, & nota fierent omnia quæ erant in corde eius, quando uenerunt ad eum nuntij regis Babylonis. Isto modo Deus tentauit Iob, qui propter grauissimas afflictiones quas passus est, aiebat.
Probauit me Deus, quasi aurum quod per ignem *Iob.23.*
transit. Simili modo, cum Thobias esset tentatus *Tho.12.*
a Deo per oculorum excecationem, dixit ei angelus.
Quoniam acceptus eras Deo, necesse fuit, ut tentatio probaret te. Fuit etiam tẽtatus, ut patientię posteris daretur exemplum. Nimirum hoc tentationis genere, fuerunt tentati omnes patres ueteris testamenti. Vt Elias, Dauid, Iona, & alij quàm plures.
Volens etiam Christus Petrum tentare, iussit eum *Matt.14.*
uenire ad se super aquas. In quibus eum aliqualiter *Ioan.6.*
mergi permissit. Dixit insuper Philippo, tentans eum. Vnde ememus panes ut manducent hi? Patet igitur ex his qualiter Deus tentat, & tentando probat, seu approbatum ostendit. Cuius tentatio, est semper bona.

Secundo, tentat homo interdum se, ut experimẽtum habeat de seipso. Sicut de Dauide dicitur: Qui *1.Reg.17.*
cœpit tentare, si armatus posset incedere, an non.
Aliquando homo alterum hominem tentat, ut aliquid de nouo sciat, uel de aliquo experimentũ capiat. Sicut regina Saba uenit a finibus terræ audire *3.Reg.10.*
sapientiam Salomonis, & tentare eum in enigmatibus. Sæpenumero homines dominũ tentant, qui
quasi incerti, experiri uolunt Dei potentiam & uirtutem. Quemadmodum filij Israel multoties tenta *Quõo tẽtat homo.*

uerunt Deum in deserto, super quibus malum accidit. Superati etiam in bello a Philisteis, dixerunt; Quare percussit nos Deus corā Philistijm? Itē, tentant Deum Israelitæ petentes aquam, & dicentes. Est ne dominus in nobis, an non? Vnde decies tentauerunt Deum in solitudine. Rursus, tentat Deum Gedeon, an missus esset liberator Israel, petendo signum in uellere. Præterea, Iudith locuta est p̄sbiteris ciuitatis, qui cū Ozia transactis quinq; diebus, si nō ueniret auxilium Dei, uolebant se tradere Holopherni, dicens. Qui estis uos qui tentatis dñm? Tentant insuper Christum pharisæi signa petētes, ut experirent eius potētiam. Et ipse Christus dixit pharisęis q̄rentibus an licet censum dari Cesari uel non. Quid me tētatis hyppocritę? Dure quoq; corripuit Petrus Ananiam, & Saphiram eius uxorem dicens. Quid conuenit uobis tentare spiritum dñi? Non est ergo tentandus Deus, neq; Christus noster, ne pereamus iudęorū exemplo. Ex quibus palā insinuatur qualiter homo non tantū se, sed alterum hominem tentat, Deum, pariter & Christum.

Exo. 17.
Iudic. 6.
Iudith. 8.
Matth. 16. 22.
Acto. 5.

Tertio, tentat caro occasionaliter inquantū cognosci potest per ipsius carnis cōcupiscentiam pulsantem, uel mundum aduersus repellentē, uel prosperis allicientem, qualis sit homo. An uidelicet sit uirtutis constans, uel nō. Ad cuius quidem carnis pulsationē, sequitur hominis approbatio uel reprobatio. Sic ergo caro tentat cū ad ipsius titillationem probatur homo si resistit, & reprobatur consentiendo. De cuius carnis tentatione loquitur Iacobus dicens. Vnusquisq; tentatur a sua concupiscentia. Apostolus quoq;. Tentatio uos non comprehendat, nisi humana. Et ad Galathas. Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus

Q̄uo caro tentat.
Iaco. 1.
1. Cor. 10.
Galat. 5.

carnem. Et ille idem ad Romanos. Video aliam le Roma.7.
gem in mẽbris meis repugnantẽ legi mentis meæ,
& captiuantem me in lege peccati,&c.

Quarto, tentat diabolus ut experimentum capiat de aliquo in se. Cuius tentatio semper tẽdit in malum. Tentat.n.ut reprobum faciat,& ad peccãdum inducat. Id autem scripturarũ testimonĳs cõstat. Dixit Petrus Ananiæ. Cur tentauit cor tuum Acto.5. Sathanas, mentiri te spiritui sancto, & defraudari de precio agri? Item, tentauit diabolus primã mulierem dicens. Cur pręcepit uobis Deus ne comederetis? &c. Cui respondit mulier. Ne forte moriamur. Gene.3. Et quia dixit, ne forte suæ dubitationis diabolus experimentũ habuit. Præterea, Sathan petiuit a Iob.1. Deo ut tentaret Iob in rebus temporalibus, in liberis, & proprio corpore. Propter quod ipsius calliditas & malignitas, nobis innotuit. Quamobrem dixit dominus Petro. Ecce Sathan expetiuit uos ut cribraret sicut triticum. Ego autem rogaui pro te, Luc.22. ut non deficiat fides tua. Diabolus insuper tẽtauit Ioan.13. Iudam ut traderet dominum suum in manibus Iudæorum. Paulus quoque clamat. Ne magnitudo re- 2.Cor.12. uelationũ extollat me datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus Sathanę qui me colaphizet. Et ille idem. Non est nobis colluctatio aduersus carnẽ Ephe.6. & sanguinem, sed aduersus principes & potestates aduersus mundi rectores tenebrarum harũ. Et ad Corinthios. Ipse.n. Sathanas transfigurat se in 2.Cor.11. angelum lucis, tentando nos. Rursus, Petrus in epistola canonica dicit. Sobrĳ estote & uigilate i orationibus, 1.Petri.5. quia aduersarius uester diabolus tanquã leo rugiẽs,&c. Et Christus discipulis suis aiebat. Vigilate & orate, ut non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro autẽ infirma. Matth.26.

Sed non miremur de talibus ac tantis tentationibus hominis. Vult.n.nos Deus super terram tentari, ut uincamus, quia uincenti dabit coronã, & mãna absconditum. Et ut inquit apostolus: Non coronabitur, nisi qui legittime certauerit. Et ille idẽ ad nostram consolationem ait. Fidelis autẽ Deus qui nõ patietur uos tentari supra id quod potestis, sed faciet cũ tentatione prouentum, ut possitis sustinere. Et ad Romanos. Deus autem pacis conteret Sathanam uelociter sub pedibus uestris. Et nunc Xp̃s uoluit a diabolo tentari, ut nobis daret exẽplum qualiter oportet nos non solum tentari, sed tentationibus p̃ualere. Propterea, Paulus apostolus ait. Non.n.habemus pontificem qui nõn possit cõpati infirmitatibus nostris, tentatum autẽ per omnia pro similitudine absq; peccato, &c.

2.Thim.2. *1.Cor.10.* *Roma.16.* *Hebr.4.*

Iterum considerare contingit, ꝙ licet in scripturis sanctis, tentare indifferenter accipiatur, uidelicet tam in bono q̃ꝫ in malo, quia ut diximus etiam Deus tentat, & non nisi ut erudiat & probet: sæpe numero tamen, tentare accipitur in malum, Iacobo dicente. Nemo cum tentatur, dicat q̃m a Deo tentatur. Id autem de tentatione ad malum intelligi debet. Propter quod sequitur. Deus.n.intentator malorum est. Ipse neminem tentat. Et ita accipiendo tentare, tantum diabolo conuenit: iuxta illud apostoli ad Thessalo. Ne forte tentauerit uos is qui tentat.i.diabolus, cuius proprium officiũ est tentare, ut homines ad peccandũ inducat. Hęc autẽ diabolica tentatio duplex reperiri solet, interior uidelicet & exterior, quibus diabolus utitur ad homines decipiendum. Tentatio interior est quando inuisibiliter nobis malum intrinsecus suggeritur, & est quædam motio hominis ad peccati cõsensum,

Iacob.1. *1.Thess.3.* *Duplex diaboli tẽtatio, interior, exterior.*

orta ab aliqua uirtute interiori sine sensibili obiecto exteriori. Qñ.s.imaginatiua nr̃a ab hoste mouetur, mouendo species uel habitus in eadẽ imaginatiua reseruatas. Oportet.n.intelligentẽ phantasmata speculari. Sunt autẽ phantasmata imagines q̃dam & species, rerumq́ similitudines, q̃ in imaginatiua reseruantur, seu phantasia. Diabolus aũt interdum huiusce imagines mouet & transmutat ad organũ sensus, & ita facit nos recordari representando hasce rerũ imagines, quas cogitãdo quibusue delectando & cõsentiendo, peccamus. Quonã modo diabolũ dicitur imittere pessimas cogitationes in mẽte. Hæc aũt interior & diabolica tẽtatio, potest per pulcherrimũ exẽplum sic facile demonstrari. Quemadmodũ.n.in noctis obscuritate quocũq́ lumine semoto, homo colores aut figuras seu imagines quas etiam ante oculos habet nõ intuet̃. Et ratio, quia color sine lumine uideri minime põt. Tamẽ si accẽdit lucernã, statim uidet, et oculis suis p̃sentantur colores & figuræ q̃ prius occultabant̃. Sic homo, licet in sua imaginatiua seu phãtasia uarie diuersesq́ imagines seu species, aut naturales similitudines diuersarũ rerũ, puta ciuitatũ, hominũ, mulierũ, inimicoꝶ, thesauroꝶ, cõseruate existant, de his tamen nõ semper memoriam actu tenet, seu recordat̃. Angelus aũt malus qui p exteriora, interiora cognoscit, accẽdit lucernã.i.transmutat cogitationes, & nõnullas harũ rerum imagines eas ad cor, & ad memoriam reuocãdo, & ita aperte cordis fenestras, ut nos intueamur, & p̃teritorum peccatorum memoremur. Tali igitur modo utitur diabolus ad tentandum nos inuisibili, interioriq́ tentatione, &c.

Exẽplum de interiori tentatione diaboli.

Sed alia est tentatio exterior, q̃dam.s.ostensio

Quid tentatio diaboli exterior. alicuius obiecti sensibilis a uirtute exteriori, ut apprehendens ad peccandum alliciatur, sicque aliquando diabolus nobis extrinsecus malũ uisibiliter suggeritur, uerbo uel signo aliquo, ut tentatus ad consensum peccati declinet. Sed nec exterior nec interior diaboli tentatio habet in se peccatum necessarium annexum, nisi ei consentiatur. Est tamen materia exercendę uirtutis. Hac.n.exteriori tentatione usus est diabolus contra Christum, qm̃ non poterat ipsum interiori tẽtatione tentare, propter quod sequitur. *Et cum ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus, postea esuriit.* Non sine rationabili causa, Christus ieiunauit quadraginta diebus & quadraginta noctibus, in qbus diebus nunq̃ comedit aut bibit, sed nec etiam esuriuit. Postremo tamen esuriit. Triplici.n.de causa ut ex scripturis elici potest,

Cur xp̃s ieiunauit. Christus hanc ieiunandi ꝓuinciam assumpsit. Eo primo ꝙ ieiunium ipsius fuerat in ueteri testamẽto ꝑfiguratum, per ieiunium uidelicet Moysi & Eliæ.

Exo.34. Moyses.n.ieiunauit quadraginta diebus & totidẽ noctibus in monte Synai, ut mereretur accipere legem a Deo, quam populo Israel daturus erat. Sic Christus ieiunauit, et nouã tanq̃ nouus legislator,

3.Reg.19. meruit cõdere legẽ. Ieiunauit insuper Elias tot diebus & noctibus, & dignus fuit ambulare usq; ad montẽ Dei Oreb. Ita Christus ieiunãdo meruit cũ omnibus sanctis suis ascendere ad montẽ domini ciuitatis nouę Hierusalem.s.cœlestis patriæ. Et sic euidenter patet qualiter hi duo patres & ꝓphetæ ieiunarunt.xl.diebus &.xl.noctibus in figurã ieiunij Christi, quod assumpsit, ut daret nobis exemplum ieiunandi.

Pulchra questio. Et si quęras an illi duo patres & prophetę aliqñ esurierint in his diebus, dicẽdum est, ꝙ Moyses &

Elias non esurierunt in illis.xl.diebus & noctibus, quia tunc ex prima die incepissent esurire, cum esuries semper sequatur in dies, nisi homo supernaturaliter sustentetur. Est autem esuries uel fames pœna grauissima affligens ualde. Quam si per.xl.dies tolerassent, fuisset eis deterior morte temporali. Quemadmodū pœna inferni in qua homines semper sufficienter cruciantur ad mortem, nunquam tamen moriuntur. Non est autem uerisimile quod Deus id faceret alicui homini uiuenti. Præterea, Deus pascebat Eliam quando clausum est cœlum annis tribus & mensibus sex tēpore illius magnæ penurie, mittens ei quotidie bis panem & carnes per coruum, ne fame affligeret. Quanto magis quando ex mandato Dei oportebat ipsum ambulare. Rursus, dixit angelus ad Eliam. Surge, comede, & bibe, grandis.n.tibi restat uia. Quare si fame cruciādus esset illis diebus, nō dixisset ei angelus, comede & bibe, propter uiam grandem. Elias autem comedit & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius usque ad mōtem Dei.xl.diebus. Igitur in his diebus nunquam esuriuit, aliter non ambulasset in fortitudine cibi illius, sed debilis propter esuriem ambulare non potuisset. Igitur fortitudo cibi quā accepit in primo die perseuerauit usque in finem dierū. Deinde Moyses qui loquebatur cum Deo facie ad faciem sicut solet loqui amicus ad amicum, manens cū illo.xl.diebus sustentabatē eloquio Dei. Igitur tunc temporis non esuriebat, quia non fuisset uerisimile, ut Deus tantū hominem fame uellet affligere in præsentia sui. Cui ex consortio sermonis tantam contulerat excellentiam, quæ etiam in absentia pdurauit. Moyses igitur & Elias (ut credendū est) in illis.xl.diebus & noctibus non esurierunt, aliter oportuisset multū

3. Reg. 7.

Quō Moyses & Elias nō esurierunt ieiunando.xl. diebus.

plicare miracula. Et si Chrisostomus oppositū uideatur asserere, nihil refert. Differebat tamen ieiunium illorum a ieiunio Christi, eo φ ipse Christus uirtute propria ieiunabat & sustentabaī. At Moyses quidem sustentabatur eloquio Dei. Elias autē in fortitudine cibi præassumpti.

Ieiunium xpi et prophetarum differens.

Secundo, Christus uoluit obseruare ieiuniū quadraginta dierum & noctuum ob nimiam similitudinem quā habuit cū Elia, ut alias dicetur. Propter quā, multi iudęorꝫ Christū esse Moysen seu Eliam arbitrabantur. Iccirco ipsi testes fuerunt in ipsius transfiguratione. Ieiunauit insuper Christus. xl. diebus &. xl. noctibus, ut numerum quadragenarium sanctificaret. Siquidem quadraginta annis proximus fuit populo Israel in deserto. Quadraginta mēsibus Christus prædicauit. Quadraginta septimanis fuit in utero matris. Quadraginta diebus & noctibus ieiunauit. Quadraginta horis iacuit in sepulchro. Et post resurrectionem completis quadraginta diebus ascendit in cœlum. Propter quod etiā quadragesima quæ est decima pars totius anni solaris, de iure debetur & consecratur Deo in ieiunīj uitiorum abstinentia, & alterius corporis ieiunīj obseruatione. Sed quia ieiunium quadraginta dierum sine esurie arguebat diuinam uirtutem, ita esuries eum uerū hominē demōstrabat. Propterea, ut diabolus tentandi audaciam sumeret, *Christus postea esuriit.* Hic per pulchre imaginandū est misteriū incarnationis Xpi diabolū totaliter latuisse, nullāqꝫ euidentiā habuisse, an Deus factus esset hō. Cōsiderans tñ ipsius sanctitatē, et quodāmodo iam cōpletas esse ꝓphetias tpe aduētus sui, dubitabat & mirabatur, intuebaī & uerebatur, an igitur ipse Christus esset uerus Messias in lege ꝓmissus, & uere filius

De numero quadragenario cōsecrato.

lius dei incarnatus. Fuit (ut facile credi poteſt) non modica cõcertatio ac ſubtilis diſputatio iter duos dæmones principes tenebrarũ, uidelicet luciferũ, & Aſmodeum, inter ſe differentes et cõcertantes, an ipſe Ieſus filius Mariæ qui quadraginta diebus et noctibus ieiunauerat, eſſet filius dei naturalis, an purus homo. Et ſic more diſputantium per ea quæ audierant & uiderant, et cognoſcere poterant adinuicem arguebant. Lucifer.n. ipſum eſſe uerũ deũ probare nitebatur. In oppoſitum uero Aſmodeus arguebat probãs, ipſum eſſe purum hoiem. Primo ergo inqt Lucifer. Si.n. iſte eſt purus homo & nõ deus, cur Gabriel dixit Mariæ matri eius, cõcipies in utero & paries filiũ, et uocabis nomen eius Ieſum. Hic erit magnus & filius altiſsimi uocabitur. &c. Et infra ſubdit. Quod.n. naſcetur ex te ſanctũ, uocabitur filius dei. At contra Aſmodeus. Si.n. iſte eſt deus, cur Maria nouẽ menſibus in utero portauit, & lacte nutriuit, qđ non conuenit deo. Luci. Si hic eſt purus homo, cur dixit angelus paſtoribus, annuntio uobis gaudiũ magnum. &c. Et facta fuit cũ angelo multitudo militię cœleſtis exercitus laudantium deũ & dicẽtium. Gloria in altiſsimis deo &c. Ideo ſi non eſt deus, ab angelis & paſtoribus, quis adoratur in preſepio? Aſmo. Si eſt deus, cur iacet in preſepio, pannis inuolutus, plorat, patiť, & fameſcit? Luci. Si eſt homo & nõ deus, quẽ ſtella indicat, cur Magi uenerunt, & adorauerunt eũ cum muneribus, boſq; cognouit poſſeſſorẽ ſuũ, & aſinus preſepe dñi ſui. Aſmo. Si deus & nõ homo, cur more Iudæorũ circuncidiť, & ſpargit ſanguinẽ cũ fletu? Luci. Si homo & non deus, cur Symeõ exclamat, Nunc dimittis ſeruũ tuum dñe, ſcđ'm uerbum tuum in pace. Quia uiderunt oculi mei ſaluta-

Diſputatio duorũ dæmonum, an xp̃s eſſet deus, an purus homo.

te tuum.&c. Asmo. Si deus & nō homo, cur trepidat & fugit in Ægyptū, & inde defuncto Herode, reuertit̄ in terrā Israel. Luci. Si homo & non deus, cur idola Ægypti corruerunt, occidunt̄ pueri innocentes, & ipse puer non inuenit̄, quem trepidat tirannus Herodes. Asmo. Si deus, q̄s duodecim annoꝝ quærit̄ & reperitur, & cur subditus erat illis, cum oīa subiecta sint ei. Luci. Si tm̄ homo, q̄s duodecim annoꝝ disputat in templo, & legis doctores puer uincit, & stupent oēs sup prudentia & responsis eius. Asmo. Si deus cur à Ioannē baptizat̄ in Iordane, cum deus baptismate nō indigeat. Luci. Si homo & non deus, cur uox patris audita est, Hic est filius meus dilectus, loquens de ipso. Apparuitq́ spūs sanctus in specie columbæ, q protestabatur ipsum esse deū. Asmo. Si deus & non homo, cur desertū asperimum petit, & cū feris conuersat̄, cū deus habitet in cœlis, in angeloꝝ consortio. Luci. Si homo & non deus, qūo. 40. diebus &. 40. noctibus ieiunat, in q̄bus diebus nunq̄ esuriuit, neq̄ sitiuit. Asmo. Si deus & non homo, cur postea esuriijt. Et ita dæmones ad inuicē altercabant̄. Quoꝝ unus ipsum esse deū fatebat̄, alter uero esse hominem arbitrabat̄. Et non miremur, ipse.n. erat uerus deus & homo, per uerā unionē hippostaticā. Quā q̄dem unionem ipsi ignorabant. Facta igit̄ hac cōcertatione, ac uerboꝝ disputatione, dixit alter ad alterū, puta Lucifer. Vadam, & tentabo eū, ut experimentalem notitiā habeam, an ipse sit deus, an purus homo. Et si deus, & uerus Mesias in lege promissus, conabor ne humanam ḡnationem redimat a seruitute nostra, & ne spoliemur antiqua potestate. Et si purus homo existet, ego q primū hominem peccare feci, propter quod expulsus fuit à

Xp̄s deus et homo, à dæmone non agnoscebatur.

paradiso, & incidit in mortem spiritualem & corporalem. Ita hominem istum diuersis tentationibus tentando, seducã: atq; peccare faciã. Ideo subdit euangelista. *Et accedens temptator dixit ei. Si filius dei es, dic ut lapides isti panes fiant.* Pro maiori & euidentiori notitia, non est ignorãdum tentationem xpi quodãmodo fuisse similem tentationi primorũ parentum, licet dissimilis fuerit uictoria: Ipsi.n.uicti & superati fuerunt ab antiquo serpente, xps autem uicit eum & superauit, ut de tiramno uictoriosus abiret. Fuit ẽt una & eadem tentatio Adam et Euæ, trãsgressio uero dissimilis. Aliter.n.peccauit Adam, & aliter Eua. Quãobrem de ipsorũ tẽtatione & peccato, aliqd loqui non erit inutile, ut (diuina fauente grã) de Christi tentatione maiorem euidentiam habeamus. Igit primorũ parentum tentatio, pariter & pctm̃, possunt tripliciter considerari. Primo quantum ad genus ipsius tẽtationis & peccati. Secundo, quantũ ad speciem. Tertio, quantũ ad circunstantias. Sane lege, & recte intellige. Si quantũ ad genus tentatio illa consideretur, de inobedientia fuisse, perspicuũ est. Semper.n.ad hunc finem diabolus tentat, ut hominẽ seducat, decipiat, & ad peccandũ inducat. Sed omne pctm̃ est contra legem dei, iuxta illud apostoli. Vbi non est lex, neq; preuaricatio. Et psalmista. Præuaricantes reputaui oẽs peccatores terræ. Præuaricatio autẽ est legis transgressio, quemadmodũ Augustinus contra Faustum testatur. Pctm̃ est dictum uel factum, uel concupitum cõtra legem dei. Itaq; peccare idẽ est q̃ deobedire. Iccirco tentationem illã serpentis ad Euam pariter & pctm̃ quantum ad genus suũ fuisse de inobedientia, manifeste constat, teste apostolo. Sicut per inobedientiam, inquit, unius homi

Tentatio et peccatũ primorum parentum tripliciter consideratur.

Rom. 4.

peccatũ Adae et Euae de inobedientia.

nis peccatores constituti sunt multi, ita & p unius obeditionem, iusti constituentur multi. Et sic principale pctm̄, per quod lapsus est homo fuit inobedientia diuini præcepti.

Rom. 5.

Secundo, tentatio serpentis ad primam mulierē potest considerari quãtum ad eius speciem specialissimam, & tunc dicendũ est, tentationem illã de incredulitate & infidelitate fuisse; ut ex scripturis facile deduci potest. Sathan.n. in primis parentib' laborabat extorquere fidem & obedientiam illius uerbi dei dicentis ad Adam. Ex omni ligno paradisi comede, de ligno aũt sciẽtie boni & mali ne comedas. In quacunq;.n. die comederis ex eo, morte morieris, Igiẽ Sathan tentauit Euã de infidelitate, & per consequens ipsum Adam dicens, Nequaq̃ morte moriemini, sed aperient oculi uestri, & eritis sicut Dij scientes bonũ et malum. Voluit.n. ille serpẽs antiquus decipe mulierẽ, et ex cõsequẽti uirũ, ut nõ crederẽt uerbis dei, sed magis adhiberent fidem ei, quod est incredulitatis pctm̄, et infidelitatis. Ad quod illos primos parentes inducere, conabatur. Quis igiẽ dubitat quin illa etiam fuerit de infidelitate tẽtatio? Ille qppe Sathan usus est æquiuocationibus more odibiliũ sophistarum, qbus incautos et imprudentes circũuenit dicendo. Nequaquã moriemini, illico.s. morte corporali, q̃ est separatio animæ à corpore, cũ postea superuixerint per multos annos. Cũ deus dicẽdo in quacunq; die comederis morte morieris, de morte animę intelligere uoluerit, quæ à deo statim sequuta est, per grę separationem, et iustitiæ originalis priuationem. Et licet statim anima nõ fuerit á corpore separata per corporalem mortem, fuerunt tñ subiecti morti, dicente dño ad Adam. Terra es, et in terram reuerte

Gen. 2.

Tentatio Euæ simul et peccatũ de infidelitate.

tis.&c. Deinde, cũ dixit, aperientur oculi uestri: ibi ualde nequiter æquiuocauit. Est.n. alia apertio oculorum, qua cogniturí erant confusibiliter se esse nudos. Et est alia quæ dicit̃ illuminatio mentis, ut nihil eos latere posset. Primã & non secundam illuminationem intendebat ille serpens antiquus. Sic æquiuoce locutus est, cum dixit. Eritis sicut Dij.i.sicut diuinæ personæ, uel sicut homines, q cum sint filij dei, Dij appellantur, iuxta illud psalmi. Ego dixi Dij estis, & filij excelsi omnes. &c. Scientes bonũ & malũ, quæ qdem scientia dupliciter potest haberi. Vno modo per solam cognitionem infusam à deo. Alio modo per, experientiã quam intendebat Sathan. Debebant.n. ipsi peccãdo experiri bonum & malũ. Fuit etiam mendax. Loquebatur.n. contra mentem suam, q̃a quod ore dicebat, mente oppositum intendebat. Ex dictis igit̃ palã insinuatur tentationem serpentis in specie sua de infidelitate fuisse. Et ita pariter dicendũ est de peccato primæ mulieris de incredulitate extitisse se. Id etiã manifeste demonstrat̃, quia quilibet q negligit credere uerbis dei, magis adhibens fidem diabolo procuIdubio incredulus censendus est & infidelis. At mulier illa potius credens serpenti.i. Sathanæ quã deo, appetijt fieri sicut deus, nec amplius credidit posse mori. Igit̃ Eua per incredulitatem peccauit. Adam uero minime id pctm̃ commisit. Non.n. credidit uerbis serpẽtis, & hoc est q̃ dicit apostolus. Vir non est seductus, sed mulier. Adã non commisit, pctm̃ incredulitatis, quia non credidit uerũ esse quod per serpẽtem diabolus dixit. Eritis sicut Dij: sicut mulier credidit. Nec excusando se corã deo dixit. Serpẽs seu mulier decepit me, sed mulier q̃ dedisti mihi sociã, dedit mihi et comedi de ligno. etc.

Quõ diabolus utebatur æqui uocationibus.

1. Thimo. 2

Quõ uir nõn est seductus, sed mulier

Tertio, tentatio & pctm primorum parentum pos sunt considerari quantum ad circunstantias tentationis & peccati. Et tunc non est dubitandũ tentationem illã Sathane habuisse quandam circunstãtiam, superbiæ auaritiæ, & gulæ. Mulier.n. peccauit pctõ superbiæ, appetendo esse sicut deus, qa superbia est inordinatus appetitus ppriæ excellẽtię. Appetendo ẽt inordinatę scire bonũ & malũ, quodammodo per auaritiã peccauit, q̃ est inordinatus appetitus pprię sufficientiæ. Peccauit insuper peccato gulæ, in experiẽdo suauitatem ligni uetiti. Gula.n. est immoderatus appetitus cibi suauiter reficientis. Et licet Adam istis modis non peccauerit qbus mulier peccauit, fuit tñ in uiro q̃dam supbia dũ se nimis magni precij apud deũ existimauit, ita ut pp comestionem illius cibi, non incurreret grauitatem tanti supplicij, sed facile ueniã consequeretur. Fuit ẽt in eo quædam auaritia, dũ curiose scire uoluit quid sibi eueniret. Vidit nanq mulierem gustasse cibum uetitũ, & mortuã non esse. Fuit insup in eo q̃dam inordinata affectio, pp quam ne cõtristaret uxorem suam, uoluit comedere. Ex ijs omnibus euidẽtissimę patet pctm primę mulieris in specie sua de incredulitate & infidelitate fuisse. In genere uero, de inobedientia. Quantum aũt ad circũstantias, pctm illud fuit ex superbia, auaritia, & gula. Et ita simplr loquendo, pctm Euæ grauius fuit peccato Adę. Quia ẽt grauiori pœna punita est, q̃ uir. Quantum aũt ad circunstantias dignitatis personæ ac fortitudinem resistendi, prudentiam & uigorem, & ex sequela damni, grauius peccauit Adã q̃ Eua. Si.n. Adam non peccasset, genus humanũ non perijsset propter pctm Euæ. Ipse enim Adam principium fuit totius generis humani, cuius pctm

Superbia, auaritia, gula, primi patres quodãmodo peccauerunt.

Q̃o Adã grauius peccauit

de inobedictiā simpliciter fuit. Omnibus ergo his, quā *Eua,* declaratis, merito reuertendum est ad principale *et è conuer* propositū, uidelicet de singulari tentatione Chri- *so.* sti. Dicit igit iterum euangelista. *Et accedens tentator dixit ei. Si filius dei es, dic ut lapides isti panes fiant.* Tentator, q ab initio mundi dictus est Sathanas, ex quo cœpit aduersari uerbo dei, & inter angelos seditionem fecit, turbator pacis, deo rebellis, sed postq̄ accepit snīam, & expulsus fuit de cœlo, dictus est diabolus, idest deorsum fluens. Vnde dn̄s in euangelio Lucæ. *Lucæ 10.* Videbam Sathanā sicut fulgur de cœlo cadentem. In eo autem qđ decepit hominem, dictus est serpens antiquus pp formam quā accepit. Deinde proficiscēs in peius, uocatus est draco magnus & rufus, habēs capita septem. Sed postq̄ ausus *Apoc 12.* fuit tentare xp̄m uerum deū & hominē triplici *Diabolus* tentatione, tentator merito debet appellari. Et no- *cur Sathanas,* ta q in hmōi xp̄i tentatione, diabolus duo intende- *serpens, draco, tentator, dicatur.* bat. Primū, ut cognosceret an xp̄s esset uere filius dei naturalis. Quo cognito, ulterius intendebat impedire uidelicet redemptionē humanā. Et si esset purus homo, hoc scđm protendebat. s. ipsum decipere, & ad peccandū inducere, qđ est eius tētationis finis. Propter qđ dici potest, de gula ipsius tentationem minime fuisse, ut nōnulli putāt. Verba.n. textus si diligenter cōsideremus, de gula nanq̧ tentatum dn̄m cognoscere nequimus. Si esuriebat, qđ peccati si comedisset? Et panes ex lapidibus fecisset ad comedendum? Cum igitē diabolus tentādo, duo semp intendat, uidelicet callide experiri qualis sit ille quē tentat, & ad peccandum inducere, ut supra dictum est, sequitur manifeste eius tentationem de gula nullatenus fuisse.

Sed uerius dicendū est (saluo semper meliori iu-

dicio) luciferũ de incredulitate & infidelitate Christum tentasse, de qua ut supra uidimus, tẽtauit primos parentes, necnon Moysen & Aaron apud aquas contradictionis. Hoc pctm̃ deniq; deiecit in Iob & Petrũ. &c. De infidelitate igit̃ diabolus ausus fuit tentare Christum, quem uidebat satis eximium esse, & non ad grassiora peccata posse facile reduci. Conatus est nimirũ eum retrahere à fide pmissionis & illius elogij patris intonantis de eo. Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui. Huiusmodi.n.uerba audierat Sathan, dubitabat tñ an de filiatione naturali, seu adoptiua uel spirituali, loqueret̃ illa uox. Ideo ut ab eo fidẽ uerbi illius ammoueret, usus est occasione esuriei, quẽadmodum erga primos parentes, usus fuit arbore sciæ boni & mali, de qua supra dictum est. Dixit quoq; dæmon, in specie humana apparens. Tu Iesu uideris tibi aliqd eximij esse, qa dictum fuit tibi à deo patre in Iordane cũ baptizatus fuisti à Ioanne baptista, hic est filius meus dilectus. &c. Et qa quadraginta iam dies uixisti sine cibo & potu, grãdia nunc meditaris. s. conuertere totũ mũdum ad te: sed si uis scire an illa uox fuerit uera uel falsa, seu uana: experiẽtiam cape. Si filius dei es, uidelicet naturalis, dic. i. propria auctoritate iube, & dicendo effice, ut lapides isti q coram te iacẽt, panes fiant. Sciebat. n. dæmon q licet natura possit conuertere unam substantiam naturalem in alteram, tñ per requirit multũ tempus & materiam bene dispositam. Et licet & diabolus possit unã rem conuertere in alterã, nõ sua tñ, sed naturali uirtute. Quia scit applicare actiua passiuis. Cognoscit insup cõstellationes sub qbus facile, uel statim aliqd gñari põt; nõ uirtute sua, sed uirtute naturæ. Vt fecerũt Magi

Nume. 20 — *Prima tentatio xpi de incredulitate.* — *Non potest diabolus aliquid efficere, nisi uirtute naturæ*

Pharaonis,conuertendo uirgas in ferpentes.Sed q̄ Exo.7.
una res naturalis in inftanti cõuertatur in alteram rem naturalem,fimul & artificialem,natura nequit id facere:puta cõuertere lapidem in panẽ.Et quod natura nequit facere,diabolus id efficere minime ualet. Si igitur Chriftus conuertiffet lapides in panem,ftatim diabolus cognouiffet Chriftum effe filium Dei naturalem,æqualem patri in pòteftate. Sed noluit,nec decuit,& ideo non fecit. Primo,ut diabolum eius diuinitas lateret.Secũdo,ut per humilitatem & fapientiam, magis q̄ per potentiam uincere nos doceret.Tertio,ut oftentationem fugere fuaderet. Quarto,ut uoluntatem tentatoris con temneret,quia fas non erat dominũ uoluntati eius obtemperaré. Et aliter tentator non uincitur, nifi contemnat. Quinto,ut doceret nunq̄ effe credendum diabolo, & nihil faciendum ad eius imperiũ, etiam fi bonũ & utile eft quod fuggerit uel iubet. Ideo Chriftus refpondens, dixit. *Scriptum eft. Non in folo pane uiuit homo, fed in omni uerbo quod procedit de ore Dei.*

Cur xp̄s non uertit lapides in panes.

Scriptum eft in Deuteronomio populum domini Deut.8.
in deferto uixiffe mãna, ut Deus oftenderet Moyfi & populo fuo, non in folo pane hominem uiuere poffe.f.corporali fed in omni uerbo,&c. Quod tã de fpirituali q̄ corporali uita uerificari poteft. Sicut clare liquet de Moyfe & Elia qui ieiunauerunt quadraginta diebus,& quadraginta noctibus,tantum uerbo Dei fpiritualiter & corporaliter fuftentati,ut fupra dictum eft. Rurfus. Si per uerbũ Dei, filium Dei intelligere uolumus,quod eft uerbũ patris ęternũ,clarũ eft quemlibet in uerbo illo uiuere poffe. Quia uerbo domini, cœli firmati funt. Et procedit de ore Dei.i.de fubftantia patris,qui dat uitam omni carni.Si autem per uerbũ intelligimus

Quõ i uerbo Dei quilibet uiuere poteft.

Dei gratiam, nō minus uerum esse fatemur. Voluit ergo dicere Christus. Si non in solo pane uiuit homo, ad quid conuertere lapides in panem ad manducandum? Si.n. uoluero panes, ad homines reuertar, qui mihi abunde humanum uictum prouidebunt, &c. Ex quibus uerbis, Christus a tentatore non potuit agnosci, an uidelicet esset Deus, uel purus homo. Magis aūt in hac prima tentatione extitit uictoriosus. Quare. &c. *Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem, & statuit eum super pinnaculum templi, & dixit ei. Si filius Dei es, mitte te deorsum.* Assumere, plura significat in scripturis. Interdum idem est ꝙ unire sibi aliquid, & isto modo filius Dei assumpsit humanā naturam, quā sibi uniuit in unitate hippostatica. Aliquando assumere idem est ꝙ secum ducere. Quemadmodum assumpsit Christus Petrū, Iacobum, & Ioannem, & duxit illos in montē excelsum. Nonnunꝗ uero assumere idem est ꝙ aliqd opus arduū aggredi, & difficile, seu diuinum opus operari. Quonāmodo Christus pontifex ex hominibus assumptus est ad opus arduū redemptionis humanæ. Sæpenumero etiam assumere idem est ꝙ portare. Et ita diabolus assumpsit Christū.i. portauit, non uisibili, sed inuisibili modo, sicut Abachuc ab angelo ductus fuit ad Danielem capillo capitis sui. Sic forte Christus ne uideretur ab hominibus, quia fortasse illi nō permisissent ipsum super pinnaculum templi ascendere. Et nō est mirum, si Christus permisit se a diabolo portari, qui permisit a membris suis crucifigi. Possumus etiam dicere, ꝙ duxit eum quasi manu ad manum per motum progressiuum, ut magis cōsonare uidet, Lucæ dicenti. Tunc duxit eum diabolus in sanctam ciuitatē, &c. Innuit igitur euangelista diabolum assumpsisse

Assumere plura significat in scripturis.

Hebr.5.

Dan.14.

uel duxisse Christum secum in sanctam ciuitatem Hierusalem. Sanctam uidelicet propter templum & cultum legis in eo seruari solitum. Et qm̄ sacramenta iudæorum ibidem in usu erant, iuxta illud Isaiæ. Induere uestimentis gloriæ tuę Hierusalem ciuitas sancta. Et infra. Deserta facta est Ierusalem, desolata est domus sanctificationis nostræ, & gloriæ nr̄ę ubi laudauerūt te patres nostri facta est in exustionem ignis. Daniel quoq; sic ait. Auertatur obsecro ira tua & furor tuus a ciuitate Hierusalem, & a mōte sancto tuo. Quāuis nos Christiani rationē ualidiorem ipsius sanctitatis afferre possumus, qm̄ ibi sanctissimus sanguis sancti sanctorum Christi Iesu effusus est: & sacratissimū in crucis ara, sacrificium consumatū est. Confundantur etiam hic recentiores hæretici quotquot temere affirmant locos oēs sanctos esse. Ecce. n. hic peculiariter Hierusalem ciuitas sancta dicitur, quemadmodum etiam Matthæus confirmat in fine sui euangelij. Et si illi testes certissimi Hierusalem ciuitatē sanctam uocant, eo tantum q̄ ibi tēplum fuerit Deo dicatū, sacrificijs boum, uitulorūq; & columbarū, & alijs id genus: quāto sanctiora nos templa nostra habebimus, in quibus sacratissimum Christi corpus cōficitur, & die noctuq; cōseruatur, ubi sanctorum reliquię habentur, ubi sacramenta q̄ (quicquid habent uirtutis, ex amarissima Christi passione & morte, habent) fidelibus administrantur.

Esa. 52. 64

Dan. 9.

Quo unus locus ē sanctior altero, contra Lutherū.

Statuit autem diabolus Christum super pinnaculum templi. i. super locum eminentissimū. Pinnaculum. n. illius templi erat quoddam deambulatorium, & tectum desuper planum more palestinorum ad exteriorem partem templi positum, quod propter nimiam altitudinem tēpli locus ille eminen-

tissimus erat. Et tunc ibi diabolus, secūdo, Christū tentauit, non de inani gloria ut aliquibus placet. Inanis.n. gloria in huiusce secundo certamine nullam uerisimilitudinē habere potest, si uerba Matthæi diligenter attendimus. Sed potius & uerius dicendum est diabolum de p̄sumptione Christū tentasse, quod est peccatum peccatorꝵ enormissimū.

Secūda tētatiō X̄p̄i de p̄sumptione. Dixit ei tentator (ut facile credi potest) uis scire o homo an illa uox patris ad te loquentis super Iordanē, Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene cōplacui, fuerit uera uel falsa, si non primam, hanc saltem secundā experientiam cape. Postula tibi signū a Deo pro illius certitudine uocis. Et hoc erit tibi signū. Si filius dei es.s. naturalis, mitte te deorsum. Bene & congrue & nō sine rationabili causa dixit diabolus mitte te deorsum, qa superbi nunq̄ ascendunt, semper tamē deorsum fluunt, iuxta illud Cantici. Deposuit potentes de sede. Superbi in cœlo habitare minime potuerunt, ut lucifer a quo expulsus fuit. *Gen.3.* Non in paradiso terrestri, ut Adam & Eua. *Exo.14.* Non in aere, ut Simon magus. Nō in aqua, ut *Nume.16.* Pharao in qua submersus fuit cū exercitu suo. Nec in terrā stare potuere superbi, de qua absorti sunt, ut Chore, Dathan, & Abyron. Ergo locus superborum est infernus. Dicebat .n. dæmon intra se. Nullum corpus naturale compositū ex materia & forma & elementis potest se in aere sustentare nisi Deo authore aut angelorum auxilio. Igitur &c. Et ut etiam Christus ei crederet, magisq̀ auderet postulare signum a Deo, in suorum uerborꝵ fauorem allegat scripturam dicens. *Scriptum est.n. quia angelis suis mandauit de te: & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.* Videns diabolus prima tētatione Christū scripturæ armis se defendisse, simili

nunc exẽplo ad instar Simiæ adducit hunc psalmi uersiculum. Angelis suis mandauit de te, ut custodiant te in omnibus uijs tuis. Quasi diceret. Nihil tibi in hac re periculi est. Angeli.n.tui in manibus te ferent, nequa uel pedem impingas. Multa hic diligenter ponderant doctores, pręcipueq; Hieronymus id contra hæreticos adducit, qui ut plurimũ de allegatione euangelij, & epistolarum Pauli gloriantur. Quando etiam hic diabolus scripturarum testimonio utens, nihil plus apud Christum fauoris & gratiæ meruit. Christiani insuper scripturis utuntur ad prouocationem operum, & incitamenta uirtutum. Diabolus autem ad seducendum tantum & seminandos errores, idipsum postea membra illius faciunt omnes. Hæretici scripturis utentes non ad hominum ędificationem in moribus bonis, & uita Deo digna, sed ad fidei destructionem ad honestatis omniúq; ordinationis bonæ impedimentum, & euersionem. Fideles præterea cum scripturas allegant, id faciunt iuxta sensum & intellectum illum uerũ, quẽ etiam spiritus sanctus intendit, testimonio ecclesiasticorũ doctorũ, ac uniuersalis ecclesię approbatione. Hęretici uero scripturas inducunt pro suo defensando errore, in erroneo & corruptissimo sensu ex arbitrio proprio flectentes eas, quinimo & laniantes scripturam sacrã, quemadmodum caput eorũ diabolus hic fecit. Cum.n. Dauid dixisset, Angelis suis Deus mandauit de te, diabol⁹ intellexit de te Christo, capite nostro. Praua autẽ & peruersæ, qm̃ Christus rex angelorũ & dñs nullum habuit suo ministerio angelum deputatum, quamobrem Dauid illud dixerat de quolibet homine, de Christi membris non de capite eorundem, quia membra illius omnes homines, suũ

Hiero. contra hæreticos de allegatiõe scripturæ.

Discrimen inter catholicos et hæroticos, in allegatiõe scripturæ.

quiſq; habet angelum in cuſtodiam ſibi datum, te
Matth. 18. ſte ſaluatore qui de pueris idē teſtatur dicens. Angeli eorū uident faciem patris mei qui in cœlis eſt. Rurſus. Catholici libros omnes utriuſq; teſtamenti ab eccleſia approbatos humiliter acceptant, hæretici autem ea ſcripturarū dicta quæ cauſę ſuæ aduerſantur, reijciuntur. Et pręcipue quæ nimis aperte repugnant eis. Quemadmodū reiecerunt Machabeos, Thobiam, ſancti Iacobi epiſtolam, alteram Petri, Ioannis utrāq;. Illam ad Hebræos, & totum Apocalipſim. Deniq; oēs Chriſti fideles ſcripturas totas citant, & plane integras, & nō tronchatas ſententias, ſicut hęretici qui interdum clamant, Ecce qui dixit Chriſtus in euangelio p̄dicate euangelium omni creaturæ, qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit, reicientes ea q̄ ſequuntur. ſ. docentes eos ſeruare quęcunq; mandaui uobis. Quia huiuſce uerba, eorum peruerſitati nō fauent. Ita diabolus eadem hic uerſutia uſus eſt. Certe enim (ut inquit Hieronymus) ſi diabolus uerę de ſaluatore illius pſalmi ſcriptū nouerat eſſe uerū, debuerat & illud dicere quod in eodē pſalmo cōtra ſe ſequitur. Super aſpidem & baſiliſcū ambulabis, &c. Exponitur ergo illud pſalmi dictum de quolibet homine, qm̄ Deus mandauit angelis ſuis ut hominē cuſtodiant in omnibus uijs ſuis in quibus ambulat per intellectum & uoluntatē, ac p̄ affectiones, nec non & per ſenſus exteriores, ut in manibus. i. in auxilijs ſuis tollant eum, ne forte offendat pedem. i. affectum mentis ad lapidem. i. ad occaſionē peccati & ruinę. Vel ad lapidem. i. ad Chriſtum, contradicendo ei, uel aliquid mali operando cōtra ipſum
Matth. 21. dicentem in euāgelio. Qui ceciderit ſuper lapidem iſtum confringetur, &c.

Hiero. contra diabolum hæreticorum patrem.

Ps. 90. quō exponitur.

Sed pro maiori notitia scire contingit ad custodiam cuiuslibet uiatoris deputari angelum bonū a principio natiuitatis usq; in finem uitæ suæ. Vnde Hieronymus. Magna est dignitas animarū, ut una quęq; ab ortu suę natiuitatis, in sui custodiam habeat angelum sibi deputatum. Et iste est ordo diuinæ legis in suis operibus, ut extrema per media reducat ad summa. Angelus.n. ratione imortalis naturæ & gratiæ mediat inter Deum & hominē lapsum, ideo decet ut per angelum adiuuādo & custodiendo eum ad se reducat. Et si angelus malus suapte malitia rationali creaturę aduersatur, decet angelum bonū adiuuare & custodire ipsum in omnibus uijs suis. Multiplex autem est modus (ut sacrę testantur historię) quo utitur angelus ad homines custodiendos. Primo, angelus custodit hominem intus illuminando, & Dei secreta reuelando, ut patet de Daniele, cui dixit angelus. Nūc egressus sum ut docerem te, & intelligeres. Et ueni ut indicarem tibi, quia uir desideriorum es. Tres quoq; angeli apparuerunt Abrahæ dicentes. Num celare potero Abraam quæ gesturus sum, cum futurus sit in gentem magnam ac robustissimā, & benedicendę sint in eo omnes nationes terræ? Angelus insuper Zachariæ dixit. Exaudita est deprecatio tua, & uxor tua Elisabeth pariet tibi filium, &c. Et ille idē Mariæ Virgini. Ecce concipies in utero, & paries filium, &c. Pastoribus proinde dixit. Ecce enim euāgelizo uobis gaudium magnum. Et ad Ioseph. Noli timere accipere Mariam coniugem tuam, & cęt. Patet etiam de illuminatione Cornelij centurionis, & Eunuchi candacis reginæ per angelum. Secundo, angelus ante custodit ducendo nos per uiam huius mundi, & a periculis liberando. Dixit enim

Multiplex angelorū custodia erga hominem.

Dan. 9.

Gen. 18.

Luc. 1. 2.

Thob.5. Raphael archangelus ad Thobiam seniorem, loquens de filio suo. Ego educam & reducam eum
Exo.14. ad te sanum. Item. Angelus domini pcedebat castra Israel, ostendens uiam per quam ambulare debebant. Dixit etiam dominus per Malachiam pro-
Malac.3. phetam. Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui pparabit uiam tuā ante te. Tertio, angelus retro hominē custodit, pro delictis & pec
Iudic.2. catis increpando. Ascendit. n. angelus dñi de Galgala ad locū fletium, & ait. Ego eduxi uos de Ægypto. Postea subdit. Et tamen noluistis audire uocē
Gen.32. meam. Ipse quoq; angelus tētationes mitigat. Nā Iacob luctatus est cū angelo, ubi benedictione accepta cōfortatus est, & post luctam tetigit neruū femoris eius, & statim emarcuit. Rursus, in eadem uia a peccatorū uinculis absoluit: sicut de Petro di-
Act. 12. citur. Angelus astitit, & lumen refulsit in habitaculo carceris. Deinde, ceciderunt cathenæ de manib⁹ suis: q̄ hominem a peccatorū uinculis absoluere significat. Quarto, angelus dñi a dextris nobis auxiliatur in afflictionibus consolando, ipso dicēte ad
3.Reg.19. Eliam. Surge & comede, grādis tibi restat uia. Qui consurgens, ecce ad caput suū subcineritius panis, & uas aquę. Comedit igitur & bibit & ambulauit
Dan.3.14. in fortitudine cibi illius, &c. Præterea, angelus domini descendit cum Azaria & socijs eius in fornacem, & excussit flammā ignis de fornace. Et infra. Dixit angelus domini ad Abachuc. Fer prandium quod habes in Babylonem Danieli, qui est in lacu leonum. Proinde, Raphael archangelus loquutus
Thob.5. est ad Thobiam dicens. Forti animo esto, in proximo est, ut a Deo cureris. Quinto, angelus a sinistris nobis patrocinatur, hostes & inimicos prosternēdo, ut clare liquet, quoniam angelus dñi percussit

primo

primogenita Ægypti. Et ille idem percussit in ca- *Exo. 12.*
stris Assyriorum centum octoginta quinque milia ui- *Esa. 37.*
rorum. Rursus, stetit angelus in uia contra Balaam *Nume. 22.*
euaginato gladio, ne iret ad maledicendum popu
lum dñi. Sexto, angelus infra non desistit suffraga
ri nobis expellendo dæmones. Quemadmodũ Ra *Thobi. 8.*
phael archangelus apprehendit dæmonem, & reli
gauit illud in deserto superioris Ægypti. Vidit insu
per Ioannes angelũ descendentem de cœlo, haben
tem clauem abyssi & cathenam magnã in manu
sua, & apprehendit draconem serpentem antiquũ *Apoc. 20*
&c. Septimo, angelus supra, nos custodit bona no
stra deo deferendo. Quemadmodum Raphael ar *Thobi. 12.*
changelus Thobiæ dixit. Qñ orabas cum lachry
mis & sepeliebas mortuos, ego obtuli orationes
& eleemosinas tuas deo. &c.

Ex his omnibus palam insinuat illud dictũ psal
mi uerificari de quolibet uiro bono, & nõ de xp̃o,
de quo & si diabolus Dauidem dixisse putauit, et
illud quod sequitur debuerat meminisse. s. super a-
spidem & basiliscũ ambulabis, & cõculcabis leo-
nem & draconem, ut dictũ est. Ipse. n. diabolus est
aspis & basiliscus, ipse leo, & draco, pp proprieta-
tes eorum sibi conuenientes. Quem in tentationi-
bus xp̃m conculcauit. Ideo partem scripturæ quæ *Auctor pro*
pro se facere uidebatur tanq̃ superbus inducit. Par *positum cõ*
tem uero quæ contra se pugnat, tanq̃ astutus di- *cludit.*
mittit. Et ita ipsius membra hæretici oẽs idem fa-
ciunt. Nam de angelorum auxilio quasi ad infirmũ
loquitur. De sui autem conculcatione, quasi tergiuer
sator tacet. Sed hic auctoritate scripturæ aduersa-
rius deuincitur, & sua intentione frustratur. Optabat
enim scire an filius dei esset. At dñs responsionẽ sic
temperat, ut eũ ambiguum relinquat. Vnde, Sequi

tur, *Ait illi Iesus rursum. Scriptum est, non tentabis dominum deum tuum.* Scriptum illud conuenientissime allegatum à Christo contra diabolum, habetur in Deu-
Deut. 6. teronomio. Dixit.n.deus per Moysen populo Israel, Non tentabis dñm deum tuum: sicut tẽtasti in loco tentationis.s.in deserto ad aquas cõtradictionis, ut scribitur in Exodo. Non.n.erat aqua ad bibendum populo, q iurgatus est contra Moysen & ait.
Exo. 17. Da nobis aquam ut bibamus. Quibus rñdit Moyses. Quid iurgamini contra me, & cur tentatis dominum? Ibi.n.tentauerunt deum in hoc ꝙ experiri uolebãt utrũ deus posset eos potare in deserto. Vel quia uolebant experiri an ex suis meritis deus deberet eis dare potũ, & aquam ad bibendũ miraculose. Ex quã rñsione constat euidenter secundã illã tentationem de præsumptione fuisse, ut.s. Christus quæreret signum a deo, an esset filius dei naturalis, uel non. Sic.n.tentauit populus Israel dñm, cũ quæreret signum, uidelicet aquam de petra ad bibendum. Vnde dicebat ibidẽ. Est ne deus in nobis an non? Ideo apostolus.
1. Cor. 10. Non tentemus deum, sicut qdam eorũ tentauerunt, & à serpentib⁹ perierũt. Odit.n.deus eos qui tentant ipsum, nisi id pcipiat. Sicut apud Isaiã scribitur. Loquutus est dñs ad Achaz dicens. Pete tibi signum à dño deo tuo in profundum inferni, siue in excelsum supra. Et dixit Achaz. Non petam, & non tentabo dñm. Et licet illa fuerit excusatio ficta, quia erat pessimus idolatra, ideo signum renuit, nolens ꝙ aliqd ad dei gloriam mõstraretur. Nihilominus q quærunt signum à deo absq; euidẽti necessitate, tentant ipsum, uolentes experimentum sumere de illo, ex defectu fidei. Cum ergo xps aliter potuisset descendere, & non esset aliqua uti-

litas φ se pcipitaret,si id fecisset, proculdubio dominum tentasset. Quare tela diaboli scuto scripturæ sacræ infregit,ipsumq; diabolum superauit. *Iterum assumpsit eum diabolus in montem excelsum ualde, & ostendit ei omnia regna mundi & gloriam eorum, & dixit ei. Hæc omnia tibi dabo,si cadens adoraueris me.* Eodem modo quo supradiximus diabolus assumpsit Christũ scilicet inuisibili modo portando eum in montem excelsum ualde,uel secũ ducendo. Quis aũt fuerit hic mons,nihil certi habet in scripturis.Eum tñ doctores quidam fuisse illũ dicunt qui inter Hierusalem & Hiericho positus erat, ubi iam antea in deserto xp̃m lapidum conuersione diabolus tentauerat. In cuius summitate montis oñdit ei omnia regna mundi,qd duplici modo id facere potuit. Primo, non determinate, sed quodammodo extenso digito diceret.In tali parte est Asia in tali loco Europa,in tali Africa. Hic imperium Romanorũ positum est:Illic Ægyptus:Istic Persia sita est.&c.Horum oĩum gloriam,potẽtiam,& maiestatem ei recensebat cum cæteris tpalibus bonis. Potuit etiã diabolus id alio modo efficere, uidelicet per aliq̃ prestigiosam apparitionẽ, subijciendo oculis nonnullas imagines representantes omnia regna mundi ciuitates,castra,& gloriam eorũ.Sed magis uerisimile est(ut arbitror)diabolũ omnia regna mundi xp̃o demonstrasse per modum loquendi, q̃ per imaginariam uisionem.Et dixit illi.Hæc omnia tibi dabo si cadens adoraueris me.&c.

Quis fuerit ille mons.

Q̃uo diabolus ostẽdit omnia regna Christo.

Hic non immerito quæri potest, q̃uo diabolus arbitrari seu cogitare poterat φ Christus deberet ei credere,ut.s.posset ei omnia regna dare, cũ scriptum sit,Dñi est terra & plenitudo eius,orbis terrarum, & uniuersi qui habitant in eo. Et Iacobus.

Iaco.1. Omne datum optimū, & omne donum perfectū
Rom.13. desursum est, descendēs à patre luminum. Cum ēt
dicat apostolus, Nō est potestas nisi à deo. Ipse.n.
constituit reges & regna, ut liquet de oībus princi
pibus & regibus mundi. Et præcipue de Nabucho
donosor, de quo dñs per Hieremiam. Ego dedi o-
mnes terras istas in manu Nabuchodonosor regis
Babylonis serui mei. Insuper & bestias agri dedi ei
Hier. 27 ut seruiant illi. Et seruient ei oēs gentes & reges ma
gni. Et filio eius, & filio filij eius, donec ueniat tps
Dan. 4. terræ eius. Dixit quoq; Daniel ad ipsum. Septem
tpa mutabuntur super te, donec scias q͂ dominetur
excelsus super regnum hoīum, & cuicunq; uolue-
rit det illud. Præterea, data fuit potestas Senache-
rib regi Assyrioꝝ super Iudæos, dicēte dño per Isa
Isa.10. iam. Ad gentem fallacem mittā eum, & contra po
pulum furoris mei mandabo illi ut auferat spolia,
dirripiat predam, & ponat illū in conculcationem
quasi lutum plateaꝝ. Rursus dixit. Cyrus rex per-
sarum, oīa regna terræ dedit mihi dñs deus cœli,
1.Esdr.1. & ipse p̄cepit mihi. &c. Ex his igiẗ perspicuum est
deum impartiri regna, qbus uult, tam bonis q̄ ma
lis. Nam sicut iustis hominibus dat imperia & re-
gna ut populus bene regaẗ, ita deus iniustis dat re
gna, ut subditos puniant pp eoꝝ peccata, iuxta il-
Omne regnum à solo Deo. lud Iob. Qui facit regnare hyppocritam propter
peccata populi. Itaq; omne imperium & regnum
à solo Deo est. Quo iure igiẗ diabolus dicere au-
det, hæc omnia tibi dabo. &c. Ad hoc dici debet,
diabolum per nonnulla falsa signa huius mundi se
principem ondisse. Quemadmodū apud Ioānem
Ioan.14. 12. Christus testaẗ dicēs. Venit.n. princeps mūdi hu
ius, & in me non habet quicunq;. Et ille idem. Nūc
iudiciū est mundi, nunc princeps huius mundi eicie

tur foras. Ibi.n.mūdus pro malis habitatoribus accipitur, & pro gentilibus, á quibus diabolus erat expellendus. Ipse.n.ante Christi aduentum dabat responsa in idolis, feræ per uniuersum mundū. Et præcipue Romæ, ubi q̄plura templa erant idolis fabricata. Inter quæ pantheon reperiebat̄, templū omnium idolorum, in quibus dæmon homines decipiebat, & quærentibus rn̄debat pro uictoria, pro pace, & pro quacunq; alia re consequēda. Videbatur insuper constituere reges, & regna donare, necnon infirmos curare, ac multa p̄stare beneficia. Optans uelut deus ab hominibus adorari, siue ueteris superbiæ nō immemor, qua uoluit æquari deo. Infœlices aūt homines & gentiles tunc tp̄is ipsum adorabant & uenerabant̄. Non est ergo mirum si diabolus ausus est dicere Christo, omnia tibi dabo, si cadēs adoraueris me. Siquidē tertia hæc diaboli tētatio de blasphemia fuit & idololatria. Volebat.n. diabolus ut Christus blasphemaret deū, & cadens, ipsum adoraret idolatrando. Nam blasphemare est attribuere Deo qđ creaturę cōuenit, uel creaturæ dicare qđ Deo iure debet̄. Soli autem Deo competit & non alicui creaturæ super omnia regnare, cū sit ipse rex regum, & dn̄s dominātium. Et sua interest constituere reges, & regna donare. Ad quem etiam diuisiones gratiarū spectant, cum sint ab uno & eodem spiritu, qui omnia operatur diuidens singulis prout uult. Igitur si Christus credidisset diabolo q̄ posset ei omnia regna dare auctoritate propria, proculdubio deum blasphemasset. Et si procidens adorasset eum, detestabilē commisisset idololatriā. Dicebat.n.dæmon. Omnia tibi dabo q̄a mea sunt, & q̄bus uolo do illa. Dimitte patrem tuū, & neglige uocem eius quam audi-

Antiqua diaboli superbia hic ostēditur.

1. Cor. 12.

uisti.s.hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui.Relinque nugas, audi ueritatem. Hæc omnia tibi dabo,si cadens adoraueris me. Adora ergo me,cognosce me rerũ principem, omnia obedient tibi.Ex q̃bus uerbis manifeste apparet ꝙ illa fuit in deum patrẽ blasphemia,dum diabolus plurimum ex his quoꝝ nihil omnino sui erat, se xp̃o daturum promisit. Se ne uideat in oĩbus à cæteris scriptoribus deuiare,dicendum est, ẽt ratione circunstantiæ de auaritia tentationẽ illam fuisse, quæ est inordinatus appetitus circa bona fortunæ. Sumopere.n.diabolus optabat ut inordinate Christus illa regna ac regnoꝝ gloriam appeteret. Sed q̃m auaritia ex origine infidelitas est; & ex obiecto idolatria, & suapte natura est idoloꝝ seruitus (teste apostolo) qua ꝑꝑ si de auaritia hęc ultima tẽtatio fuit, de infidelitate & idolatria fuisse consequens est.Deinde sequitur responsio xp̃i ad diabolum. *Tunc dicit ei Iesus. Vade sathana,scriptum est enim. Dominum Deum tuum adorabis,& illi soli seruies.* Iam Christus uolens tentationi finem imponere, dixit.Vade sathana. Hęc.n.uerba,uidelicet uade & ueni in scripturis sanctis non modicũ discrimen inter se habere uidenẽ. Veni ferę semper gloriam dicit, honorẽ & benedictionẽ.Sed per oppositum, uade opprobrium importat,ignominiã, maledictionẽ & pœnam.Id aũt liquet cum xp̃s, dicat. Venite benedicti patris mei, loquens bonis:Sed malos alloquẽs ait.Discedite à me maledicti in ignẽ æternum. Rursus. Venite ad me oẽs q laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos. At Petro inq̃t. Vade retro me sathana,q̃n Petrus uoluit cõtradicere ei. Vocat.n. Christus oẽs electos ad se,sed malos & reprobos expellit.Ideo diabolo dixit, Vade sathana scilicet

Tertia xp̃i tẽtatio de blasphemia et idolatria.

Veni et uade, differũt in scripturis.

Matth.25.

11.

in abyssum, & in ignem æternum. Sathanas idē est
ꝙ aduersarius, ut supra dictum est. Discede ergo à
me, & recordáre in quanta gloria conditus fuisti,
& in quantam nunc miseriam cecidisti. Vade Sa-
thana, quoniam solus Ioseph qui gerebat figuram *Gene. 37.*
Christi uēturi, uidit per somnium solem & lunam
& undecim stellas se adorare. Quia in nomine Ie-
su, omne genu flectetur cœlestium, terrestriū & in-
fernorum. &c. Vade sathana, quia nunc iudicium *Phili. 2.*
est mundi, nunc princeps huius mundi eicietur fo-
ras. In hac tertia tētatione, Christus diabolum in-
crepauit, & non in aliis, ad ostendēdum quód hæc
fuit pessima aliarum tentationum, de blasphemia
uidelicet & idolatria. Et eo maxime quando cul-
tus debitus Deo impenditur diabolo. Solus enim
deus est colendus & adorandus, ideo hanc uerita
tem per scripturam confirmat dicēs. Scriptum est
enim, uidelicet, in Deuter. dñm Deum tuum ado-
rabis, latria scilicet adoratione, quæ fide, spe, &
charitate perficitur. Et illi soli seruies. Nam seruire
Deo summa sapientia & summa uictoria est, cuius
amore omnia efficiunt: Nec Deo seruire asperum
uideatur, tum quia tanto regi cui omnia cœlestia,
terrestria, & infernoꝝ famulant, tum quia seruire
Deo regnare est, ut liquet de angelis mouentibus
corpora cœlestia, qui dominationes appellant, &
qm̄ premium illius seruitutis, est infinitum, dicente
apostolo. Bonum certamen certaui, cursum consu
maui, fidem seruaui. &c.

Nota proinde triplicem seruitutem inueniri. Vi-
delicet iure naturæ: iure ciuili: iure proprio. Prima *Triplex*
est illorū qui nascuntur serui. Secunda est illorum *seruitus.*
qui in certamine iusto uincuntur & superant. Ter-
tia est illorum qui sponte seipsos seruos efficiunt.

Sed his omnibus modis, Dei serui sumus & Christi. Primo iure naturæ, quia quilibet nascit͂ sub seruitute dei, cum omnia sint creata ab ipso, & subijciantur ei. Secundo, iure ciuili, quia prius eramus serui diaboli, Christus autẽ in certamine iusto nos liberauit, iuxta parabolam Christi dicentis. Cum fortis armatus custodit atrium suum: Ideo serui Christi effecti sumus. Tertio, iure proprio quia in baptismate ab renuntiamus diabolo & pompis eius, & promittimus seruire Deo, eiusq́ obedire mãdatis. Fidere soli Deo, in eo sperare, ac ipsum sup omnia diligere. Hæc est igit͂ illa seruitus latria quæ soli Deo exhibetur. Ideo dicit, illi soli seruies. &c. Sed quemadmodum Christus celauit se esse filiũ Dei, ita dissimulauit in primis se sathanam cognoscere, eo quodo transformatus erat in effigiem alicuius magni regis & principis, cum promisisset ei dare omnia regna mundi. Nunc autem Christus ostendit se eum agnoscere. Quare diabolus statim cõfusus discessit, tanq̃ notus & deprehensus.

Serui dei sumus tribus modis

Diabolus sub forma regis xp̃m tentauit.

Et si quispiam quærat cur Christus uoluit a diabolo tentari, dicẽdum est, ut pro nobis uinceret omnes tentationes tanquã princeps, caput, & dux noster. Nam omnes Christi uictoriæ, Christi fidelium sunt, quemadmodum uictoria regis, in militum uictorias redundare uidetur. Omnia.n. Christi opera nostra sunt, ipse caput, nos sumus membra. Quare si uincit caput, uincunt & mẽbra. Nullus.n. mortaliũ tot insidiarum genera superare potuisset, nisi filius Dei diabolo fortior uicisset. Trahimur ad omne nephas natura inclinante, quia in iniquitatibus concepti sumus. Lege irritante, quia lex iram operatur. Diabolo tentante, qui tãquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret. Mun-

do alliciente, quia materialia corpora superioribus subdita sunt. Ideo diabolus primũ hominem carnalem in paradiso uicit, sed ipse a primo homine spirituali in monte fuit uictus. In primo, omnes uicti, in secundo, omnes uictores. Quia primus homo de terra terrenus: secũdus de cœlo cęlestis.

Præterea, si Christi uitam in scripturis discurrere uolumus, ꝑfecto inueniemus omnes eius uictorias quas gloriosissime cõsecutus est. Primo in die oliuarum uicit mundum, fugiens regiam dignitatẽ, sedens super asinam conculcando ꝑstratas uestes, obuiando hostibus, uoces spernẽdo clamantium, plorans excidium ciuitatis. Sic.n. mundus uincitur a nobis contẽptu & patientia. Secundo, Christus uicit carnem tenui uestitu, magna inedia, uigilãdo, orando, ieiunando, ambulando, & aduersa ferendo. Tertio, uicit peccatum, satisfaciens in cruce ꝓ nobis, de præteritis peccatis, ut fidei iussor, ꝓ̃sentia etiam peccata non imputando, iuxta illud psalmi. Beati quorꝫ remisse sunt iniquitates, & quorꝫ tecta sunt peccata. Beatus uir cui non imputauit dominus peccatum, &c. Necnon & a futuris peccatis, ꝓ̃seruando pęnitentes. Sic.n. uincitur peccatum a nobis, confidentia, pœnitentia, absolutione, & satisfactione. Quarto, Christus uicit mortẽ moriendo & resurgendo. Ideo clamat per prophetã. Ero mors tua, o mors. Vbi est mors uictoria tua, inquit Apostolus? &c. Quinto, uicit infernum soluendo patres & liberando eos a uinculis tenebrarũ, quibus etiam ostendit gloriam suam. Ideo subdit. Ero morsus tuus, o infernę. Sexto, Christus uicit diabolum, quem primo expulit de cœlo. Deinde ex idolis gentilium. Postremo ex corporibus humanis. Vicit eum, ne nos tentationibus succumberemus.

Prima uictoria xpi. *Secunda.* *Tertia.* *Quarta.* *1. Cor. 16.* *Quinta.* *Sexta.*

Voluit tentari,ut intelligamus uitam nostrã à cruce initium habere. Carnales quippe in tentationibus semper murmurant & maledicũt. Spirituales uero,Deum laudant & benedicunt. Illi ꝑ Cireneũ Simonem:isti per Nazarenum Christum sunt figurati. Illi ex impatientia puniuntur,isti ex patientia premiantur. Vnde si recte consideremus, inueniemus in huiusce tentationibus maiora bona procurare tentantes & nos persequentes,ꝙ benefacientes nobis temporalibus bonis. Nunꝙ.n.Herodes tantum profuisset pueris temporaliter, quantũ eis ꝓfuit occidendo eos. Hæc est igitur illa potissima ratio,quare permittit nos Deus tentari,ut.s.uincẽdo magis mereamur ab eo cõsolari,iuxta Apostoli sententiã. Non coronabitur,nisi qui legittime certauerit. Victoribus etiam loquitur dñs in Apocalipsi dicens. Vincenti dabo edere de ligno uitæ,qđ est in paradiso Dei mei. Et infra. Vincenti dabo mãna absconditum & nomen nouũ. Rursus. Qui uicerit,non lędetur a morte secunda. Proinde. Qui uicerit & custodierit usꝗ in finem opera mea,dabo illi potestatẽ super gentes,& dabo illi stellam matutinam. Item. Qui uicerit sic uestietur uestimentis albis, & non delebo nomen eius de libro uitæ. Insuper. Qui uicerit,faciam illum columnam in tẽplo Dei mei, & foras non egredietur amplius. Tandẽ. Qui uicerit,dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut & ego uici, & sedi cum patre meo in throno eius. Postquã autem Christus in tentationibus diaboli extitit uictoriosus,abeunte diabolo,statim extant angeli. Ideo sequitur. *Tunc reliquit eum diabolus,& ecce angeli accesserunt,& ministrabant ei.* Quales & quot fuerint angeli qui ministrarunt Christo,non habetur in scripturis. Certissime tamen constat nouem

Tentationum singularis utilitas.

Premia uictorum.

Apoc. 2. 3.

esse ordines & choros angelorum, quorum quinque nominatim exprimit Paulus ad Ephesios & Collossenses. Scilicet potestates, uirtutes, dominationes, principatus, & thronos. Ad Ephesios aūt loquēs, quattuor ordinū nomina, enumerat dicens. Super omnē principatū & potestatū, & uirtutum, & dominationum. Qui rursus ad Collosenses scribens ait. Siue throni, siue dominationes, siue principat⁹, siue potestates, &c. Quibus dum adduntur Angeli, Archangeli, Cherubin & Seraphin, quibus plena est scriptura sacra, nouem esse ordines & choros angelorum, perspicuū est. Qui inter se aliquo munere gratiæ assimilantur, sicut in naturalium donorum participatione conueniunt. Hi omnes angeli semper assistunt Deo & Christo Iesu, cui obediūt & ministrant tanq̃ subiecti domino suo, iuxta illud Danielis. Millia millium ministrabant ei, & decies centena millia assistebant ei. *Nouē esse ordines angelorū ostēditur i scripturis.* *Dan. 7.*

Sed quoniam Deus in his inferioribus, angelorum ministerio omnia efficit & operat̄, ideo ad aliquā specialia agēda & perficienda ut sint speciales angelorum ordines deputati opere precium est. Quoties.n. Deus uult nonnulla operari quæ singularem importent amorem erga homines & naturam humanam, illa tantū efficit Seraphinorum ministerio. Seraphin.n.interpretatur ardens uel succendens. Ideo angeli illi dicuntur Seraphin, qui per aliis ardent charitate. Quorum ministerio descendit ignis de cœlo tempore Eliæ ad cōburendum sacrificiū, ad ostendendum uerum Deum. Eodem quoq; ministerio ascendit Elias in curru igneo ad cœlū. Per Gabrielem archangelū qui illius primi ordinis est caput: Deus reuelat incarnationem filij sui Virgini Mariæ. Deinde pastoribus Seraphin clamātibus. *De ministerio primi ordinis angelorū.* *3. Reg. 18. & 4. 2.* *Luc. 2.*

Gloria in altissimis Deo,&c. Et ille idē multoties
Matth. 2. apparuit in somnis Ioseph. Monuit etiam Magos ne redirent ad Herodem. Ministerio seraphinorum apparuit spiritus sanctus in linguis igneis, & in specie columbę super Apostolos, innuens nouam gratiam in eos spiritum sanctum intus operari, nouaque linguarum genera. Quibus etiam inflammat Deus hominū corda ad diligendum ipsum super omnia.

Præterea, omnem scientiam, sapientiam, mentis illuminationem, reuelationem secretorum Dei per ministerium Cherubinorum Deus efficere dicitur. Cherubin.n. dicuntur plenitudo scientiæ, qui præ aliis in scientia eminent. Illi nanque huiusmodi mentis illuminationem, sapientiam, ac secretorum reuelationem subministrant, Deo annuente. Quorum ministerio Deus omni sapientia dotauit Adam. Elargitusque est sapientiam Salomoni. Reuelat secreta Dei, omnium scientiarum thesaurum aperit. Illorum etiam ministerio prophetæ uaticinati sunt de præsenti, præterito, & futuro, diuina secreta enarrātes. Sic per Cherubin fiunt reuelationes sanctis, cōcionatoribus, & cōtemplatiuis. Sensus quoque scripturarum aperiuntur. Quibus tandem omnes in diuinis scientiis erudiuntur.

De ministerio secūdi ordinis angelorū.

Si uero Deus uoluerit iudicia facere, & reuelare iram suam super homines ciuitates & regna Throni ad ista sunt deputati. Quorum ministerio Deus iudicat & punit. Dicitur.n. Thronus, quasi Dei sedes iudicialis. Et ut beatus Gregorius ait, isti angeli Throni uocantur, qui tanta diuinitatis gratia replentur, ut in eis sedeat Deus, & per eos iudicia decernat, atque informet. Per Thronos enim expulsit
Apoc. 12. Deus diabolum de cœlo. Et subuertit aquis omnē
Gen. 7. u. carnem tēpore Noe. Necnon & puniuit ędificātes

Ministeriū tertii ordinis.

turrim Babel per linguarum confusionem. Itē. Illi Gen.19.
tres angeli qui apparuerunt Abrææ repræsentātes
Deum & trinitatem personaꝝ, erant Throni, quo
rū ministerio Deus subuertit ciuitates Sodomoꝝ,
sup quas pluit sulphur & ignē. Submersitq; Pha- Exo.14.
raonem, & exercitū eius in mari. Per quos etiā im- 2.Reg.24.
misit pestilentiam in Israel, & occidit septuaginta
millia uiroꝝ. Vidit.n. Dauid angelum cedentē po-
pulum. Et per eos tot signa ostendit in Pharaonē.
Occiditq; Deus primogenita Ægypti. Rursus. Per Exo.9.
Thronos percussit exercitum Senacherib dominū
blasphemantis. Nec prætermittendum est q; eoꝝ Esa.36.
ministerio ciuitas Hierusalem & Iudæi puniti, de-
structumq; est regnum Chaldæorum, Persarum,
Græcorum, & Romanorum, & multa regna con-
cussa, ac ciuitates subuersæ. Quibus etiam Deus
totam Italiam punit, ferro, flamma, fame. Quos Apoc.16.
Ioannes uidit habētes phialas iræ Dei, quas fude-
runt in terram, &c.

Post Seraphin, Cherubin, & Thronos sequun-
tur dominationes, quibus uult Deus omnibus do-
minari. s. angelis & hominibus. Et præcipit omnia
in cœlo, in terra, & sub terra. Illę. n. intelligentię quę
primū mobilem mouent & inferiores orbes septē
planetarum, dominationes appellantur. Per quas De mini-
etiam Deus uult ab omnibus adorari, & timeri. sterio quar
Necnon & per dominationes Deus constituit re- ti ordinis.
gna, imperatores, reges, & principes. Quoꝝ ange
lorum ministerio, reges regnant, principes impe-
rant, ac potentes decernunt iustitiam, &c.

Inde sequuntur potestates, quibus tirannica po
testas dæmonis, cohercetur. Quorum ministerio Ministeriū
Deus nos a tentationibus dęmonum custodit. Per quinti or-
potestates Deus. & ipse Christus uerus Deus & dinis.

homo, fugat dæmones & expellit. Necnon & liberat homines a dæmonibus uexatos, & a diaboli laqueis.

Succedunt proinde principatus, per quos Deus prouincias, ciuitates, regna, & castra regit & gubernat. Cuilibet enim prouinciæ ac ciuitati deputatur angelus bonus ad custodiam & exercitium. Et angeli qui huiusmodi ciuitates & prouincias custodiunt, principes appellantur, eo quod sunt de ordine principatus. Angelus namque qui loquebatur

Dan.10. Danieli dixit. Princeps regni Persarum restitit mihi uiginti & uno diebus. Per principē autem Persarum intelligitur angelus, quorum rex erat Nabu

De ministerio sexti ordinis angelorum. chodonosor. Et non inconuenit angelum bonum resistere alteri angelo bono in custodiendi officio, uoluntate non simpliciter contraria, sed ex conditione diuersa. Siquidem contingit interdum bona diuersarum gentium ad inuicem repugnare. Sicut bonum fuisset Persis quod filij Israel mansissent in Babylonia, quia per illos multi ex Persis conuertebantur ad cultum unius Dei. Filijs aūt Israel bonum erat redire in terram suam ad templum domini, ut separati ab idolatris liberius Deo seruirent. Et ideo angelus Persarum Deo ostendebat quantum bonum erat Persis ut ibi manerent filij Israel. Sed e contrario angelus Danielis qui custodiebat populum iudæorum cum Michaele principe Sinagogæ interpellabat apud Deum, ut filij Israel reuerterentur in Hierusalem. Hæc igitur erat causa prælij. Hoc modo contra se præliari dicuntur. Optabant enim omnes bonum suæ gentis, non simpliciter, sed ut quantum erat Dei uoluntas, cui se conformare uolebant. Quamobrem dicit angelus Danieli. Nunc reuertar ut prælier aduersus principem Persarū, etc.

Quō angeli præliantur ad inuicē.

Et si princeps Persarum restitit principi Iudæorum uiginti & uno diebus, id fuit quia Dei uoluntatem ignorabat. Quam etiam Deus uoluit eos latere, ut omnibus ostenderet quãtam sollicitudinem & curam habeant principatus erga eorum populos, in quorum custodia sunt deputati, ad eos regendum & gubernandum.

Virtutes insuper sunt angeli per quos Deus mirabilia operatur in nobis, ac miracula facit, sanitates quoque hominibus elargitur. Per Archangelos Deus maiora nuntiat, custoditq; reges, principes & animarum pastores. Sicut per angelos minora docet, per quos etiam homines inferiores custodit, &c. Hæc sunt igitur illa ministeria quibus omnes angeli ministrant Deo & Christo Iesu, ut ipsius diuinitas & gloria manifestetur. Ex his omnibus palam insinuatur qualiter ministerio spirituũ beatorum Deus omnia hæc inferiora regit & gubernat. Et non solum angelorum, sed hominum. De angelis liquet, dicente Apostolo. Omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi propter eos qui hæreditatem capiunt salutis. De hominibus uero constat, per eundem dicentem. Sic nos existimet homo ut ministros Christi, & dispēsatores ministeriorum eius. Concludit igitur euangelista. Et ecce angeli accesserunt, & ministrabant ei. Sed quid est ꝙ angeli ministrabant ei, nisi ꝙ esurienti ministrabant cibum? Qui nihil ob uehementem & urgentem famē remoratus fuerat, quo minus bellator fortis gloriosæ uinceret mortis tirannum, & suis relinqueret uincendi potestatem. Qui mox angelicis manibus ut iuxta oraculum illinc relatus putatur, ne in ipso inaccessibilis montis descensu offenderet ad lapidem pedem suum;

De ministerio triũ ordinũ inferiorum.

Hebr. 1.

1. Cor. 4.

qui iam ſuper aſpidem & baſiliſcũ ambulauerat, & ter conculcauerat leonem & draconẽ,&c.

Teſtimonium Ioannis de Chriſto.

CAP. XX.

A*ltera die uidit Ioannes Ieſum uenientem ad ſe,& ait. Ecce agnus Dei,ecce qui tollit peccata mundi.* Poſt Matthæum ſubdit Ioãnes euangeliſta dicẽs: Altera autem die poſt regreſſum a deſerto,uenit Ieſus ad Iordanẽ, quem Ioannes uidens ad ſe uenientem, oſtendit eum digito dicens. Ecce agnus Dei,ecce qui tollit peccata mundi. Vbi clare oſtenditur teſtimonium Ioannis de Chriſto, dupliciter. Primo, quantum ad eius ueram humanitatem in qua pro nobis immolari uoluit, cum dicitur. Eccé agnus Dei .i. a Deo miſſus ut hoſtia acceptiſſima immolandus. Secundo, quantum ad eius diuinitatem, cum ſubditur. Qui tollit peccata mundi. Quia tollere peccata,proprium eſt ipſius Dei.Hęc quippe cauſa potiſſima fuit, qua uenit, ut pereuntis mundi peccata ſuſcipiens,peccati labem & omnium mortem in ſe qui uinci non poſſet aboleret, iam uenerat.Et nõ agnoſcebatur,ſed nunc demonſtratur a Ioanne,qui quodammodo clamat.Ecce, hic eſt quem deſiderarunt Patriarchæ: quæ prænunciarunt prophetæ,quem præſignauit lex. Ecce agnus Dei qui tollit peccata mundi. Ac ſi diceret. Ecce innocens inter peccatores,iuſtus inter reprobos, pius inter impios, in quo nullum peccatum potuit inueniri. Ideo potens eſt tollere, peccata mundi. Vnde ſicut agnus oblatus eſt pro pecca-

Teſtimonium Ioannis de xp̃o dupliciter.

tis

tis populorum,quia in eo est gratia & uirtus purgatiua peccatorum. Specialiter autẽ inter cetera animalia quæ in lege offerri consueuerunt, xp̄m agnũ nominauit. Quia licet alia animalia immolarentur in lege,ut bos,uitulus,capra, &c. Christus tñ potius & magis uocat agnus, q̃ nomine alterius animalis,ẽt ad immolãdum idonei. Primo,quia inter oẽs figuras ueteris testamenti, agnus paschalis Christum innocentem immolandum præcipue figurabat. Quia ille paschalis agnus erat sine macula, & per eius immolationẽ filij Israel ab Ægyptiaca seruitute sunt liberati. Ita Christus sine macula peccati,& per ipsius passionẽ à diabolica seruitute liberi sumus. Et non solum propter innocentiam,sed ob eius simplicitatẽ Christus dictus est agnus, qui ad uictimam ductus est,& ad instar agni non aperuit os suum. Secundo, quia licet alia fierẽt sacrificia in templo certis temporibus,unum tñ erat quotidianum,in quo iugiter agnus unus mane, & alius uespere immutabiliter offerrebatur,dicẽte dño. Hæc sunt sacrificia quę offerre debetis,agnos anniculos immaculatos duos quotidie,in holocaustũ sempiternum. Vnũ offeretis mane, & alterum ad uesperas. &c. Alia sacrificia erant ex adiũcto,& tpe determinato. Hoc ergo iuge sacrificium quod figurabat perpetuitatem beatitudinis nostræ, fiebat de agno. Sic & Christus nostra æterna, & perpetua beatitudo est.

Christus cur dictus est agnus, & nõ bos, uel uitulus.

Exo. 12.

Num. 28.

Præterea,agnus etiam dicitur ab agnitione,siue ab agnoscendo,quia agnouit patrẽ, factus ei obediens usq; ad mortem. Agnouit & matrem curam eius Ioanni discipulo committens.

Agnus quo dicitur ab agnoscẽdo.

Rursus,agnus tria humanis usibus administrat, scilicet lac in potum,carnẽ in cibum, lanã in uesti-

mentũ. Sic Christus Iesus lac sanctæ doctrinę prębuit per se & per suos. Per se quidem, dicens. Pœnitentiam agite, appropinquabit.n. regnum cœlorum.
Matt.10 Per apostolos uero, qñ post acceptum spiritũ sanctum pdicauerunt ubiq; dño coopetãte, & sermonem confirmante sequentibus signis. Propterea apostolus Paulus Corint. scribens aiebat. Lac
1.Cor.3. potum uobis dedi, nõ escã. Item, carnem suam dedit in cibũ, sicut per Ioannẽ ait: Caro mea uere est
Ioan.6. cibus. Lanam insuper dedit.i. indumentũ uirtutis,
Luc.ult. iuxta illud Lucæ. Manete in ciuitate quousque induamini uirtute ex alto. Iccircò excellentissimus prophetarũ Isaias clamabat. Emitte agnum domine dominatorem terræ. &c.

Agnus proinde dicit à pietate quã tollit peccata mundi, non semel tm̃; sed quotidie. Non.n. tm̃ tulit peccata tpe passionis, sed deinceps. Tollit qppe, peccata satisfaciendo, & lauando nos à peccatis in sanguine suo. Et præter hæc, dimittendo quotidie quæ facta sunt, & adiuuando ne fiant. Et tandem nos pducendo ad uitam, ubi omnino fieri nõ possunt. Lauit nos, qñ sanguinem dedit. Lauat, qñ baptizamur in misterio passionis illius. Lauat quẽlibet pœnitentẽ, & sua confitẽtem peccata. Lauat quotidie nos in sanguine suo, cum eiusdẽ beatę passionis memoria ad altare renouatur. Cum panis et uini creatura in sacrm carnis & sanguinis eius ineffabili spũs sanctificatione transfertur, cũ sanctissimo eius corpore & sanguine satiamur. Vidit ergo Ioannes Iesum uenientẽ ad se, uidelicet dñm ad ministrum, creatorẽ ad creaturam, redemptorẽ ad redimendũ, sanctum sanctorum ad hominẽ uenialibus non carentem, & expauit. Cum aũt dixit, ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, oẽm

Qũo lauat nos agnus in sanguine suo.

peremit suspicionē, quia. n. ita purus erat, ut aliorū peccata absoluere, & cuncta humani generis peccata delere posset. Multo magis absq; omni erat ipse delicto, ideo manifestum est, qm̄ non ut pecca ta cōfiteretur, uel in pniam ablueretur accessit, sed ut daret occasionē Ioanni loquendi de ipso, necnō ut hi qui priora audierant, certius reciperēt q̄ dicta erant. Ideo subditur. *Hic est de quo dixi, Post me uenit uir, qui ante me factus est, quia prior me erat, & ego nesciebam eum. Sed ut manifestetur in Israel, propterea ueni ego in aqua baptizans.* Hic est de quo dixi, anteq; ad baptismū ueniret. Post me uenit uir. Virens in uirtute & gratia, etate quoq; perfecta. Qui ante me factus est. i. uir perfectus in utero matris, ut alias dictum est. Quia prior me erat, q; tn̄ ad naturam diuinam. Et ego nesciebam eum, uidelicet sensibiliter, quātum ad personam determinatā, ante suum ad me aduētum. Sed ut manifestetur in Israel. i. populo Israelitico, ppterea ueni ego in aqua baptizans, & pniam prædicās. Totum. n. Ioannis officium in baptizando & prædicando erat ordinatū ad manifestandū xp̄m, ad testimonium de eo perhibendum. Vnde fuit sibi præceptum à dn̄o, ut baptizaret in nomine uenturi, & ipsius prædicaret aduentum: & præpararet populum ad eum recipiendū. Quamobrē ferebat, Ioannes de Christo pluries testimonium, ut efficatius agnosceretur. Rursus ideo testimoniū perhibet, cum subditur. *Et testimonium perhibuit Ioānes dicens. Quia uidi spiritum descendentem quasi columba de cælo, & mansit super eum, & ego nesciebam eum. Sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit. Super quem uideris spiritum descendentem, & manentem super eum, hic est qui baptizat in spiritu sancto.* Hæc sunt uerba Ioannis, quæ scd'm Augustinum non modicam difficultatē ha-

Cur Ioan. prædicabat et baptizabat.

Ioan. 1.

Pulchra Augustini obiectio. bere uidentur. Si. n. Ioannes nesciuit Christũ, quõ testis eius fuit? Quõ alios ad eius cognitionẽ induxit? Quõ ignorat eum, quẽ nouerat clausus in utero? Sed ad hoc dici potest, ꝙ Ioãnes agnouit xp̃m notitia intellectuali tñ, sciens ipsum esse Deum & hominem, Saluatorem mũdi, natum de uirgine, cito quoq; uenturum in publicum ad prædicãdum & baptizandnm, atq; pro omnibus moriturum. Sed ignorauit eum sensibiliter per exteriorẽ phisionomiam, nesciens quæ & qualis esset illa persona, quia de illo notitiã intuitiuam minime habuit, nec Ideam uel naturalem similitudinẽ de dispositione uultus ac corporis eius. Sed huic obuiare uidetur quod infra ait Ioannes. Et ego nesciebam eum, sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit. Super quem uideris spiritum descendentẽ hic est q baptizat in spiritu sancto. Ex quo certissime constat, ꝙ descensus columbæ in Christum, fuit Ioanni datus pro signo cognoscendi xp̃m. Ideo adiecit, Ego uidi, & testimonium perhibui, q̃a hic est filius dei. Si ergo Ioannes non cognouit Christum sensibiliter, nisi post sui baptismatis susceptionẽ descendente columba super eum ut Lucas euangelista testat̃ dicens. Factum est aũt Iesu baptizato, & orante, apertum est cœlũ, &c. Cur prius dixit, ego debeo à te baptizari, & tu uenis ad me? Ergo tunc nouit eum secundum faciem.

Quõ Ioan. agnouit xp̃m, & ignorauit eum.

Luc. 3.

1. Responsio Chrysosto. Ad hanc difficultatẽ, Chrysostomus primo respondet, ꝙ Ioannes tpe pueritiæ sue nouit Christũ puerum. Postmodum uero diu in solitudine cõuersatus oblitus fuit dispositionis uultus Christi. Et forte quanuis non fuisset oblitus qualiter erat, in pueritia dispositus, tñ ob hoc non nouisset eum, cũ iam creuit in statuam uirilem. Nã in tanto tpe mu-

tatur effigies. Deus aūt reuelauit Ioāni dupliciter Iesum. Primo in ipso accessu dñi saluatoris ad Ioānem, anteq̃ baptizaret, intima inspiratione. Quare dixit. Ego debeo a te baptizari, & tu uenis ad me? &c. Secundo, post baptismū per descensum columbæ, & de hoc signo facit mentionē Ioānes, q̃a solemnius fuit, & primo sibi promissum & intimatum. Vnde scd'm Chryso. Ioānes dicit se deum ignorasse, non quia penitus eum non nouit, sed ut ostenderet testimonium suum de Christo. Nō debere esse suspectum, cum esset consanguineus eius. Ideo subdit. Ego nesciebam eū, quia tunc tēporis non nouit eū nisi ex reuelatione diuina. Ex quo innotescit, q̄ testimonium Ioannis de Christo non fuit humanæ amicitiæ, uel consanguinitatis, sed diuinæ ordinationis, ipsiusq̃ reuelationis.

Beda, secundo dicit, q̄ Ioānes fatebatur se ignorasse Christum, non simpl'r, sed quia non nouit eū tam profunde ac plene ante descēsum spiritus sancti, ut postea. Duplex est. n. cognitio quā de Christo habere possumus. Quædam imperfecta quam habuit Ioannes ante Christi baptisma. Alia perfecta & plena, quam Ioannes dicitur habuisse in baptismate descendente columba. &c. *2. Respōsio Bedæ.*

Augustinus aliter rñdet, q̄ Ioannes Ideo dicit se Christum ignorasse, sed per columbam didicisse, quia non sciuit ante descensum columbæ, q̄ xp̄s sibi soli seruaret, & nulli ministrorū suorum communicaret potestatem baptizandi, hoc est excellētiæ in baptismate potestatē: quæ in quattuor consiste re uidetur. Primum, q̄ solus Christus baptisma instituit. Secundū, q̄ effectū baptismatis sine baptismate conferre potest. Tertiū est, baptisma à merito passionis Christi efficatiam habere. Quartū, q̄ *3. Respōsio Augusti.* *Quattruplex potestas baptizandi.*

baptiſma interdum in nomine Chriſti datum eſt. Hæc itaq; didicit Ioannes eſſe futura, deſcendente ſuper Chriſtum columba. Porro poteſtas baptizandi & excellentia eius, auctoritatiue nō cōuenit niſi deo trino & uno.

4. Reſponſio. Vel aliter poſſumus dicere Ioannē non agnouiſſe Chriſtū naturali cognitione ſcd'm miſteria paſſionis, reſurrectionis, & huiuſmodi quæ uentura erant. At ipſa columba de omnibus eū reddidit certiorem. Quę qdem miſteria, dona ſunt ſpiritus ſancti, ut agnoſcantur. &c. Dicit ergo euangeliſta: Et teſtimoniū perhibuit Ioannes dicēs. Quia uidi ſpiritum deſcendentē quaſi columbam de cœlo, ideſt ſpm̄ ſanctum in forma columbæ uiſibili. Nō q̄ ſpiritus ſanctus qui eſt uerus, incircūſcriptus, inuariabilis, atq; immutabilis deus eſſentialiter moueatur ſiue deſcendat. Sed q̄m ſignum uiſibile in quo apparet deſcendit, ſicq; ſpiritus ratione ſui effectus deſcendere perhibetur. Dum.n. creatura ſubiecta apparet in pſona dei eum reprę̄ſentans uel in eius perſona loquens aut operans, id quoq; quod creatura facit, aſcribitur deo. Quemadmodū deus dicitur ore ad os ad Moyſen loqui. Et nota deum eſſe in creaturis quattuor modis. Primo per rationē eſſendi: & ſic eſt in omnibus creaturis ęqualiter. Nec deſcendit, nec mouet̄, nec aliquo modo mutari poteſt. Secūdo, per rationē ſignificandi, oñdendi, uel reprę̄ſentandi. Et ita deus alias dicebatur eſſe in his creaturis quæ ipſum reprę̄ſentabant. Sicut in monte Synai, in nube, & columba. Tertio, per rationē gratificandi, & ſic dicit̄ eſſe in his quos amat, & a quibus amatur. Quarto, per rationē uniendi uel aſſumendi. Et ita fuit in Chriſto. Conuenienter autē ſpiritus ſanctus cui bonitas appropriat̄, apparuit

Quō ſpiritus ſanctus immobilis, deſcēdere dicitur.

Quattuor modis dicitur deus eſſe in creaturis.

in forma columbæ, quæ est animal felle carens, simplex & innocens. Vt palam insinuaret neminē posse spiritus sancti donis impleri, nisi columbinā simplicitatē studuerit immittari. Qui.n. ambulat simpliciter, ambulat confidenter, & dñs protegit gradientes simplr. In columbarū ēt osculis crebris ac mutuis, dare liquet q̄ spiritus sanctus in specie columbæ rite apparuit: qm̄ charitas appropriaẗ spiritui sancto, quo merẽt repleri, qui charitatiue atq; pacifice inter se conuersari conantur. Non.n. est deus dissensionis, sed pacis scd'm apostolum. Et mansit super eum.i. columba ista repręsentans spiritum sanctum, ipsiusq; habitationem in aïa Christi, ad tempus: Sedit super caput eius, ad insinuandum q̄ indesinenter semperq; actualiter, & æque pfectę requiesceret spiritus sanctus in Christo, iuxta illud Isaiæ. Requiescet sup̄ eum spiritus dñi, spiritus sapientiæ & intellectus. &c. In aliĳs aūt nō sic manet spiritus sanctus, quem lætali crimine perdere possunt. In Christo quoq; mansit spūs sanctus, quia indesinenter potens fuit ad exercenda omnia opera gratiæ, & gratis datę, & gratum faciẽtis, in uniuersis signis, uirtutibus atq; prodigĳs. Id autē nulli competit alioꝝ. Elisæus namq; sentiens sibi abesse spm̄ prophetandi, iussit adduci psaltem. Nathan quoque putauit se loqui prophetico spiritu, quando consuluit regi Dauid ædificare templum. Omnia inquiens quæ sunt in corde tuo fac. Sed nocte sequenti monitus fuit á spiritu sancto oppositū persuadere. Postremo putandum non est quód in descensu columbæ sit gratia aliqua infusa, uel aucta in anima Christi, quia ab instanti cōceptionis, omni gratia spiritus sancti simpliciter plenus fuit. Et ego nesciebam eum scilicet sensibiliter, sed qui

Proue. 10. 12.

1. Cor. 14.

Isa. 11.

4. Reg. 3.

2. Reg. 7.

misit me baptizare in aqua, ideſt deus ꝙ mihi hoc iuſsit, ille mihi dixit per inſpirationem internam, ſiue angelicam allocutionem. Super quem uideris ſpiritum deſcendentem, ideſt ſpiritum ſanctum in forma columbæ, uenientem & manentem ſuper eum ad tempus in tali ſigno uiſibili, hic eſt qui baptizat in ſpiritu ſancto, ipſius gratiam nobis elargiendo, quæ purgat à peccatis.

Sed hic denuo animaduertẽdum eſt, quòd collatis inter ſe his quæ dicunt in hoc capite, & à Matthæo: etiam aliter reſponderi poteſt ad illam primam difficultatem. Videlicet Ioannẽ baptiſtã uidiſſe columbam deſcendentem & manentẽ ſuper Ieſum, antequã baptizaret ipſum Ieſum. Et conſequenter hanc apparitionẽ columbæ alteram fuiſſe ab illa apparitione columbæ, quæ facta eſt, Ieſu baptizato, dicente etiam patre. Hic eſt filius meus dilectus. &c. Id autem manifeſte conſtat, ex hoc ꝙ Ioannes baptiſta dicit. Et ego neſciebam eum: Sed ex ſigno columbæ cognoui eum. Nam liquet ex Matthæo tertio cap. ꝙ antequã baptizaret eũ cognouit eum, quoniam dixit. Ego à te debeo baptizari, & tu uenis ad me. Hæc.n.uerba manifeſte teſtantur quòd tunc cognouit eum eſſe qui baptizat in ſpiritu ſancto, Et non niſi per columbam deſcendentem ſuper caput Chriſti, quam ſolus Ioannes radiantem intuebatur. Vel per aliud ſignũ repræſentans ſpiritum ſanctum. *Et ego uidi & teſtimonium perhibui, quia hic eſt filius dei.* Ioannes reddit teſtimonium de Chriſto, quia ipſe eſt filius Dei, unicus, naturalis, & non adoptiuus: & ex conſequenti eandem uirtutẽ habens cum patre. Quadruplex igitur habuit teſtimonium Chriſtus. Primo à prophetis, de quo uaticinati ſunt plura. Deíde à Ioãne

5. Reſpõſio ad illã primã diffi cultatem.

Quadruplex teſtimonia de Chriſto.

dicente. Ecce agnus Dei, ecce q̃ tollit peccata mundi. Habuit insuper testimonium a patre clamante. Hic est filius meus dilectus, &c. Postremo ab operibus suis, sicut ipse testatur. Opera quæ ego facio quæ nemo potest facere, testimonium perhibent de me, &c.

Quomodo Christus ad sui cognitionem, primo uocauit Apostolos. Cap. XXI.

Altera die iterum stabat Ioannes & ex discipulis eius duo. Et respiciens Iesum ambulantem dixit. Ecce agnus Dei. Et audierunt eum duo discipuli loquentem, & secuti sunt Iesum. Conuersus autem Iesus & uidens eos sequentes se, dicit eis. Quid quæritis? Qui dixerunt ei. Rabbi, quod dicitur Ioan. 1. *interpretatum magister, ubi habitas? Dicit eis. Venite & uidete. Venerunt & uiderunt ubi maneret: & apud eum manserunt die illo. Hora autem erat quasi decima.* Die sequente mediate uel imediate, iterum stabat Ioannes ad fluenta Iordanis: tanq̃ paratus exequi officium sibi cõmissum in p̃dicando, baptizando, & de Christo testificando. Et ex discipulis eius duo, se suo magistro conformes. Et respiciens Iesum ambulantem circa Iordanem. Christus nãq; suscepto baptismate aliquo tẽpore cõmoratus est in locis illis, & cũ Ioanne conuersatus, sed non diu. Mansit.n. ut Ioãnes testaretur de ipso, & eum ostenderet, quatenus electi iudæi crederent, reprobi uero atq; increduli inexcusabiles fierent. Clamabat quippe. Ecce agnus Dei, qui (teste Isaia) peccatũ nõ fecit, nec dolus inuentus est in ore eius. Esa. 53. Qui etiam per Hieremiam loquitur dicens. Ego quasi agnus mansuetus qui portatur ad uictimam. Hier. 11. Et audierunt duo discipuli Ioãnis.

loquentem hæc de Christo. Et sequuti sunt Iesum: ut eius doctrina instruerentur, quē didicerunt maiorem esse Ioanne. Cupiebant.n. sortiri charismata meliora, & optimo adhærere magistro. Per quod instruimur ut applicemus nos his quos uidemus in sapientia & uirtutibus magis pollere. Cōuersus autem Iesus, hoc est uultum suū dulcissimum ad illos conuertens, quinimo & pietatis suę affectum super eos expandens & uidens eos sequentes se, corporis gressu & mēte fideli, desiderio quoq; proficiendi, dicit eis. Quid quæritis? Id est, quare uenitis post me? Non quasi ignorans quærit, sed ut illorum responsionem conuenienter respondeat, atque ut illi suū desiderium exprimendo, amplius incalescant, & gratiæ præparatiores reddantur. Dicit.n. Christus (ut inquit Chrysostomus) quid q̄ritis? ad denotandum q curatio hominis adulti nunq̄ est sine usu liberi arbitrij. Et ita dixerat ægroto iacenti ad piscinam. Vis sanus fieri? Simili modo, si nos cęperimus sequi & q̄rere Christum, conuertet oculum pietatis suę ad nos, & imbecillitatem nostrā iuuabit, ac perducet ad thronum gratię suæ, si tamen cō stanter quæramus, dicente Psalmista. Lætetur cor quærentium dominum. Quærite dominum & confirmamini, quærite faciem eius semper. Et rursus. Accedite ad Deum & illuminamini, &c.

Cur xp̄s dixit discipulis Ioannis quid q̄ritis?

Responderunt discipuli Ioannis ad Iesum dicentes. Rabbi, quod interpretatur, ut inquit euangelista, magister ubi habitas? Quasi in hospitio alieno, non in propria domo. Christus.n. non habuit domum propriam ad habitādum, quāuis ipsius esset terra & plenitudo eius, orbis terrarum & uniuersi qui habitant in eo. Propter quod apud Matthęum clamat. Vulpes foueas habent, & uolucres cœli ni-

Matth.8.

dos, filius autem hominis non habet ubi caput suũ reclinet. Id etiam Hieremias pnoscens & uehemẽter admirans ait. Quare quasi colonus uenturus es in terra, & quasi uiator declinans ad manendum? Quare uenturus es uelut uir uagus? Quæsierunt igitur discipuli Ioannis ubi Iesus habitaret, quoniam secum pernoctare optabant: quatenus eius colloquio præsentia & familiaritate fruerentur. Quamobrem simpliciter Christo responderunt, quid q̃rerent. Quærebant.n. instructionẽ salutarem & gratiam saluatoris, scientes magistrum suũ Ioannem non mentiri, a quo audierunt Iesum esse agnũ dei, tollentem peccata mundi, baptizantem in spiritu sancto & filium Dei. Tota equidem uita Christi fuit pro sceleribus totius mũdi satisfactoria, ac meritoria gratiæ, & Christo, & cunctis hominibus. Quæ quidem merita terminata & consumata fuerunt in passione & morte Christi, clamantis. Consumatum est. Pariformiter & nos cum sponsa quęramus Christum, dicentes sicut in canticis. Indica mihi quem diligit anima mea. Vbi paschas, ubi cubes in meridie. Studeamusq; firma stabilitate uniri Christo, ei quantum possibile est adhęrere: quia adhęrere Deo bonũ est. Rursus. Adhæsit anima mea post te, &c.

Hiere. 14.

Quid q̃rebant discipuli Ioannis.

Dicit eis Iesus. Venite post me, & uidete ubi habitem. Venerunt autem duo isti Ioannis discipuli, & uiderunt ubi maneret Iesus, & apud illum manserunt die illo. Idest ab illa hora diei, qua cum Iesu domum intrauerunt, usq; ad mane diei sequentis. O, igitur beatam diem, o, beatissimam noctem, in qua audierunt & uiderunt eum, quem multi uidere & audire uolentes, minime potuerunt. Quis est qui nobis nunciet quæ audierunt a domino? Edifi-

Fœlix dies et nox xp̃i cũ discipulis Ioãnis.

cemus ergo & nos in corde nostro ubi habitet in nosmetipsos. Faciamus domum ut ueniat habitare nobiscũ, & nobis loquatur, & nos doceat. Hora autem erat quasi decima.i.prope uesperam. Vbi insinuat cõmendationem Christi & discipulorum. Hora.n.decima est in occasu diei. Ex quo & Christus cõmendatur a diligentia, q; tam studiosus ad docendum extitit, q; nec propter temporis tarditatem eos docere distulit. Discipuli quoq; cõmendãtur a seruore audiendi Christum: quia quãuis esset hora uespertina non quęsierunt ad propria reuerti. Hinc docemur (ut inquit Chrysostomus) omne tẽpus ponere ad diuinam auditionem, quia omne tẽpus ad eam aptum est, & nullum intẽporaneum. Itaq; non frustra, tempus notauit euangelista, ut tã doctores q̃ discipulos erudiret, quia doctrina propter tempus non est p̃termittenda. Horum igitur exemplo, nullam horam p̃termittamus ad disponendum nos ut Christum recipiamus, & cũ eo habitemus, quia nescimus quando dominus, siue in nocte, siue in die, uel in mane, uel in sero, aut in galli cantu uenturus sit. Quæramus ergo in nocte culpe ubi Christus habitet, sequamur eum per uerã pœnitentiam, ut nos clementer respiciat. Rogemus eũ sollicito corde, ut habitationem mansionis ęternæ nobis ostendat. Inde sequitur. *Erat autem Andreas frater Symonis Petri, unus ex duobus qui audierat a Ioanne, & secuti fuerant eum. Inuenit hic primum fratrem suum Symonẽ, & dicit ei. Inuenimus Messiam, quod est interpretatum Christus. Et adduxit eum ad Iesum. Intuitus autẽ eum Iesus, dixit. Tu es Simon filius Iohannis, tu uocaberis Cephas: quod interpretatur Petrus.* Andreas frater Simonis Petri unus ex duobus discipulus, quorum alter fuit Ioannes euãgelista (ut nonnulli fatentur) sed nomen suum ta-

Tẽpus nullum p̃termittẽdum ad diuina audienda.

cuit, quoniam consuetudo scripturæ est, ut scriptores eius proprium nomen non exprimant. Hi enim duo audierant a Ioanne testimonium de Iesu, uidelicet, Ecce agnus Dei, & sequuti fuerant eum. Andreas igitur hic inuenit primum fratrem suũ Simonem. Primum .i. primo, uel primum, s. maiorem & seniorem fratrem suum Simonem Petrum, qui fuit Andrea antiquior, & dixit ei. Inuenimus sicut lapidem preciosum, sicut thesaurũ absconditum Messiam in lege & prophetis ꝓmissum, Quem omnes quæsierunt, & ipsius aduentum prestolabantur. Messias quippe est nomẽ hebraicum, quod grece dicitur Christus, & latine unctus. Et competit saluatori qui unctus fuit oleo spirituali tanq̃ rex summus, sacerdos, & propheta. Vnde Psalmista. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea unxit te Deus Deus tuus oleo letitiæ. Et Christus per Esaiam. Spiritus inquit domini super me, eo ꝙ unxerit me. Quemadmodum autem Andreas inuenit Iesum, non a casu, sed summa cũ diligentia sequendo. Sic inuenit Simonem fratrem suũ, sed post sollicitam inquisitionem. Sentiens enim Andreas fructum diuinæ gratiæ, optauit fratrem suũ carnalem quem etiam spirituali amore diligebat, participẽ facere gratiæ sibi concessę. Vt essent fratres nõ tantum carne, sed fide & religione, Et hæc est uera fraternitas naturæ, quã perficit gratia. In qua spiritualis dilectio carnalem amorẽ extinguit. Sic & nos solliciti esse debemus secundũ exigentiam nostræ uocationis & ueræ charitatis de salute confratrũ & proximoꝝ, & ꝓcipue parentũ, fratrũ, soroꝝ, & cognatoꝝ, dicente Petro. Vnusquisq; sicut accepit gratiam, in alterutrũ illam administrantes, q̃tenus spũalis dilectio naturalẽ informet, diligat, et tueat.

Messiã interpretatur xps .i. unctus.

Psal. 44.

Esa. 61.

Christiana fraternitas quid.

Andreas adduxit igitur Simonē Petrum ad Iesum. Intuitus aūt eum Iesus, nō solum oculis carnis, sed pietatis & charitatis. Intuebatur.n.eum interius & exterius, sciens quātus esset futurus, & pro eo facturus, uidens ipsius deuotionē, dixit ei. Tu es Simon. Non solum nomine, sed nominis interpretatione ac proprietate. Simon enim obediens dicitur. Et siquidē Petrus obediens fuit Deo, q̄a nunq̄ manducauit omne cōmune & immundum. Iuniori*q*; fratri cōsensit, ueniendo ad Christū. Et postea Christo uocante cuncta reliquit, & ei adhæsit. Recte igitur dixit Christus. Tu es Simon filius Iohanna.i.Iona. Nam pater Simonis Petri nō uocabatur Ioannes, sed Ionas. Corruptione siquidem scriptorum nomen Ioannis appositum est, hic & alibi. Id autem clare liquet apud Matthęum, ubi Petrus appellatur Bariona, hoc est filius Iona, qui interpretatur gratia Dei. Et ita Petrus filius gratiæ saluatoris merito appellabatur. Tu uocaberis Cephas quod interpretatur Petrus, Cephas.n.dictio non hebrea sed syra, solidū significat secundū Hieronymū. Vel potius a dictione Chaldæa, Cepha quæ significat petram, & idē est Petrus, q̄ caput uel capitaneus: uel firmus a petra. Dicit ergo saluator, q̄ Simō iste uocabitur Cephas, quia princeps apostolorum futurus erat. Et si quæras an Christus hac uice imposuerit Simoni hoc nomen, dicendū est q̄ non, sed imponendum p̄dixit. Tūc.n.imposuit cū dixit. Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Vel in electione duodecim, ubi dicitur. Et imposuit Simoni nomen Petrus. Quemadmodum & claues ante resurrectionem permisit: sed postea dedit. Hęc.n.nominum mutatio uariationē status, amplitudinem gradus, & proprietatem gratię de-

Act.10. *Matth.4.* *Ionas pater Petri, nō Iohānna.* *Matth.16.* *Marc.3.*

ſignauit. *In craſtinum uoluit exire in galileam: & inuenit Philippum. Et dicit ei Ieſus. Sequere me. Erat autem Philippus a Bethſaida ciuitate Andreæ & Petri.* Sequenti die poſt collocutionem Ieſu & diſcipulorum Ioannis, Andreæ uidelicet & Petri, uolens Ieſus de Iudæa ubi Ioãnes baptizabat, redire in galileam ad matrem quã ibi reliquerat, inuenit Philippum, non illum de quo in actibus apoſtolorum multa leguntur, qui & Simonẽ magũ conuertit, & unus fuit de ſeptẽ diaconis: ſed Philippum qui deinde electus eſt in apoſtolũ. De Bethſaida ciuitate ſupra mare galileæ conciuis Petri & Andreæ. Et id miſterio cõgruit. Bethſaida.n. domus uenatorum interpretatur, ut palam inſinuetur, quod de domo uenatorum congrue uenatores ad capiendas animas ſunt electi. Nõ a caſu, ſed ex ſua præordinatione Chriſtus inuenit Philippũ, ut eum illuminaret, & ad fidem uocaret. Et dixit ei. Sequere me. ſ. fide, affectu, & opere, ac corporis greſſu. Non mirum ſi uerba uerbi, ſi ſermo Chriſti tantæ uirtutis extitit quod exterioribus ſenſibus immutatis, etiam animas poterat imutare, eaſque ad ſe attrahere. Ille equidem ſermo Chriſti foris ſonabat, & intus mouebat & operabatur. Et quoniam Deus erat, in uoluntatem agere poterat, illam pro libitu afficiendo ac imutando. Hinc eſt quod quidam Apoſtolorum ad unam uocẽ Chriſti, ipſum ſequuti ſunt. Ex quibus patet inſania Porphirij ac Iuliani redarguentium apoſtolos de animi leuitate quod Chriſto uocante, eum ſequuti ſunt. Quaſi liceret, quemlibet uocantẽ imitari. Philippus igitur ut ex dictis euangelij legi poteſt, fuit primus omniũ apoſtolorum a Chriſto uocatus. Hi.n. quattuor, uidelicet Andreas, Ioannes, cuius nomen nõ exprimitur, Petrus, & Philippus, fuerunt diſcipuli Ioannis, qui uidẽtes teſtimonium de

Bethſaida quid ſignificat.

Cõtra Porphiriũ & Iulianum.

Iesu quē ipse dederat, coniuncti sunt ei, quodāmodo transeuntes a lucifero ad solem iustitiæ, a lucerna ad uerā lucem, a milite ad supremū regē, a seruo ad dominum, a pcone & pcursore, ad iudicem. Erat.n. Ioannes Baptista lucifer, lucerna, miles, seruus, pco, & pcursor. Christus uero, sol iustitiæ, lux uera, rex, dominus, & iudex. Verbū Dei, cuius Ioānes erat uox. Ex quo protinus dilucide cōstat quātum ad salutē prodest bonorū societas, & uerbū salutis a uiro sapiēte auditū. Nā ex societate & cōuersatione cū beato Ioāne Baptista, & ex pconio eius audito de Christo, ij deuotissimi discipuli occasionē habuerūt pueniendi ad primā Xpi cognitionē, & ei postea fideliter adhęrēdi. Hinc salubriter nos admonet Ecclesiastic9 sapiens, cuius admonitioni libēter aures patefacere debemus, & obtēperare, cū ait. Cū uiro sancto assiduus esto, quēcunq; noueris habere timorē dñi. Rursus, Qui cū sapiente gra ditur, sapiens erit. Et Dauid in psal. Cū sancto sanctus eris, &c. Philippus aūt qui a Xpo fuit primo uocatus, instruct9 ab eo pficiscitur, ad qrendū Nathanaelē fratrē suū, optans eū habere fratrē in fide, sicut in carne. Et inuenit eū sub ficu, nō casu, sed diligēter qsitū. Ideo subdit euāgelista. *Inuenit Philippus Nathanael, & dicit ei. Quē scripsit Moyses in lege & Propheta, inuenimus Iesum filium Ioseph a Nazareth.* Verba Philippi plena sunt misterijs. Itaq; ait ad Nathanael fratrē suū. Quē scripsit in lege.i. eū de quo Moses scripsit in penthateuco, & de quo scripserūt pphetæ, inuenim9 ego, alijq; discipuli Ioānis baptistę. Nō utiq; a casu, nec ppria industria uel uirtute, sed Ioāne baptista mōstrante, & Xpo se nobis ostendēte. Moses nanq; de Xpo dupliciter scripsit. Primo, uerba aliorū narrādo, quēadmodū in Gen. pdixit Iacob

Collatio xpi ad Ioānem.

Bonorū societas multū pdest.

Eccle. 37.

Philippus primo a xpo uocatus.

Moses dupliciter de xpo scripsit

Non

Non auferetur, inquit, sceptrum de Iuda, donec ueniat qui mittendus est: & ipse erit expectatio gentium. Iterum. Salutare tuum expectabo dñe. Alibi quoq; scribit deum dixisse ad Abraam. In semine tuo benedicentur oẽs gentes. Secũdo, de ipso xpo prophetando, ut cũ ait in Deuteronomio. Prophetam suscitabit uobis dñs de fratribus uestris, tanq̃ meipsum audietis. Quod aũt prophetæ scripserint de Christo, nõ oportet speciali testimonio cõprobare, cum certum sit ẽt secundum Iudæorum magistros, oẽs prophetas loquutos fuisse super dies Messiæ. Propter quod in Actis apostolorũ Petrus testatur, q; omnes prophetæ à Samuele & deinceps annunciauerũt dies istos, uidelicet tempus gratiæ. Hinc Christus dicit in Luca. Oportet impleri omnia quæ scripta sunt de me in lege, & prophetis, & psalmis.

Deute. 18.

Acto. 3.

Luc. 24.

Et si dicas, Philippus fuit discipulus Ioannis, eruditus in prophetis, uel satis illustratus à spiritu sancto, cur igitur credidit Christũ esse filium Ioseph sponsi Mariæ uirginis? Dicendũ est, scd'm opinionem uulgi ipsum fuisse locutũ. Vel quia nundum illuminatus erat aliquo horũ putauit sicut & cæteri q Iesus esset conceptus de uiro. Nec mirũ si ignorasset xpm esse filium uirginis, cũ Ioannes euangelista usq; post resurrectionem xpi, nescierit ipsum resurrecturũ à mortuis. Immo apostoli communiter ignorauerunt q xps, occidendus esset ab impijs, licet prophetæ id apertissime prænũciauerint.

Et dixit ei Nathanael. A Nazareth potest aliquid boni esse? Dicit ei Philippus. ueni, & uide. Augustinus ingenue fatetur Nathanaelẽ huiusce uerba nõ dubitatiue uel negatiue, sed assertiue dixisse. Tanq̃ diceret. Vtiq; a Nazareth Christum uenisse non est incredibile,

1. expositio August.

aliter sc&m Augustinum Christus non commendasset Nathanaelem dicendo. Ecce uere Israhelita in quo dolus nõ est. Proinde Nathanael fuit excel
Esa. 11. lens doctor in lege. Nouit igit̃ Esaiam dixisse. Qm̃ Nazareus uocabitur. Vbi.n. nostra translatio habet in Esaia. Egredieẽ uirga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, hæbraica ueritas cõtinet,
Opposita assertio Chrysosto. Egredietur uirga de radice Iesse, & Nazareus de radice eius ascendet. Chrysosto. uero appositum asserit Nathanaelẽ huiusce uerba negatiue dixisse, qñ non ignorauit ea quæ apud Michęam scribitur, Et tu Bethleem terra Iuda, nequaq̃ minima es in prin
Miche.5. cipibus Iuda. Ex te.n. exiet dux. &c. Puto tñ Nathanaelem hæc dixisse admiratione quadã, cupiẽs plenius certificari, tanq̃ diceret. Mirum est si de ciuitate illa tã uili, & modica, ortus sit Christus rex Israel. Dubitare.n. cœpit an ipse q nunciabatur esse Messias, q omnium consensu futurus erat a Bethleem ciuitate Iuda. Quod equidem uerũ est, sed
Christus à Nazareth et Bethleẽ oriundus. natiuitate. Verum erat insuper q̃ à Nazareth, sed conceptione, & educatione. Vnde & Nazarenus uocandus erat. Interrogauit ergo an à Nazareth posset aliquid boni esse, & tanti quidem, quantũ est Messias. Omne bonũ quod desiderari potest excedens. Ideo subditur. Dicit ei Philippus. Veni & uide. i. nolo ut uerbis meis ita absolute fidẽ adhibeas, sed accede ad Iesum, & experieris qui, qualis, & quantus sit, scies q̃ tunc me uerum dixisse. Vt aũt Iesus uidit Nathanaelẽ ad se uenientem cũ Philippo, coram astantibus ipsum pulcherrime commendauit, etiã ipso præsente & audiente. Qui tante perfectionis fuit q̃ Christus nouit sibi non obesse, ut in sui præsentia, ipsum laudaret. Ideo subdit euangelista. *Vidit Iesus Nathanael uenientem ad se, & di-*

cit de eo. Ecce uere Israhelita in quo dolus non est. Dicit ei Nathanael. Vnde me nosti? Respondit Iesus & dixit ei. Priusquam te Philippus uocaret, cum esses sub ficu uidi te. Iuxta doctri Roma. 9
nam apostoli Pauli ad Romanos & Galathas, qui Gala. 6. 4
dam sunt filij Abrae scd'm carnem, q non reputā-
tur in semine, qa non sunt digni uocari filij Abrae; 2.Co.3.10.
fidem & religionem ipsius minime sequētes: Vt Iudaei increduli & peruersi. Alij uero sunt filij Abrahae spirituales per fidei immitationē, qui uere filij Abrahae dñi: quales sunt omnes Iudaei ad fidē Christi conuersi. Omnes quoq; gentiles. electi tempore gratiae. Sic quidam sunt filij Israel scd'm carnem tantummodo. Alij scd'm fidem & gratiam. Non primi sed secundi sunt uere Israhelitae. Videlicet omnes electi, Deū fide formata ac lucida intuentes. Electi quoq; Iudaei sunt filij Abrae & Israel scd'm carnem & spiritualē immitationē. Inter quos precipue fuit foelix iste Nathanael, qui immitatus est beatissimū patriarchā Iacob, deum fideliter contēplando, misteria Christi sapienter intelligendo, & conuersationē uirtuosam ducendo. Verus Israhelita merito dici potest, cui tā singulare atq; magnificum testimonium phibuit, filius dei. Vnde & subditur. In quo dolus non est. De xpo testati sunt Isa-

Filij Abrahae & Israel, alij secundū carnem, alij secundum spiritum

Esa. 53.
ias & Petrus q non est inuentus dolus in ore eius. 1. Petr. 2.
Quantus ergo fuit iste Nathanael, quem Christus eisdem uerbis commendare uoluit, qbus ipse prophetico fuit ore laudatus, apostolicoq; commendandus. Non itaq; fuit fraus, simulatio, hyppocrisis, circunuentio in isto Nathanaele, sicut cōiter in alijs Scribis. Nouerat quippe hic sanctus Nathanael q simulatores & callidi prouocant iram dei.
Et q teste Esaia fraudulenti uasa sunt pessima. Im- Iob. 36.
mo iuxta Malachiam prophetā maledicti & do- Esa. 32.

losi. Siquidem uirum sanguinũ & dolosum abominabitur dominus. &c.

Et dicit ei Nathanael. Vnde me nosti? Non solũ scd'm faciem, sed scd'm cordis interiora quis tibi hæc reuelauit de me? Nam qs scire potest qd agatur in homine, nisi spiritus eius, & ipse deus, & qui illuminatur à deo? Rñdit Iesus & dixit ei. Priusq̃ te Philippus uocaret ut uenisses ad me, cum esses sub ficu, ubi te Philippus inuenit, allocutusq; fuit, dicendo me esse Messiam à Mose & prophetis prenuntiatũ, uidi.i.cognoui te, & secreta cordis tui perspexi. Locus.n.in quo Nathanael erat sub ficu immediate anteq̃ fuerit repertus à Philippo, erat tali, seu tãto interuallo segregatus à loco in quo erat Iesus, ut nõ potuerit corporeis oculis uideri ab ipso. Quamobrẽ hoc miraculo manifestat se Iesus. Manifestat insuper explicando locũ in quo tũc tẽporis erat.s.sub ficu. Id.n. explicat ut ex hoc testimonio explicati loci cognoscat Nathanael uerum esse qd' tunc uiderit illũ Iesus. Philippus siquidem non poterat hoc retulisse, qa simul uenerant ad Iesum. Et uenientibus adhuc illis, incepit iste sermo. Vnde & Nathanael cognouit miraculose se uisum à Iesu, ex eo q̃ audiuit locũ determinatũ.s.sub ficu.

Nathanael miraculose fuit cognitus à Christo.

Ideo, *Respondit ei Nathanael, & ait. Rabbi tu es filius dei, tu es rex Israel. Respondit Iesus & dixit ei: Quia dixi tibi, uidi te sub ficu, credis, maius his uidebis.* Qm̃ Nathanael erat legis doctor eximius, scrutabat̃ scripturas de xp̃o & prophetas qui manifeste describunt xp̃i diuinitatem, dicente Hieremia. Hoc est nomen qd' uocabunt eum, dñs iustus noster. Quod scd'm hæbreos est nomen tetragrammaton, uidelicet quattuor litterarum, qd' soli deo conuenit. Cui Esaias arridet. Vocabitur inquit nomen eius admirabilis consilia

Hiere. 33

Esa. 9.

rius, deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. &c. Quocirca nonnulli arbitrantur Nathanaelem non existimasse Mesiam purũ hominem atq; tẽporaliter regnaturũ, sicut nunc somniant ob tenebras Iudæi, sed uerum deum & hoĩem. Aliĳ uero affirmant ipsum dixisse, tu es Mesias. Non ut confiteretur ipsum uerũ deum, sed filium dei, adoptione præcipua. Talem.n. expectabant Mesiam omnes iudæi tẽpalem regẽ futurum. Et hoc quidem modo uidet̃ loqui iste Nathanael, quia adhuc non habebat perfectã cognitionẽ de xp̃o. Propterea cũ dixit, tu es filius dei, non fuit confessus eius diuinitatem, sed hanc filiationẽ intellexit, per quandã gratiæ excellentiam, ut Chrysosto. aperte testatur dicens. Quod adhuc credens esse sapientem qui ex aliqua reuelatione dei secreta nouerit, cõfitet̃ eum esse filium dei, non per naturã, sed per adoptionis grãm. Quia adhuc non erat plene illuminatus de fide trinitatis. Dñs autem per ipsius mentis eleuationem docet eũ ad maiora peruenire. s. ad diuinitatis suę cognitionẽ per angeloꝝ obsequium sibi tanq̃ superiori exhibendũ. Nulla.n. creatura est supra angelicam naturã, nisi diuina. Et hoc est quod dicitur. Rñdit Iesus & dixit ei. Quia dixi tibi, uidi te sub ficu, credis me esse xp̃m quantũ ad excellentiam gratię. Maius his uidebis, cognoscendo uirtutem diuinę substantię. Vbi Chrysosto. quasi dicat dñs. Magnum tibi uisum est hoc esse qd' dixi, & propterea me regem israel confessus es. Quid igit̃ dices, cũ maius uideris? Quid autẽ sit hoc maius, ostendit subdens. *Et dicit eis. Amen amen dico uobis, uidebitis cœlum apertum, & angelos dei ascendentes & descendẽtes supra filium hominis.* Philippo & Nathanaeli loquitur xp̃s cum dixit. Amen amen dico uobis. i. ue

Nathanael an cognouit Mesiam esse uerũ deum.

Nathanael cõfessus est mesiã esse filium Dei, nõ natura sed gratia

re & fideliter. Et quia dupplicatur, signum est maxime certitudinis & firmitatis. Videbitis coelū apertum, & angelos dei ascendentes & descendentes supra filium hominis in obsequiū deitatis, in humana latentis natura. In passione.n. apparuit angelus de coelo confortans eū, & in resurrectione uisi sunt angeli circa sepulchrū eius. In ascensione quoq; astiterūt angeli tanq̄ duo uiri in uestibus albis. Sed & ante hoc accesserant & ministrabāt ei, ipsiusq; natiuitatem euangelizarunt. Vbi Chrysosto. Vide qualiter paulatim eū a terra subducit, & facit q nō ultra ęstimet eū hominem solum. Cui.n. angeli ministrant, quomodo homo purus esse potest? Per hoc igitur suadet se esse angelorum dominatorem.

Quomodo uisi sunt angeli in obsequiū Christi.

Nota dictum Chrysosto.

Sed hic non modica cōsideratione animaduertendum est, q aiste Nathanael doctissimus & peritissimus erat in lege, noluit eum dn̄s in Apostolus cū alijs eligere, nec ēt Nichodemum de quo infra dicet, eo q ipse peritus & doctus esset, ne propter eorū sapientiam se electos dicerent & p̄sumerent. Voluit.n. xp̄s apostolos primos ecclesiæ fundatores, ydiotas & simplices hoies eligere, ne doctrina fidei & prima hoium conuersio humanæ sapientię ascriberetur, sed diuinæ. Hoc etiam ideo fecit, & infirma mundi elegit, ut mundū, sapientes, & fortia quęque confunderet. Fuerunt tn̄ Nathanael & Nicodemus, à principio ad fidem uocati, ne doctrina fidei quasi à solis simplicibus recepta contemptui haberetur, & ne si à principio omnes fuissent simplices ex opposito crederētur per ignorantiam decepti. Postq̄ uero fides catholica radicata fuit, Paulus ad Apostolatū eligit, quāuis litteratus esset. Per Andreā ēt & Philippum qui à xp̄o edocti de salute fratrū suorū solliciti fuerunt: Desi-

Cur xp̄s non elegit Nathanaelem & Nicodemū in discipulos.

gnantur illi q proximos suos ad sequelā xpi inducunt & alliciunt. Deinde regressus est Iesus cū Philippo in galileā, & ueniens Nazareth ad matrem suā cū indicibili gaudio receptus est. Et nota q̄ à baptismate usq; ad nuptias nihil aliud legit̃ xp̄m fecisse, nisi qđ legitur de ieiunio in deserto, de tentatione à diabolo, de testimonio Ioannis baptistę, & de prima discipulorum uocatione, uidelicet ad Christi cognitionē, de ipsorumq; conuersione. &c.

De nuptijs Ioannis in quibus Christi conuertit aquam in uinum. Cap. XXII.

E*T die tertia nuptiæ factæ sunt in Chana galileæ, & erat mater Iesu ibi.* In hoc nuptiarū euangelio septem sunt p̄cipue considerāda. Primo, quo tp̄e, huiusce nuptię celebratę fuerūt. Secūdo, cuius fuerunt hæ nuptię. i. q fuerit spōsus. Tertio, q ad has nuptias fuerūt inuitati. Quarto, cur xp̄s his nuptijs uoluit interesse. Quinto, qūo nuptiæ in utroq; testamēto laudabiles fuerunt. Sexto, an matrimonium sit sacramentum. Septimo, qualiter nuptiæ spirituales celebrantur. *Septē consideranda in hoc euāgelio.*

Quantū ad primū dicit euāgelista. Et die tertia, non post discipulorū uocationē, uel postq̄ exierat de iudęa & fuerat cū Ioāne, sed ut tertia dies dicat ordinem & merita factorū xpi. i. in una & eadē die scđm trinā annorū reuelationē. Verbi grā tredecima die natiuitatis xp̄i, hoc est die sexta ianuarij adorauerūt Magi nouū regē. Eadē die, transactis triginta annis baptizatus est xp̄s. Eadē die anno uno reuoluto, aquā mutauit in uinū. Augušt. & Chrys. in eadē sunt sn̄ia, ut putēt xp̄m tredecim iā dies na- *Die tertia, qūo interpretatur.*

tũ adoratũ a Magis, & deinde post annos triginta baptizatũ. Cumq; annorum esset triginta unius & dierũ tredecim, ex aqua demũ fecisse uinũ. Sed si ita esset, sequeret xp̃m duos tm̃ annos cum dimidio publice p̃dicasse, deinde mortuũ fuisse. Ideo doctores & ferę oẽs cum dicant xp̃m annos tres & dimidiũ prędicasse, consequenter asserunt eũ anno ętatis uigesimo nono baptizatũ esse, & tricesimo p̃inde miraculũ illud fecisse. At quocunq; modo res se habeat cũ annis illis q̃ a nobis huc parũ deseruit, ẽt parũ curare debemus. Satis est nobis hoc scire tria illa maxime & insignia & memorãda facta uno & eodẽ die, licet ãnis cõtigisse diuersis. Et ita catholica firmiter credit eccl̃ia, sicut in illa die canit. Hodie cœlesti spõso iuncta est eccl̃ia, hodie in iordane lauit Christus nostra crimina, currũt cum muneribus Magi ad regales nuptias, & ex aqua facto uino lætant̃ conuiue. Ideo Epiphania, Theophania, & Bethphania, dici solet. &c.

Vno & eodem die, tria mirabilia facta

Quantũ ad scd̃m. s. cuiusce fuerint nuptię, licet nõ exprimat textus, cõiter tñ earum spõsus fuisse creditᷣ Ioãnes euange. sicut scholastica docet historia. Et ipse Hierony. in p̃logo sup Ioannẽ dicit. Hic est Ioãnes euãge. unus ex discipulis dñi, q uirgo a deo electus est, quẽ de nuptijs uolentẽ nubere uocauit xp̃s. Idem ẽt testat̃ Aug. in exordio sup eundẽ Ioannẽ. Iste ing̃ens est Ioãnes quẽ dñs de fluctiuaga nuptiarũ tẽpestate uocauit, & cui matrẽ uirginẽ, uirgini cõmẽdauit. Quod si ergo Ioannẽ a nuptijs uocauit xp̃s q tñ in nullis nisi istis nuptijs fuisse legit̃, utiq; hinc euidẽter colligit̃ has ipsas Ioan. fuisse nuptias: ad quas ẽt inuitata est Maria tanq̃ ex cognatis eius generis proxima. Soror. n. erat matris Ioannis. Sed & qua semper fuit honestate & conuersatione sanctissima, ad nuptias illas nõ uenisset, neq;

Ioan. sponsus harum nuptiarũ.

Ioan. fuisse spõsum ostenditur pulcherrime.

se multitudini hominũ adiunxisset, nisi sponsus sibi fuisset sanguinis coniunctione proximus. Sicut & cognatã suam uisitauit Helisabeth, quãuis frequentius uideri in publico ei displicebat. Sola.n.in intimis (ut ait Ambrosius) penetralibus uersabatur, magisq; in solitarijs locis orationi dedita morabatur. Sed nonnulli obijciunt dicentes. Ioãnes iam a Christo uocatus fuerat ad apostolatum, scriptũ est autem, Nemo ponens manum ad aratrum & retro respiciens, aptus est regno Dei, de uxore & coniuge cogitans. At hi decipiuntur, & nihil omnino probant, quia falso innituntur fundamento nuptias uidelicet post apostoloꝶ uocationem fuisse celebratas. Quæ nuptiæ nimirum multo antę sunt habitę. Nondum Ioãnes baptista carceri fuerat mancipatus, cuius rei id magnum est argumentum. Adhuc Ioannes euangelista discipulus erat, Ioannis baptistæ: nondum uocatus fuerat ad apostolatũ, sed tantum ad Christi cognitionem, una cũ Andrea, Philippo, & Nathanaele, ut ante dictum est. Ideo sanctissimis illis doctoribus, Augustino & Hieronymo, magis credendũ est. Qui nisi hoc ipsum ex uetustioribus accepissent, nõ illud utiq; adeo confidenter scripsissent. Quod si ita est sicut equidẽ credendum est, funditus corruit id nostroꝶ recentioꝶ hęreticoꝶ figmentum, dum pertinaciter negant illud ecclesię statutum, licere ut coniugum alter post coniunctionem etiam solemnẽ in facie ecclesiæ factam anteq; tamen matrimonium sit cõsumatum, dimisso altero possit monasterium ingredi, habitumq; & uitam religiosoꝶ suscipere. Siquidem id ipsum plane Christũ hic cũ Ioanne fecisse cõstat, eum ab institutis iam nuptijs euocando. Quod & deinceps in alijs factũ est. Et sic bene, equissimeq;

Obijciunt Hæretici.

Hæreticorum obiectio soluitur.

De conuersis post coniugiũ statutum.

sanxit ecclesia constitutionem illam, quã nuperrime Lutherani dirimere nituntur. Et si quæras quid sint, & cur dicantur nuptiæ, dicendum est, nuptias a cooperiendo uultum & caput .i. obnuendo antiquitus appellationem accepisse. Cuius exemplum & typum habes Rebeccam quæ iam desponsata Isaac, uiso sponso sibi obuiante, descendens de camelo, tollensq; cito pallium suũ operuit se. Quem morem in hunc usq; diem insequũtur iudæi. Nunc uero eodẽ manente uocabulo, neq; tam antiqua significatione mutata, sed alia adiecta ex usitato more loquendi nuptiæ dicuntur esse splendidi pro nuptijs comestibilium apparatus, seu conuiuium uel solemnitates quæ fieri solent in copulatione uiri & mulieris. Et hæ quidem nuptiæ hominibus conceduntur, primo ad peccatum uitandum, ideo consulit Apostolus propter periculum fornicationis, ut iuuenes mulieres nubant, dicens. Volo autem iuniores nubere. Et alio ĩ loco. Melius est nubere ꝗ uri. Secundo, ad simul habitandum. Nam per duarum personarum nuptias ꝗ plurime personæ simul ligantur, sociantur, & per dilectionẽ uniuntur. Vnde Iacob uocatis multis amicorum turbis ad conuiuium fecit nuptias. Tertio, ad mundum propagandum. Quamobrẽ Apostolus hos reprehendit, qui prohibent nubere, &c. Ideo dicit euangelista. Nuptiæ factæ sunt in Chana galileæ: Quoniam duas ciuitates doctores asserunt appellari Chanas. Propterea ad differentiam alterius Chanæ, adiunctum est galileę. Et est (ut dicit Hieronymus) in tribu Asser in galilea gentium. Vel ut nonnulli fatentur, nuptiæ celebratę sunt in Chana .i. in quadam uilla prouinciæ galileæ.

Gen. 24.

Quid sint nuptiæ, & unde dicãtur.

1. Thim. 5.

1. Cor. 7.

Gen. 29.

1. Tim. 4.

Quantum ad tertium, uidelicet qui ad nuptias

fuerint inuitati,iam euãgelium Mariam,Iesum,discipulos uocatos fuisse testat. Vbi Chrysostomus inuitatam esse Mariam dicit, non ut matronã magnificam,sed ut ex propinquis cognatam,similiter & Christum. Iam.n.supra diximus Ioannẽ sororis Marię filium fuisse. Inuitari autẽ solebant matronę etiam honeste,quæ sponsę assisterent,ut ea ex illis & egregiam disciplinam & honestissimos quosq; adisceret mores. Qui nunc quoque in multis locis mos obseruari solet,ut mulieres natu grandiores, nõ iuuenculę collocentur ad spõsam. Merito itaq; inuitata est etiam Maria cũ & speculum esset omnis honestatis & ultro amicis seruire parata, semp fuerit. Sicuti cũ festinatione abijt in montana ut seruiret Elisabeth. Et si hæretici dicant,quomodo hic Christus cum suis discipulis ad nuptias inuitatus fuisse dicatur, cum iam pauloante dictũ sit nuptias istas ante apostolorũ uocationẽ esse factas. Dicendum est,uerum esse has nuptias ante apostolorum uocationem celebratas,sed iam cũ quibusdam cõsuetudinem contraxerat Christus: puta cum Andrea,Philippo,Petro, & Nathanaele. Neminẽ tamen illorum etiam uel in apostolorũ,uel in discipulorũ numerum assumpserat. Et q hic discipuli appellantur,illo more fit loquendi quo dicimus apostolum Paulum in Tharso Ciliciæ esse natum,neq; enim tunc iam erat Apostolus. Ita discipulos inuitatos ad nuptias cum audimus,nõ iam discipulos, sed qui futuri erant discipuli, intelligere debemus. Quemadmodum Augustinus de cõsonantia euangelistarũ lib. secundo cap. xvij. pulcherrime testat.

Cur Maria inuitata fuit ad nuptias cũ xpo.

Obiectio hæreticorũ soluitur.

Cur xps voluit nuptijs interesse.

Quantũ ad quartũ, Christus uoluit his nuptijs interesse, multis ex rationibus. Primo, ut laudabilẽ consuetudinem quæ habet uim legis, qua consan-

guinei & uicini tendunt ad nuptias cognatorum ac uicinorum suorum, approbaret. Secundo, ut ipso suo exemplo matrimonium confirmaret. Nouerat .n. iam tunc (ut ait Augustinus) uenturos quosdã qui parum honestas nuptias nec satis bonũ iudicarent esse matrimonij statum. Cum tamen contrarium huius adeo sit uerum, ut & coniugium ex Deo & quælibet coniugum separatio existat, & proficisca-

Cõtra prohibẽtes cõiugiũ, xps et Paulus. tur ab auctore diabolo. Itaq; ut matrimonium uerum esse probaret, ipse sua pręsentia nuptias honestauit Christus. Et quemadmodũ in paradiso iam creato homine primum instituit matrimonium, ita cũ redimendo uenisset homini natus homo primũ suũ uoluit in nuptijs edere miraculum. Futuros aũt qui coniugium prohiberent iam olim Paulus habuit ex spiritusancto & pręsciuit, cũ diceret. Spiri-

1. Tim. 4. tus manifeste dicit, quia in nouissimis temporibus discedent quidam a fide attendentes spiritibus erroris & doctrinis dæmoniorum, in hyppocrisi loquẽtium mendacium & cauteriatam habentiũ suam cõscientiam, prohibentium nubere. Venisse etiam illos deinceps testatus est ex multis Augustinus de Tacianis & Adamitis. Quem errorẽ sua Christus in nuptijs pręsentia satis confutauit, & priusq; ueniret iam sustulit. Volens ita huiusmodi suorum miraculorum initio conuersationis nostræ secundum carnem sanctificare exordium. Tertio, Christus uoluit his nuptijs interesse, ut occasione futuri defectus operaretur miraculum, ad proprię maiestatis declarationem & discipulorum suorum confirmationem. Quarto, ut nepotem suum Ioannem a statu coniugali ad statum sublimiorẽ uocaret. Vnde & pro lege seruatur, ut uterq; coniugum libere possit religionem intrare, matrimonio nondum consuma-

to, ut supra dictum est. Ideo subdit euangelista. *Vocatus est autem & Iesus & discipuli eius ad nuptias. Et deficiente uino dicit mater Iesu ad eum. Vinum non habent.* Nō casu, nec fortuitu accidisse putandū est, ut dño ueniente ad nuptias uinum deficeret, sed eo magis ut occasio miraculi fieret. Cuius miraculi beata uirgo potissima fuit causa. Et si quæras, qūo succurrit uirgini matri & in ipsius mentem uenit, ut peteret a filio suo miraculum fieri, cū antea ab eo nullum uidisset. Respondendum est, q uirgo Maria id petijt edocta a spiritu sancto, sicut cum Petrus claudum sanauit, Ananiam quoqꝫ & Saphirā subita morte afflixit, Eneam paraliticū uiribus & saluti restituit, ipsamqꝫ adeo Thabitam resuscitauit a morte, &c. Non utiqꝫ huiusce miracula operatus est temeritate aliqua & p̄sumptione, sed monitus a spū sancto. Hinc fit ut cōmunis hæc sit sententia, neminē sanctorum aliquod fecisse miraculum, nisi p̄uia motione spiritussancti, alias sane extremæ esset temeritatis, hominem tantum sibi arrogare gratię diuinitus, ut claudo diceret, surge & ambula, illeqꝫ sanatus exiret, nisi ibi p̄curreret certa q̄dam interna promissio a spiritusancto proficiscens, a quo tandē confidentiam ille sibi sumeret, miraculum operari. Quemadmodū igitur nullum omnino sancti Dei fecere miraculū nisi inspirante spū sancto, multo minus Maria miraculū a Christo petijsset, nisi monita fuisset a spūsancto. Vnde intelligens sancta Dei genitrix iam tempus perfectę ætatis quo per miracula Xp̄s seipsum Deum mundo innotesceret, & nō filius Ioseph, sed Dei & Marię uirginis crederetur, ait, Vinū non habent. s. ad sufficientiam. Quasi dicat: Fili mi uinū hic deficit. Solum insinuat defectum nihil petens, sciens q amanti sufficit solum absqꝫ ulla peti-

Vini defectus.

Cur uirgo Maria petijt miraculum fieri.

Act. 3.5.9.

Ex spū sancto Maria petijt miraculū fieri.

tione necessitatē insinuare. Ideo nō dicit, da eis uinum, ut reuerentiam filio seruet, & in liberalitate filij, misericordiaq; spem ponens, tantum defectum proponit. Ex corde.n.pijssimo uoluit puenire defectum, ne confusio appareret. Plena quippe spiritu sancto, iam tunc illud miraculū puidebat, quod filius eius facturus erat, igitur ut faceret admonebat. *Et dicit ei Iesus. Quid mihi & tibi est mulier? Nondum uenit hora mea.* Hæc respōsio Christi q̄ difficultatē quandā habere uidet̄, multipliciter exponitur. Primo, qm̄ dura uidetur ista responsio, Manichęus dixit Xp̄m nō fuisse uerum filium Mariæ, nec uerū corpus, sed fantasticum habuisse. Ideo dixit. Quid mihi & tibi est mulier? Quasi diceret? Nihil ex te habeo, carnē nullam, nullumq; sanguinē. Qui sensus falsus est, & hæreticus. Idem.n. euangelista qui uerba hæc Xp̄i descripsit, ad Mariam in eodem hoc capite dicit. Erat mater Iesu ibi. Si itaq; mater eius illa fuit, & si ex ea natus est iuxta angeli uerbum, carnem etiam ex ea habuit & sanguinem. Frustra quoq; fuisset q̄ mulier de turba extolleret uocem dicens. Beatus uenter qui te portauit, & ubera quæ suxisti, si Maria non uera mater eius fuisset, sicut ibidem in homilia subtiliter arguit Beda. Augustinus catholice & subtiliter illam particulam exponit dicens. Facere miracula cōpetebat Xp̄o secundum diuinā naturā, quā a matre non habuit. Ideoq; p̄dicto modo respondendo matri ostendere uoluit, q̄ in hoc nō tenebatur ei obedire. Ideo dicit. Quid mihi & tibi est mulier? Ideſt nihil cōmune est mihi & tibi, cuius uirtute tenear miracula facere. Id.n. conuenit mihi rōne diuinæ naturæ quā nō sumpsi ex te. Quā obrē ad opera supnaturalia facieda nō cogor tibi parere. Nondū uenit hora mea.i. tēpus p̄secutionis

Prima expositio Manichæorū.

Beda cōtra Manichæos

Augus. expositio.

& passionis,in quo agam & patiar q̃ mihi conueniunt ratione naturæ ex te sumptæ. Et tunc sollicitus ero de te,cõmittendo te discipulo p̃dilecto.

Bernardus asserit Christũ huiusce uerba dixisse magis ad instructionẽ nostrã, ideo Xp̃o loquitur dicens. Quid tibi & illi dñe? Nonne ꝙ filio & matri quid ad illam pertines q̃ris,cum sis benedictus fructus uentris sui imaculati. Nõne ipsa est q̃ saluo pudore cõcepit,& sine corruptione te peperit? Nõ ne ipsa est in cuius utero nouem mẽsibus moratus es,cuius uirgineis uberibus lactatus es,cũ qua duodecim annoꝝ factus de Hierusalem descendisti,& eras subdit⁹ illi? Cur ideo dicis,Quid mihi & tibi? Multũ quidem p omnẽ modũ. Sed manifeste iam uideo ꝙ nõ uelut indignans aut cõfundere uolens uirginis & matris teneram uerecundiam, dixeris, Quid mihi & tibi cũ uenientibus ad te iuxta præceptũ eius ministris nihil cunctatus facias qđ suggessit. Vt quid ergo fratres,ut q̃d respõderat prius? Vtiq; propter nos & alios conuersos ad dominũ, ut iam nõ sollicitent carnalium curã parentũ, & ne cessitudines illę nõ impediant exercitium spirituale. Quamdiu.n.de mũdo sumus debitores nos con stat esse parentibus. At postq̃ reliquimus nosmet ipsos,multo magis ab eoꝝ sollicitudine liberati sumus. Optime ergo nos docuit dñs ne solliciti simus super propinquos carnis nostræ,plusq̃ religio postulet,quando ipsi matri & tali matri r̃ndit. Quid mihi & tibi est mulier? Sic & in alio loco cũ suggereret ei quidam, q̃m mater eius & fratres foris starent q̃rentes loqui ei, r̃ndit. Quæ est mater mea,& fratres mei? Vbi modo sunt qui tam carnaliter & innaniter super carnalibus propinquis suis solliciti sunt,ac si adhuc uiuerent,& ipsi cum eis.

Bernardi assertio.

Sollicitudo rerum tẽporaliũ fugienda.

Chryſoſtomus aliter exponit. Quid mihi & tibi eſt mulier? Ideſt in iſto quod petis a me fieri, non conuenis mecum quantum ad determinatã horã faciendi miraculum. Nec eſt tibi mecũ cõmune ſcire huiuſmodi horã. Nondũ uenit hora mea. i. adhuc nõ eſt tẽpus faciendi miraculũ mutationis aquę in
Chryſo. ex uinũ. Virgo nãq; beata ſecundũ Chryſoſtomũ ti-
poſitio. mens de futuro defectu uini & uerecundia ſponſi, non expectauit ut totaliter uino carerent, ſed deficiente uino pͥuenit, ne ſubſequeret̃ defectus, & dedecus ſponſi. Chriſtus uero ſciuit hoc nõ expedire, quia tunc miraculum fuiſſet minus notum & gratum. Quoniam ergo uoluit ſuam diuinitatem oſtẽdere, diſcipulorũq; fidẽ roborare, expectauit quouſq; totum uinũ deficeret, ut miraculũ magis gratum ueſcentibus, magis quoq; manifeſtũ pͥſentib⁹ fieret. Ideo dixit. Nondũ uenit hora mea. i. nondũ cognitus ſum pͥſentibus: nondũ ſciunt uinũ deeſſe. Sine id primũ intelligant, ſatis nõ eſt quod ſola referas. Mater es, & ſuſpitioſum miraculum faceres. Oportet primo ut indigẽtes rogent. Et qd plura?
Rogari Rogari uult Xp̃s, & qdem indeſinenter Deus, ut li-
uult deus, quet exẽplo Chananeę, q̃ dum oraret pro filia, nec
ut bona no tm̃ exaudire eam primũ dedignatus eſt dñs, uerũ
bis largia inſuper uerbis ipſam duris increpauit, dicens. Non
tur. eſt bonũ ſumere panẽ filiorꝝ, & dare canib⁹. Illa tñ dum pertinaciter inſtaret, magna & cõſtanti nõ deſinens orare fiducia, exaudita eſt tandem. Siquidẽ non ſemper ſtatim exaudit orantem Deus, ſed interdum quod petitur differt, ſicut hic. &c.

Aliter exponitur & forte clarius, & eſt germanus ſenſus. Quid mihi & tibi eſt mulier? Ideſt quid mea & tua intereſt defectus uini. Tu n. es mulier ac per hoc non tibi imputabitur defectus uini, nec

mihi,

mihi. Intereſt ſiquidē ſponſi prouidere, & non pertinet ad te quæ es mulier. Ideo huic prouidere deſectui, nec tibi nec mihi competit. Et hic eſt uerus ſenſus litteralis. Et nota ꝙ Maria mulier dicta eſt, non corrupta uirginitate, ſed appellatione gentis ſuæ. Mulieres.n. oēs fœminas illi appellauerūt proprietate hæbraice linguę. Et ſcd'm Origenem, congrue uocat Mariam mulierē pro ſexu & proprietate cordis per miſericordiam emolliti, qm̄ miſericordia emollita mollia ſenſit de nuptijs celebrantibus q' ex paupertate uini in proximo manifeſtāda, uerecundati fuiſſent. Sed addidit xp̄s. Nondū uenit hora mea. Ac ſi apertius dixiſſet. Quāuis ſit hora deficientis uini, adhuc tñ non eſt hora congrua operi meo miraculoſo, quia adhuc non defecit uinum, ut manifeſtet miraculum. Sumus omnino uoluntate concordes, quod ego uolo & tu uis. Subuenire uolo, & tu idem optas. Redimere uolo, & tu hoc affectas. Quod pro ſalute communi facere uolo, tu quoq; noſti. Sed nōdum uenit hora mea, tempus ſcilicet præfinitum à patre, ad id miraculum operandum.

Alius modus exponendi ad litteram.

Aliter etiam xp̄i reſponſio ſcd'm ſpiritualem ſenſum interpretari poteſt. Quid mihi & tibi mulier? Quid mihi deo & homini? Et tibi homini ſoli? Quid mihi creatori, & tibi creaturæ? Quid mihi ęterno, & tibi ex tpe enti? Nulla permixtio aut comiſtio creaturarū: Vnio tm̄modo eſt diuinæ & humanæ naturæ, cuius thalamus tu fuiſti. Quid igitur mihi & tibi? Nondū uenit hora, ut mea diuinitas ſit aperta. Quaſi diceret. De his quæ dei ſunt & ad deum pertinent, non ſit humana mens ſollicita, cū deus illa ſuo tpe facturus ſit. Quemadmodū alibi dixerat xp̄s matri ſuæ & Ioſeph. Quid eſt, ꝙ me

Expoſitio ſexta.

quærebatis? Nesciebatis quia in his quæ patris mei sunt oportet me esse? Proinde, quid ad te, si uinum terrenũ non habeant, cum cœlestes nuptiæ fient? Tunc uinũ cœleste habituri sunt. Sed nondũ uenit hora mea. Nondũ uenit hora nuptiarũ mearum, cũ sponsam meã, meo sanguine redemptã atq; purificatam accipiam. Et uino charitatis æternę potabo eam, quod in hoc mundo sanguis meus est, & calix preclarus amore inebrians. In altero aũt indeficiens gloriæ pabulũ, & ab ubertate domus dei iã manifestata in gaudio æterno inebriatio. Quod in his nuptijs uinũ optimum in fine positum est, hoc designat q; hæ nuptiæ præsente Iesu, & matre eius factæ, diuinas figurabant nuptias ubi in fine optima reseruantur. Ideo subdit euangelista. *Dicit mater eius ministris. Quodcunque dixerit uobis facite.* Nouerat enim ipsa sacra dei mater animi filij sui mitissimã benignitatẽ. Nouerat ẽt q; omnes qui spem suam & consolationem reponit in deo, certum solaciũ sueq; petitionis impetrabit effectũ. Sicut de susanna Daniel inquit. Erat cor eius fiduciam habens in dño. Et exaudiuit dñs uocẽ eius. Dauid quoq; cęcinit. Iunior fui, etenim senui, & non uidi iustũ derelictum. s. in finẽ. Conuertit aquam tribulationis in uinũ consolationis & solatij. Qua de re egregiũ habet prouerbium Sapiẽs. Respicite filij nationes hoium, & scitote qa nullus sperauit in dño & confusus est. Quis. n. permãsit in mandatis eius, & derelictus est? Aut quis inuocauit eum, & despexit illum? Sciebat hoc ita esse sanctissima uirgo, ideoq; seruis cõmisit ut quicquid iuberet dñs, facerent illi. Et merito quidẽ id ita seruis cõmisit Maria uelu ti certa de eo qđ facturus esset xp̃s, in nullo eã derelicturus, q̃m in nullo sacrarum litterarum loco

Duplex uinum, terrenum, cœleste.

Spes & fiducia in deo ponenda.

Dan. 13.

Eccli. 2.

compérimus illum quicquam denegaſſe matri.

Ex hoc autem loco argumentum ſumere debemus eximiæ pietatis, benignitatis, & promptitudinis, quam gerit in nos ipſa ſanctiſsima uirgo, in cœlis glorioſa reſidens, ut noſtræ ſuccurrat neceſsitati, & condeſcendat indigentiæ. Si.n. in terris poſita & adhuc conſiſtens tantam geſsit ſollicitudinẽ & curã, ut ſuccurreret defectui uini, tum in nuptijs inſtanti, nonne lõge potius, nunc uiſcera miſericordiæ ſuę in nos filios ſuos extendet, & per ſuffragia ſua apud filiũ inopiam noſtrã ſubleuabit & fragilitatem? Propterea iugiter debemus patrocinium eius implorare, & ad eam tanq̃ matrem noſtram pientiſsimã in omni neceſsitate & anxietate confugere. Errant igitur recentiores hæretici dũ reijcere ſanctiſsimæ illius uirginis diuorumq́; oium interceſsionem conantur. &c. *Erant autem ibi lapideæ hydriæ ſex poſitæ ſecundum purificationem Iudæorum, capientes ſingulæ metretas binas uel ternas. Dicit eis Ieſus. Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas uſque ad ſummum.* Hydriæ lapideæ erant ibi inquit euangeliſta. i. urnæ ſeu uaſa apta ad receptionẽ aquæ ſcd'm purificationem Iudæorũ. i. ſcd'm conſuetudinem, ritum, ſeu obſeruationem, quã habebant Iudæi in purificando, ſeu lauando ſeipſos, & utenſilia ſua. Qm̃ aliquã immunditiam incurrebant, ſcd'm legem, uel ſcd'm ſeniorũ ſuorum traditionem. Habebant.n. conſuetudinem ex mandato patrũ frequenter lauandi manus, & uaſa ac cætera multa. Propter quod hydrię ibi poſitę erant, ut haberent aquam in promptu. Vnde legitur in euangelio Marci φ phariſæi & omnes Iudæi niſi crebro lauent manus, non manducant, tenentes traditionem ſeniorum, & à foro uenientes, niſi baptizentur non comedunt. Et alia multa ſunt

Quo uirgo Maria eſt aduocata noſtra in cœlis.

Hydrijs cur utebãtur Iudæi.

Marc. 7.

quæ tradita sunt illis seruare. Babtismata calicum, & urceoꝝ, & eramentorum, & lectoꝝ. Quelibet aut hydria capiebat metretas.i.mensuras decem, sextarioꝝ, binas uel ternas. Secundum Isidoꝝ, metreta est mensura continens decē sextarios. Sextarius uero, continet duas libras. Dicit eis.i.ministris Iesus, Implete hydrias aqua. Forsitan aliqd aquæ erat in hydrijs, quam sumpserant ad purificationē Iudæoꝝ, uel uasorum. Et impleuerunt eas usqꝫ ad summum, ita ꝙ plus capere nō ualebant. Quæ cū fuissent implete, aqua statim conuersa est in uinū diuina uirtute. Nec aliquibus uerbis usus est, sicut in trāsmutatione panis & uini in corpus & sanguinem suū, sed uirtute diuinitatis occulta id opatus est. Igi ur sine omni uerbo, sola dn̄i uoluntate in optimum uinum aqua conuersa est.

Quid metreta secūdum Isidorum.

Et si curiose quæras cur xp̄s in alijs miraculis usus est nunc uerbo sicut cū dixit adolescenti defuncto, Adolescens tibi dico surge, nunc fletu & lachrimis sicut in resurrectione Lazari quatriduanii, alias opere, sicut in cæco cui uisum restituens facto ex sputo luto, liniuit oculos, & cū surdo cuius aures tetigit expuens, &c. Modo uero in hoc miraculo sola usus est uoluntate. Dicendū ꝙ ratio reddi potest, qm̄ miraculum illud in lætitiam tm̄ exhibitum est, & exhilarationē conuiuarū. Christus quoque in hoc primo suo miraculo euidentius declarare uoluit filiū se esse conditoris oīum creaturarum, usurpans sibi officiū diuinū sola sua uolūtate miracula operando. Et si iterū quæras qua de causa xp̄s anteꝗ implerentur hydriæ, non fecit miraculū qđ longe fuisset admirabilius, perfectius ēt indicasset eius diuinitatem, cum deus omnia ex nihilo creauerit. Respondet Chrysostomus, aliud est subiectæ

Sola uoluntate diuina aqua conuersa est in uinum.

materiæ qualitatem mutare, aliud ipsam substantiam ex nihilo facere. Hoc profecto mirabilius est, non tñ ita credibile, & ꝙ tam facile potuisset multitudini persuaderi. Quotidie.n.huiusce miracula uidemus.s.animaꝶ & rerum creationem, & nõ miremur. Nam ministri q aquã hauserant testari quoque poterant, nec dolum subesse, nec fraudem. Sed nec magicũ quicq̃ hic usurpatũ. Aliam ẽt assignat rationem Chrysostomus.s.ut destrueret error manichęi, qui dicturus erat, mundũ & omnia quæ mũdi sunt a diabolo esse creata. Christus aũt palã insinuare uoluit unũ esse deum, & eundem cœli & terrę creatorem, omniumq; creaturarũ qui uites humectat, q aquã pluuiatilẽ p radices uitis cõuertit ĩ uinũ, qui modo in instanti idem opifex fecit in nuptijs. *Et dicit eis Iesus. Haurite nunc & ferte architriclino. Et tulerunt. Vt autem gustauit architriclinus aquam uinum factum, & non sciebat unde esset, ministri autem sciebant qui hauserant aquam, uocat sponsum architriclinus, & dicit ei. Omnis homo primum bonum uinum ponit, & cum inebriati fuerint, tunc id quod deterius est, tu autem seruasti bonum uinum usq; adhuc.* *Cur xp̃s non fecit uinum ex nihilo, sed ex aqua.*

Triclinium est locus seu domus sublimata ut Beda testatur, trino discumbentiũ ordine distincta. Videlicet in quo sunt tres ordines mensaꝶ. Et dicitur triclinũ a triplici ordine lectoꝶ super quos sedẽdo recumbentes comedebant. Cline.n.grecę, lectum latinę significat. Nam antiquitus in lectis sedentes, & accumbentes comedere solebant, ut ex labore fatigationis interim dũ cibus sumitur, membra quiescerent. Et ideo in scripturis, comedentes dñr accũbere, uel recumbere, seu discumbere, ꝙ est quasi iacendo comedere. Architriclinus uero est princeps triclinij.i. principalis & primus inter conuiuantes in triclinio. Et ut credibile est erat aliquis sacerdos *Triclinii quid sit, & unde dicitur.* *Architriclinus quid sit.*

illius temporis qui nuptijs intererat ad benedicendum & erudiendũ eos iuxta seniorum traditionẽ. Vel ut aliquibus placet, Architriclinus est dispensator ac ordinator conuiuij, magisterq́ domus. Voluit ergo dñs ut principalior inter conuiuas primo de uino illo gustaret, ut præsidentis sententia acceptabilior esset, & ex ipsius cõmendatione miraculum notius fieret. Vt aũt gustauit Architriclinus aquam uinũ factam. i. mutatam in uinũ, ignorãs unde esset. s. per xp̃i uirtutem, uocat spõsum, quasi ad arguendũ ipsum: & dicit ei. Omnis homo rationalis & prudenter agens, in principio bonũ uinũ apponit conuiuantibus, qa tunc sensus est uiuax, ut facilius bonitatem uini discernere ualeat. Et cum inebriati fuerint, tunc id quod deterius est apponit. Idest debilius & tenue ad mitigationẽ ebrietatis, quia tunc nescit sensus ita clare inter bonũ & deterius discernere. Tu aũt cõtra consuetudinẽ faciẽs, seruasti bonum uinum usq; adhuc, ideo imprudenter egisti. Sed ignoranter loquebatur. Ministri. n. q hauserant uinũ, illi & alijs miraculum promulgarunt, scientes qũo factum fuerat. Cõmendauit autem Architriclinus uini bonitatem, deinde oẽs simul commendauerunt miraculi nouitatem. Et nõ dubiũ quin melior erat mutati uini natura, q̃ nati. Rationem cuius reddit Chrysostomus dicens. xp̃i miracula ut quæ natura pfecta sunt, lõge pulchriora melioraq; reddantur, talia fieri debent, ipsaq; adeo membra distorta, natura ualidiora faceret sanando. Ita. n. cęci qbus uisum dñs restituit, acutius cęteris cernebant. Et sic de similibus. Quemadmodum hic ẽt cũ uino actum est, ut Architriclinus & sponsus testantur. Sunt quoq; qui asserunt Christum ob euidentiorem primi huius miraculi decla

Cur optimo uino utimur in principio mensæ.

Christus ex aqua, non tãtum uinum, sed uinum optimum fecit.

rationem ex aqua uinũ fecisse rubeum, sicut canit ecclesia. Aquæ rubescunt hydriæ. &c. *Hoc fecit initium signorum Iesus in Chana Galileæ, & manifestauit gloriam suam, & crediderunt in eum discipuli eius*. Potest hic quispiam dubitare, an mutatio aquæ in uinũ fuerit primum miraculum & initium signorũ Iesus, qm̃ ipse miraculose exiuit de utero uirginis, dicitur quoq; apparuisse tribus Magis in somnis, admonuisseq; eos ut per aliam uiam reuerterentur in terram suã, prędixit insuper Petro prophetice, Tu uocaberis Cephas, Philippum quoq; super naturaliter intus attraxhit ut sequęretur se, & Nathanael confessus est Iesum esse filium dei, tũ primo qm̃ secreta cordis sui agnouit, tum secundo, quia absentis uerba intellexit, & dixit. Antequã Philippus uocaret te, cum esses sub ficu uidi te. Eiq; prophetando prędixit. Videbis angelos dei ascendentes & descendẽtes super filium hominis. Quæ omnia humanæ naturæ facultatem transcendebant. Ieiunauit proinde saluator quadraginta diebus & noctibus nihil prorsus manducans. Rursus, cum esset Iesus annorum duodecim sedit in medio doctorum interrogans illos & audiens, cum tñ literas nõ didicerit. Et tam sapienter respondit, ut dicat euangelista. Stupebant omnes sup prudentia & responsis eius. Ad hanc difficultatem responderi potest, facultatem miracula faciendi habuisse Christum a principio conceptionis suæ. Cum autem asserit euangelista predictũ opus fuisse initium signorum dñi Iesu, non est sic intelligendum ante hoc signũ, Christum aliquem actũ supernaturalem non egisse, sed in aliis rebus opera supernaturalia non fecisse, quibus ratio miraculi pcipue cõueniat. Videlicet, put miraculũ dicit quodã opus euidens, ualẽs ad fidei

Cõtra hoc primũ xp̃i miraculũ instatur.

confirmationem. &c. Postremo subdit euangelista. Et crediderunt in eum discipuli eius, uidelicet Philippus, Andreas, Petrus, Ioãnes sponsus, & Nathanael, quos ad sui cognitionẽ uocauerat, & futuri erant discipuli eius, qui secũ fuerant in nuptijs. Firmiter namq; tunc crediderunt, q̃ missus esset a deo, & uerã doctrinã ac salutarem proponeret, atque diuina uirtute operaretur in omnibus. Viso illo primo miraculo mutationis aquæ in uinum.

Quantum ad quintũ, qualiter. s. nuptiæ in utroque testamento comendabiles fuerũt, De quibus ex supradictis doctrinam hmõi colligũt doctores sancti. s. honestũ esse & laudabile amicos, uicinosque bonos, inuitare ad nuptias, conuiuas ẽt recipe, & nonnunq̃ cũ eis lętari. Q̃m illud semp à pijs hominibus obseruatũ est. Et ab ipso adeo xp̃o q̃ non satis esse dixit, si ad nuptias inuitatus ueniret, nisi insuper in maiorem hospitum lætitiam, in uinum quoq; uerteret aquam. In uinum inq̃, non illud tenuæ, sed nobilissimum. Regnum insuper cœlorum comparauit Christus homini regi nuptias paranti filio suo, seruosq; mittenti, qui inuitatos uocarent. Ita fecit Raguel in nuptijs Thobiæ, duas pingues uaccas, & arietes quattuor occidi fecit, & parari epulas omnibus uicinis suis, cunctisq; amicis. De longe quoque ad nuptias suas inuitauit Thobias gabellũ ex ciuitate Rages, qui & uenit cum angelo Raphaele. Sed & Laban amicorũ turbam non modicam inuitauit ad nuptias patriarchæ Iacob cũ filia sua. Assuerus etiam rex, grande fecit conuiuium cunctis principibus & pueris ad nuptias Hester. Nec minus in scripturis fundamentũ est, eos q̃ ad nuptias uocati sunt, honestæ & splendidę uestitos esse debere, q̃ñ credendũ nõ est temere regem

Commendationes nuptiarũ et laudes.

Matth. 22.

Thob. 8.

Gene. 29

Hester. 2.

illum improperasse isti qui ad nuptias uenerat,uestem nõ habens nuptialem. Ita & Ioannes, Vidi in quit ciuitatem hierusalem, nouam descendentẽ de cœlo, a Deo paratam, sicut sponsam ornatam uiro suo. Sed & apud Esaiam, uiuo ego dicit dñs, quia omnibus his uelut ornamento uestieris, & circundabis tibi eos quasi sponsa. Et deinceps aliquanto apertius. Induit me dñs uestimento salutis, & indumento iustitiæ circundedit me. Quasi sponsum decoratum corona, & quasi sponsam ornatam monilibus suis. Ex his scripturis clare constat, sponsum & sponsam pro suarum fortunarum conditione, decenter & honeste uestiri debere, & ipsos quoq; hospites ad nuptias inuitatos, splendidius paulo uestitos esse oportere. Quemadmodum legimus, ꝙ cũ seruus Abraæ missus esset ut Rebeccam filio domini sui Isaac adduceret uxorem, prolatis ille uasis argenteis & aureis, ac uestibus dedit ea Rebeccæ pro munere. Fratribus quoq; eius, & matri, dona obtulit. Initoq; conuiuio, uescebantur & bibebant. Verum hæc quæ iam diximus de nuptialibus gaudijs omnia, de cibo & potu, de saltationibus, uestibus, & omni ornamentorum apparatu, intelligenda sunt cum sale, cũ mediocritate, disciplina, & temperantia. Non quemadmodum Epicurei in nuptijs faciunt, eas sua cõpotatione, & ebrietate, tantum dehonestantes. Nec nimius sit in uestitu apparatus, & plus pendeat sumptus in uestibus, quã facultas domus. Et in summa circũstantias illas quæ ad honorẽ & dignitatem pertinent, nõ decet excedere. Nec aliquo modo, Deum ad iram prouocare, sed illum præ oculis semper habere. Sicut factũ est in sanctissimis illis Thobię nuptijs, quibus honestum scriptura ꝑbet testimonium dicens. Acces-

Apoc. 21. *Esa. 49.* *61.* *Gen 24.* *Nuptiarũ apparatus, cum tẽperantia & disciplina.* *Thob. 9.*

ferunt ad conuiuium cũ timore domini,nuptiarum conuiuium exercebant. Factum id quoq; est,in augustissimo illo Assueri regis conuiuio, de quo sic

Hester.1. ait scriptura. Non erat qui nolentes cogeret ad bibendũ,sed sic rex statuerat,pponens mensis singulos de principibus suis,ut sumeret unisq; qđ uellet.

Quid sit matrimonium, uel coniugiũ. Quantũ ad sextum,an.s.matrimonium,pro quo nuptiæ celebrantur,sit sacramentum. Non est ignorandum q matrimonium uel coniugium,officium est naturę,mutuum obsequium,fęlicitas naturalis, ciuilis societas,insigne hominum bonum,pclarum Christianæ ecclesię sacramentũ. Nam pro his omnibus institutũ est,quamobrẽ ipsum esse sacramentum, septem rationibus pulcherrime ostenditur.

Primo, qm̃ illud a principio condictionis humanæ fuit a Deo inter primos parẽtes in statu adhuc innocentiæ constitutos, ordinatum, atq; institutũ propter triplex bonum. Scilicet ob mutuam societatem,mutuumq; amorem, ac mutuũ adiutorium & obsequium. Sine quibus nulla potest esse fęlici-

Prima ratio pro sacramento matrimonij. tas,qm̃ sine socio,nulla est iocunda possessio. Hæc enim tria bona sufficiunt ad uerum & perfectum matrimonium propter naturalem hominis fęlicitatem. Deinde benedicens ait illis. Crescite & multiplicamini,& replete terrã. Et ipse Adam de eiusdem coniugij societate,loquens ait. Adhuc innocẽtiæ stola decoratus. Relinquet homo patrẽ & matrem,& adhęrebit uxori suæ,& erunt duo in carnę una. Ecce coadhęrentiam,ecce cohabitationẽ,ecce indiuiduam consuetudinem uiri & uxoris eo testimonio stabilitam. Rursus,post inundationẽ aquarum diluuij super terram,postq̃ decreuerat,ac cessauerat illa gluuies,legitur Deum benedixisse Noe & filijs eius iam archa egressis,his uerbis,etiam in

exordio generis humani prolatis. Crescite & multiplicamini, & replete terram. Quibus propagatio filiorum per matrimonij consortium eis fuit indulta ad suscitandum nouo germine genus humanũ, quod penę diluuio pcedente, interierat. Fuit igitur illud antiquũ cõnubium benedictione domini firmatum. Benedictio aũt Dei non est sine gratia gratis data respectu irrationalium, uel gratũ faciente respectu utentium ratione. Quare, si matrimoniũ fuit a principio institutũ, cũ pręuia dei benedictione, nõ fuit alienum a gratia. Iccirco, ipsum fuisse sacramentũ consequens est, quod est signũ gratiæ. Gen.9.

Secundo, auctore Deo & directore, leguntur interdum fuisse contracta bonorum ac iustorum uirorum cum probis etiam uxoribus matrimonia, ut cõnubium ipsius Isaac cũ Rebecca directione Dei. Similiter matrimonium Thobię iunioris cũ Sara honesta uirgine filia Raguelis per directionẽ & consiliũ angeli Raphaelis, fuit primo propositum & deinceps peractum. Qui inter cætera officia, ad hoc ministeriũ fuit a domino Deo missus. Quod sane magna etiã est cõnubialis uinculi approbatio. Ipse.n. angelus in itinere alloquebatur Thobiam dicens. Tu autẽ cum acceperis eam, ingressus cubiculum per tres dies, cõtinens esto ab ea, & nihil aliud nisi orationibus uacabis cum ea. Secũda uero nocte in copulatione sanctorum patriarcharum admitteris. Tertia autem nocte, benedictionem cõsequeris, ut filij ex uobis procreentur incolumes. Trãsacta aũt tertia nocte, accipies uirginem cũ timore domini, amore filiorum magis, quam libidinis ductus, ut in semine Abraæ benedictionem in filijs consequaris. Et paulo post subdit. Filij quippe sanctorum sumus, & nõ possumus coniungi, sicut gentes quæ ignorant Secunda ratio. Gen.24. Thob.6.8.

Deum. Talia profecto angelus minime docuisset, si matrimoniũ uel coniugium sacrm nõ esset, &c.

Tertia rõ eiusdẽ sacramenti. Tertio, idipsum etiam attestatur Sapiens in prouerbijs cũ inquit. Qui inuenit mulierem bonã, inuenit bonũ, & hauriet iocunditatem a dño. Et infra.
Prou. 18. 19 Domus & diuitiæ dantur a parentibus, a domino autem proprie uxor prudens. Cui fauet Ecclesiasticus dicens. Beatus qui habitat cũ muliere sensata.
Eccl. 25. 26. Et rursum. Mulieris bonæ beatus uir. Numerus.n. annorũ illius duplex. Mulier fortis oblectat uirum suũ, & annos uitæ illius in pace implebit. Salomon
Prou. 31. quoq; in Prouerbijs. Mulierem fortem, quis inueniet? Procul, & de ultimis finibus pcium eius. Confidit in ea cor uiri sui, &c. Ex quibus sententijs manifeste constat Dei singulare esse donum uxorem honestam & probam quę uirum suũ reddit beatũ. Est igitur magni momenti coniugium pro quo celebrãtur nuptiæ, quibus Christus uoluit interesse, ut matrimonium approbaret, suoq; primo miraculo sanctificaret. Ipsius etiam mater uoluit esse pręsens, ut denotaret fidem castitatis. Discipuli quoq; quibus denotatr pbes suscipienda & educãda in fide xpi, & morib9 bonis, liberalibusq; disciplinis.

Quarta ratio. Quarto, in nouo etiam testamento inuenitur cõiugale fędus confirmatũ & approbatũ. Nã apud
Matth. 19. Matthæum cũ Pharisęi hanc difficultatẽ dño pro posuissent, suo iudicio perplexam, an.s. liceret homini dimittere uxorem ex quacunq; causa, respondit illis. Non legistis, qa qui fecit hominẽ ab initio, masculum & feminam fecit eos. Et dixit. Propter quod dimittet homo patrem & matrẽ, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una. Itaq; iam non sunt duo, sed una caro. Quos ergo Deus coniunxit, homo nõ separet. In quibus uerbis indisso-

lubilitas matrimonij clare demonstratur, & insepa rabilis uinculi cõnubialis nexus collaudatur insuper magnũ matrimonij sacramentum tanq̃ a Deo institutum, & ordinatum omni honestate suscipien dum cũ coniuges præ foribus templi copulantur, & benedicuntur. Quare nulla ibidem temeritas, nulla exercenda leuitas est; sed pie magnum illud omnipotentis Dei opus cõsiderandum. Imploranda quoq; cum sacerdote est spiritus sancti gratia. Est.n. hic quod cũ stupore quoddam, nec sine reue rentia admiremur imensum illud consilium, sapientiamq; ineffabilem Dei, qui tam pius & misericors esse uoluit erga genus humanum, & tam puidens pro omnibus nobis, ut in ipsa hominis creatione, uinculum institueret uoluntarium, inter uirum & uxorem. Fortius tamen & firmius multo, naturali uinculo filiorum cum parentibus. Siquidem ipsum esse sacramentum, opus est. *Maius u n culũ inter coniuges, quã inter parẽtes & filios.*

Quinto, Apostolus Paulus per totum septimum caput Epistolæ primæ ad Corinthios, de matrimo nio loquens, ipsum a Deo institutum esse cõmonstrat, & eius pręcepto indissolubile permanere debere, ut uir ab uxore non discedat, nec uxor a uiro. Quodq; mulier alligata est legi, quanto tẽpore uir eius uiuit. Sed ut reliqua diuinarũ scripturarũ testimonia ptermittamus, quæ maior aut efficatior poterit approbatio fęderis cõiugalis haberi, q̃ quod dominus noster ut nos uisitaret ęgrotos, & exules atq; captiuos ex intacta uirgine, sed desponsata & alligata uiro, uoluit nasci? Fuit.n. oĩum doctorũ cõfessione, inter Ioseph iustũ, & sacratissimã Dei matrẽ uerũ matrimoniũ, etiã anteq̃ ipsa filiũ Dei cęlitus conciperet: Vt palã insinuaret copulam carnalẽ non esse de essentia matrimonij. Quare ipsum esse *Quinta ratio.* *1. Cor. 7.*

facramentum minime dubitare debemus.

Sexta rō. Sexto, facramentũ eſt facræ rei ſignũ. Matrimonium autẽ deſignat unionẽ naturæ diuinæ, pariter & humanę in uno & eodem ſuppoſito Chriſti, cũ ad ſaluandum genus humanũ deſcendit de cœlis. Quæ ineffabilis & ſuperadmirabilis unio per altiſſimũ incarnationis miſterium in uirginali utero ſanctæ dei matris eſt facta. Significat itidem deſponſationẽ Chriſti & eccleſiæ ſanctæ in eodẽ incarnationis miſterio factam, quã ſibi ut ſponſam in fide & charitate coniunxit. Huius autẽ miſticę unionis thalamus fuit aula uirginalis, uenterq; beatus ſacratiſſimę uirginis Mariæ. Quemadmodũ ꝓpheta de Xp̄o teſtatur in pſal. Et ipſe tanq̄ ſponſus ꝓcedens de thalamo ſuo. Eſt igitur matrimonium uerę facramentum, cum ſit facræ rei ſignum. Quinimo duarum ſacratiſſimarum rerum admirabile ſymbolum, & miſtica reprę ſentatio. Apoſtolus ideo
Ephe. 5. ad Epheſios de matrimonio loquens ait. Sacramẽtum hoc magnum eſt, ego autẽ dico in Chriſto & eccleſia. Vbi plane ipſum matrimonium aſſerit deſignare unionem Chriſti & eccleſiæ, quam etiam in eodem inſinuat loco cũ ait: Viri diligite uxores ueſtras, ſicut & Chriſtus dilexit eccleſiam, & ſeipſum tradidit ꝓ ea, ut illam ſanctificaret. Et rurſus. Sicut eccleſia ſubiecta eſt Chriſto, ita mulieres uiris ſuis in omnibus. Quis igitur matrimonium eſſe facr̄m tam temere negare audet, cũ Paulus apoſtolus uas electionis illud hoc nomine appellauerit.

Septima ratio. Septimo, idem Apoſtolus loquens de coniugio fidelis cum infideli conſentiente, in cohabitationẽ cum illo fideli ſine contumelia creatoris, & admonens q̄ nõ debeat tale coniugium prohiberi, aut reſcindi, ait. Sanctificatus eſt. n. uir infidelis per mu-
1. Cor. 7.

lierem fidelem, & sanctificata est mulier infidelis p uirum fidelem. Hæc autem sanctificatio prouenit ex uirtute & efficatia uinculi matrimonij, quo illi ambo coniunguntur. Et subdit. Alioquin, filij uestri immundi essent, nunc autẽ sancti sunt. De filijs autem ex adulterio natis Salomon ait. Filij adulterorum in consumatione erunt, & ab iniquo thoro semen exterminabitur. Et si quidẽ longę uitæ erunt, in nihilum computabuntur, & sine honore erit nouissima senectus illorum. Et si celerius defuncti fuerint, non habebunt spem, nec in die agnitionis, allocutionem. Nationes.n. inique, dirę sunt consumationis. Puto tamen sapientem loqui hic de malis filijs patris malitiam immitantibus. Confert igitur matrimonium gratiam sanctificationis, & eos qui rite id suscipiunt, sanctificat. Quam gratiam & sanctificationem ore polluto negant recentiores hæretici, contra quos iterũ Apostolus ad Thimoteum scribens, ita de muliere nupta loquitur dicens. Saluabitur autem per filiorum generationem, si permanserit in fide & dilectione, & sanctificatione cum sobrietate. Filiorum autem generatio, officium est matrimonij ad quod coniugale fędus est institutum. Igitur matrimonium cum salutem conferat, recte seruantibus ipsum, etiam & gratiam conferre, necesse est.

Sapien. 3.

Contra lutherũ ostẽditur matrimoniũ esse sacramentum.

1. Thim. 2.

Quantum ad septimum, tres nuptiæ spirituales in scripturis reperiuntur. Primę fuerunt diuinę incarnationis, de quibus Christus in euangelio. Simile est regnum cœlorum homini regi qui fecit nuptias filio suo. Rex iste est Deus pater rex regum, a quo est omnis potestas: quia domini est terra & plenitudo eius. Rex iste regnat in cœlo per gloriam, in mundo per gratiam, in inferno per iustitiam. Et fe-

Primæ nuptiæ spirituales.

cit nuptias filio suo.i.Christo, quando uenit plenitudo temporis, & misit Deus filium suum, &c. Quando propter nos homines, & propter nostrã salutem, descendit de cœlis. Quando uerbum caro factum est, & habitauit in nobis. Sponsus igitur fuit Christus Dei filius. Sponsa, natura humana, quam sibi in unitate personæ modo in intelligibili uniuit, adeo ut hæc uera sit. Deus est homo, & homo Deus. Beatissimę Virginis uterus fuit thalamus, de quo sponso & thalamo ait propheta. Et ipso tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Celebratæ sunt hæ nuptiæ cum ambo exierunt de thalamo suo, simul in unum diues & pauper. Cum paruulus natus est nobis, & cum filius datus est nobis, quandoq; peperit Maria filium suum primogenitum, & eum pannis inuoluit, & reclinauit eum in præsepe. His nuptijs tanquã testes interfuerunt angeli cantantes, gloria in excelsis Deo. His pastores, quando festinantes inuenerunt Mariam & Ioseph, & infantem positum in præsepio. His deniq; Magi quando intrantes domum inuenerunt puerum cum Maria matre eius, & procidentes adorauerunt eum, &c. Ad has quoq; nuptias uenerunt quotquot in eum ueraciter crediderunt. His appositę sunt dapes.s.eius preciosum corpus & sanguis, ex quibus confectę sunt nuptiæ. Ibi caro mea uerę est cibus, & sanguis meus uerę est potus. Hic est panis qui de cœlo descendit. Panē de cœlo p̄stitisti eis, panem angelorũ manducauit homo, &c. Fecit pabulũ ex scripturis sacris. Quid.n.aliud sunt libri Moysi, quid prophetę, qd psalmi, qd cantica, Iob, Hester, Iudith, quid libri Regum, Machabęorum, quid euangelia & epistolæ, nisi pabulum animæ? Vnde ꝓpheta. Quã dulcia faucib⁹ meis eloqa tua, super

Qui sponsus, q̃ sponsa, in his nuptijs.

Angeli, pastores, Magi, harum nuptiarũ testes.

Dapes nuptiarum.

sup me l ori meo. &c.His nuptijs sex hydriæ aquarum diuinarum scripturarum appositæ sunt, uidelicet diuina conceptio,natiuitas,mors, descẽsus ad inferos,resurrectio,apperitio cœlorum, & aquã mutauit in uinum.i.naturam humanam in diuinã per hyppostaticã unionem. Architriclinus omnia administrans fuit spiritus sanctus. In triclinio denotatur omnipotentia patris,sapientia filij,bonitas spiritus sancti.Harũ nuptiarum proles sunt oẽs apostoli & discipuli Christi, & omnes credentes in eum. *Hydriæ, architri. proles harum nuptiarum.*

Secundæ spirituales nuptiæ fuerunt inter Christum sponsum,& ecclesiam sponsam. Quarum proles sunt oẽs qui regenerati sunt ex aqua & spiritu sancto Ideo Ioannes baptista. Qui habet spõsam sponsus est,amicus aũt sponsi qui stat & audit eũ, gaudio gaudet propter uocem sponsi. Publicatæ fuerunt hæ nuptiæ, qñ ecclesia coniuncta est Christo per fidem,& tertia die initium habuerunt. Nã prima dies est tp̃s legis naturæ, quo Abraã,Isaac, Iacob,Melchisedech,Iob,ac cæteri patres, sponsi aduentum prestolabantur.Secunda dies fuit tẽpus legis scriptæ; quo tempore etiam prophetæ maiores & minores de xp̃o sponso & ecclesia sponsa pulcherime uaticinati sunt.Tertia dies fuit tempus gratiæ,quo euãgelistarum preconijs sponsum iam iam uenisse denuntiabatur. In quo dñs in carne natus apparuit,ut nuptias celebraret, quæ in Chana Galileæ celebratæ fuerunt, idest Zelo transmigrationis de cœlo in uterũ uirginis descendens, Christus iunctus est ecclesiæ. Consumate quoq; erunt, qñ sponsa.i.ecclesia introducetur in thalamũ sponsi in cœlestem scilicet gloriam. *Sponsus, spõsa, tres dies secundarum nuptiarum.*

Sex hydriæ harum spiritualium nuptiarũ (ut non nulli ingeniosæ fatentur) mistice reperiuntur in ue-

teri testamento, & præcipue in sex mundi ętatibus, ut in unaquaq; illarum teste Augustino aqua con uertatur in uinū, sicut in his facile est uidere. Nā ut omnibus constat sex reperiuntur ętates, in quibus non defecit figura & prophetia. Prima ab Adam usq; ad Noe. Secunda, usq; ad Abraam. Tertia, usque ad Dauidem. Matthæus ita quoq; testatur. Quarta, à Dauide, usq; ad transmigrationem Babylonis. Quinta, ab illa usq; ad Ioannem baptistā uel xp̄m. Qui autem septem faciunt ętates, Moysen interponunt. Sex igitur ętates sunt mundi quæ oēs uacuę erant, futuræ etiam inanes perpetuo, nisi eas xp̄s impleuisset. Ab eo.n. implete tunc sunt, qn̄ in ipso prophetiæ omnes sunt consumate. Et ex aqua, uinum factū est, cū in prophetijs omnibus cœpit intelligi Christus. Et proprię loquēdo, aqua scripturæ sacræ, scientiam designat, quæ suos auditores, & à peccatorꝝ sordibus abluere, & diuinæ cognitionis potest fonte potare. Sed clarius nunc uideamus quō in unaquaq; mundi ętate erat hydria plena figurarū aquis, quia ut ait apostolus, omnia in figura contingebant eis, quæ conuersa est in uinum illius ueritatis, q̄ per figuram significabatur.

Sex hydriæ, in sex mundi ætatib.

In prima.n. mundi ętate, dormiente Adam, sumpta est ex latere, Eua, qui deinde dixit. Hoc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Ex qua hydria aquę minister August. haurit uinum desponsationis Christi cū ecclesia sua sponsa, dicens. Adam siquidem iste typus & figura extitit uenturi Adę.s. xp̄i. Dormit.n. Adam ut fiat Eua. Et morit̄ xp̄s, *ut fiat* ecclesia. Eua sumpta est ex latere Adæ, & Christo in cruce mortuo apertū est latus eius, ut inde fluerent sacramēta, ex qbus ecclesia formaretur. Quid insuper est dicere, Erunt duo in carne una, nisi deus

Hydria aquæ in prima ætate, quō cōuersa est in uinum.

& homo, duo erũt in unitate suppositi. Apostolus quoq; Sacramentum hoc magnũ est. Dico autem in xp̄o & ecclesia. Cayn præterea offert deo sacrificium maledictum; & inuidia occidit Abel cuius sacrificium erat acceptabile deo. Vnde Beda tanquam minister ex hydria istius aquæ affert uinũ, considerans Cayn significare peruersam Iudæorũ malitiam, q̄ fratrem suum occiderunt innocẽtem. Abel uero significare passionẽ & mortẽ Christi, q̄ in Abel iam olim pati cœpit, & in mortẽ tradi ab origine mundi. Terrã quoq; quæ sanguinem Abel suscepit, ipsam esse ecclesiam fidelium, quæ sanguinem Christi a Iudæis effusum suscepit, in misteriũ suæ renouationis. Hoc modo, quicunq; sancta illa ueteris testamenti uerba sanctius adhuc intelligit & interpretatur, is sane cũ Architriclino, uidet ex aqua uinum, ex littera factum esse spiritum. *Cayn & Abel, quid significa runt.*

In secunda ætate totus diluuio mũdus deperijt, Noe excepto, & quotquot cũ illo erant hominibus animalibusque terræ in archa. Sed ex hydria istius aquæ minister haurit uinum liberationis electorũ ex diluuio peccatorũ per baptismatis sacramentum, cæteris submersis, cogitans Noe xp̄m figurare & archam, ecclesiam significare. Et sicut aqua peccatores, ita baptisma delet peccata. Columba uero quæ ramum oliuæ defert in archam, sp̄m sanctum designat, q̄ oleum suæ gratię infundit pijs hoīum mentibus. Et sicut in archa, ita in ligno crucis, uita spiritualiter conseruatur. Et quemadmodũ extra archã nemo remansit incolumis, sic nunc extra ecclesiam, nulla spes salutis est expectanda. Offerantur hæc prudenti architriclino scripturę sacrę, & dicet. Vinum ex hac hydria hoc utique esse nobilissimum. *Hydria aquæ in 2. ætate quo uertitur in uinum.*

In tertia ætate, Abraam iubente deo, uoluit immolare unigenitũ filium suum in monte quem angelus mõstrauerat ei, sed loco eius arietem immolauit. Ex qua hydria aquæ terrena, minister haurit uinum purũ, uidelicet. Sacrificium Christi, pro salute totius humanę naturę, cogitans illũ Abraę filiũ, Christum dei filium designare, illumq; sic fasciculum detulisse ad sacrificiũ, sicut Christus crucem suam portauit in Caluarię locum. Et q̃m unigenitus offert, diuinitate interim permanente immortali, immolatus est aries, hoc est humanitas tm̃ xp̃i, passa est & mortua. Et sicut Abraæ dixit deus, in semine tuo benedicentur omnes tribus terræ, sic in Christo id uerificatum est. Et ita aqua cõuersa est in uinum, quod gustauit & multis modis cõmendauit Galathis Paulus.

Hydria aquæ in 3 ætate, qualiter in uinum conuertitur.

In quarta mundi ætate, Dauidem uidimus post multas persecutiones quas sustinuit a Saule, regẽ tñ factum, ita ut regnũ illud sibi sponderetur a deo fore perpetuũ. Ex hydria aũt istius amarissime aquæ, haurit minister euangelicus uinũ æterni regni Christi, ipsiusq; æternę fœlicitatis post tot aduersitates & persecutiones, intelligendo per Saulem & exercitũ eius, sacerdotes, pontifices, & pharisæos. Et per Dauidem, Christum. Et q̃m Iudæi, Dauidẽ hoc est xp̃m persecuti sunt, & ecclesiam suam, ideo spirituale regimen ab eis & sceptrũ ablatũ est temporale. Iam.n. ex regione sua expulsi, & per omnẽ mundũ dispersi, contempti, totam peragrant terram, & peregrini sedent absq; sacrificio, templo, rege, & sacerdote, sicut eis prędixerat Osea ꝓpheta. Omnis tunc eoꝵ gloria totiusq; regni sui splendor, in Christianoꝵ trãslatus est ecclesiam, cuius regni, teste angelo, non erit finis. In Christo.n.im-

Hydria aquæ in 4 ætate nũc conuersa est in uinum.

Oseæ. 3.

pletum est illud Dauidis dictum. Exurge dñe; & iudica terram, qm̃ tu hæreditabis in omnibus gentibus. Item. Dabo tibi gentes hęreditatem tuam.

In quinta ętate, populus iudaicus in captiuitatẽ ductus est Babylonicam, & ibidem annis transactis septuaginta, cũ iam pœnitẽtiam egisset, domũ reductus est per pontificem illũ magnũ Iesum. Ex qua hydria aquæ, minister iam uinũ haurit reconciliationis dei, cũ anima a peccatis purgata post longã captiuitatem, alijs in manu diaboli remanẽtibus, propter finalem eorũ impœnitentiam, considerans qualiter Nabuchodonosor diabolum, & pontifex Iesus, illũ designat sacerdotem ętemum xp̃m. Hierusalem quoq; ecclesiam significet fidelium. Babylon impurissimam cõtagionem peccati. Ideo uidet in dies multos bona facere, melioresq́ue fieri gratia dei, & alios uicissim propter peccata sua abripi a diabolo. Quare huiusce minister iam uinũ haurit euãgelicę doctrinę. Quidquid.n. patribus contigit, in figura factũ est. Vnde & Iesus ille perfectior erat sacerdos isto, qui filius fuit Iosedech, sicut Paulus quinũ istud satis gustauit, alijsq́; potandum infudit: Declarat ad hębreos. *Hydria aquæ in 5 ætate iam in uinum cõuertitur* *Hebr. 5.*

In sexta mundi ætate, Christus natus est, die octauo circuncisus, tricesimo uero in templum est pręsentatus, & pro eo munera iuxta legis mandatum oblata. Legem quoq; seruauit ueterem. Quãobrem minister euangelicus ex hydria insipidissimę aquę ueteris legis, sacrificiorũ, & cerimoniarũ, haurit optimum uinum, uidelicet euangelicam legem, de qua psalmista. Lex dñi immaculata conuertens animas, testimoniũ dñi fidele, sapientiam pręstans paruulis. Hoc igitur euangelicum uinum exhilarat hominũ corda, nectar est nobilissimũm, *Hydria aquæ in 6 ætate.*

deum simul & homines lętificat. Quod ministri.i. prędicatores hauriunt omnibus Christi fidelibus. Dicit etiam euangelista q̃ singulę hydrię capiebãt metretas binas uel ternas, quia uetus testamentũ, modo duas personas commemorat tm̃, ut in psalmo, omnia in sapientia tua fecisti.i. in filio q est uirtus & sapientia patris. Interdum tres exprimit personas, ut ibi. Verbo domini cœli firmati sunt, et spiritu oris eius omnis uirtus eorum.

Tertiæ spirituales nuptiæ sunt inter deũ & animam per unionem gratiæ spiritus sancti, cui animę loqtur dñs per Oseam dicens. Desponsabo te mihi in fide. Huiusce nuptiæ fiunt in Chana galileæ, qñ intra sanctam ecclesiam per feruorem, Christo fideles animæ associantur. Chana.n. interpretatur Zelus, & significat feruorem dilectionis. Galilea uero trãsmigratio facta interpretatur, & designat ecclesiam, qua interpretatione ostenditur q̃ illi feliciter ad has spirituales nuptias ueniũt, & discumbentes digni sunt Christo, q feruore dilectionis & Zelo amoris, dei tacti, mala opera respuere, & bona amare didicerunt, ac de uitijs ad uirtutes, & de statu culpę ad gratiam, necnon de terreno amore ad cœleste desideriũ, & a seipsis in deum transmigrarunt. In his nuptijs Iesus saluator.i. qui populũ suum saluat a peccatis eorꝫ aquam conuertit in uinum, qñ ex impio facit pium, & auferens culpam confert gratiam. Ad preces autem Beatæ uirginis quæ semper compatitur miseris, implenẽ hydriæ, & aqua tristitiæ conuertitur in uinum consolationis, & deuotionis internę. &c.

Quo spirituales nuptiæ fiunt in Chana galileæ.

De sex hydrijs harum nuptiarum.

Inuenerunt nonnulli diligentia sanctorꝫ patrũ

sex hydrias harum nuptiarũ in ueteri testamento insignes,quarũ declaratio omni fideli animæ quæ Christo dño est despõsata pulcherime competit. Hydria prima illius est sanctissimę mulieris Rebeccæ:Hydria compassionis & misericordię.Sicut.n. Rebecca deposita ex humeris suis hydria, potum dedit seruo Abraæ & camelis eius,sic & nos quoque decet proximis nostris hydriam inclinare pro sua necessitate & indigentia.Hydria secunda Gedeonis est,qua ille hostes abegit, dũ frangeret amphoras in signũ ardentis quoq; Charitatis nostræ in bono omniq; cultu diuino. Qñ quisquis bonus est & cõstans uerę pietatis sectator,ex animo dolet uidens aliqd turpe,aut audiens.Tunc.n.ille frangit amphoram qa nemini parcit, nec fauorẽ curat, nec grãm amici tm̃ uehementi quoddam animi sui feruore cupit malũ esse punitum.Hydria tertia est illa Elię,qua ipse sacrificiũ totũ,& altare quoq; superfudit, spm̃ significans contritũ & humiliatũ,q & sacrificium siue holocaustum orationis nostræ & opera bona omnia irrigat, humectat, uegetat, deoq; reddit accepta. Hydria uero quarta quam Salomon inter cętera templi uasa collocauerat,& Ioas deinceps abstulit. Ea significat gustũ ęternæ dulcedinis,internũ in cultu dei. Quam ideo etiam quęrere oportet in templo inter cętera uasa deo dicata & sacra. Hoc est penes illos hoĩes q in cultu Dei uersañt assiduo. Quibus interdũ tribuit deus dulcedinẽ illam spũs sui,iuxta illud psalmi. Parasti in dulcedine tua pauperi deus. Hydria qnta illa sapientis est quã super fontem contriuit, significatq; cõtemplationẽ mortalitatis huius nrę in ista peregrinatione uidentes in dies nũc mori iuuenes & senes,nunc nobis quoq; omne genus morbi, miserię,

Gene. 24.
Iudic. 7.
3.Reg. 18.
4.Reg. 12
3.Reg. 7.
Eccli. 12.

cęterorꝫ q₃ malorꝫ aduenire. Hanc nimirũ hydriã
Eccli. 7. confregit ẽt Salomõ, cũ dixit. In oĩbus opibus tuis memorare nouiſsima tua, et in ęternũ nõ peccabis. Hydria hæc cõtereť a nobis quoties nr̃am iſtã iua riabilẽ moriendi, ſiue legẽ ſiue neceſsitatẽ: recogita
2. Reg. 14 mus dicentes. Oẽs morimur, & quaſi aquę dilabimur ſup terrã, q̃ non reuertunť. Eadẽ quoq₃ cõfringitur recollẽdo in certiſsimã illã mortis horã, ſicut
Luc. 12. de diuite illo teſtať dñs in euãgelio. Stulte, hac no ẽte auferẽt dęmones aĩam tuã à te. Hydria ſexta eſt mulieris ſareptaneq̃ nunq̃ euacuata eſt a farina,
3. Reg. 17. quãdiu penuria duraret in illa regione. Et ea qdẽ ſignificat meditationẽ uerbi dei, & ſcripturaꝫ ſacraꝫ ex qbus uerbũ diuinũ colligiť, dũ panes conficiũtur, qbus paſcanť famelici, qa nõ in ſolo pane uiuit hõ, ſed de omni uerbo qđ ꝓcedit de ore dei.

Aliter inuenerunt doctores adhuc hydrias ſex expoſitas. Ita nimirũ ut ſignificent ſex illas contẽplationes quas debet habere homo, ut impleatur
Alia expoſitio ſex hydriarũ. aquis lachrymaꝫ & contrictionis, quas breuiter enarrare cõtingit. Prima hydria memoria eſt & recogitatio offenſę diuinę, qua iram dei tibi grauiter cõciliaris. Hãc hydriã lachryms adimple amariſsi
Pſal. 118. me cõtrictionis cũ Dauide dicẽs. Exitus aquaꝫ de duxerũt oculi mei qa nõ cuſtodierunt legẽ tuã. Hydria ſecunda dolor eſt fraternę cõpaſsionis, eã im plebis lachrimis charitatis, clamãs ex aĩo cũ Hieremia ꝓpheta. Quis dabit capiti meo aquã aut o-
Hiere. 9 culis meis fontẽ lachrymaꝫ, & plorabo die ac no ẽte interfectos filię populi mei. Tertia hydria eſt p̃ſentis tp̃is aduerſitas, eã implebis aqua patiẽtię.
2. Thi. 3. Multę.n. tribulationes iuſtoꝫ, & oẽs q pie uolunt uiuere in xp̃o, pſecutionẽ patiẽtur. Quarta hydria eſt timor inferni, et impleť aqua cõpũctionis. Fieri

enim nõ poteſt, ut qui uerę pęnas recogitat inferni non cõpungatur animo & horreat, dicatq; cũ propheta. Lauabo per ſingulas noctes lectũ meum, lachrimis meis ſtratum meum rigabo. Turbatus eſt a furore oculus meus. Hydria uero quinta dicitur carnis concupiſcentia, carnaliumq; tempeſtates. Hæc quoq; aquis adimpletur ſpiritus tribulati & conturbati. Siquidem tunc ſpiritus affligitur, cũ caro tentatur Hydria ſexta proprij tum peccati, tum defectus meditatio eſt, quã implemus ſpe conſolationis & refectionis diuinæ, Dauide dicente. Cibabis nos pane lachrimarũ, & potum dabis nobis in lachrimis in mẽſura. Aquę illæ omnes tribulationis & miſeriæ, interceſſione uirginis matris conuertuntur in uinum tam conſolationis diuinæ, q̃ ardentiſſime deuotionis. *Quo iſtæ aquæ conuertuntur in ſpiritua le uinum.*

Aliter, ſex hydriæ iſtę poſitę ſunt his qui poſt baptiſmũ in peccatis labuntur. Prima hydria eſt prima purgatio in cõpunctione cordis, de qua ſcribitur. In quacunq; hora ingemuerit peccator, omnes iniquitates eius nõ recordabuntur. Secũda eſt oris confeſſio. Omnia ſiquidem in cõfeſſione lauantur. Tertia eſt eleemoſinarum elargitio, dicente domino in euangelio. Date eleemoſinã, & omnia munda ſunt uobis. Quarta eſt iniuriarũ remiſſio, ſecundum q̃ orantes dicimus. Dimitte nobis debita noſtra, &c. Quinta eſt corporis afflictio. Vnde exoramus ut mundi p abſtinentiam Deo canamus gloriam. Deus.n. corporali ieiunio mentem eleuat, uitia cõprimit, uirtutũ nobis lagitur & p̃mia. Sexta, eſt obedientia p̃ceptorũ Dei, quemadmodũ Chriſtus diſcipulis ſuis ait. Vos mundi eſtis propter ſermonem quem locutus ſum uobis. Hæc ſunt ſex hydriæ poſitę in purificationem noſtram, q̃ replentur *Alia ſex hydriarũ expoſitio.* *Ioan. 15.*

aquis timoris domini, q̄m timor domini est fons uitę, q̄ optime refrigerat animā, noxis desiderijs ęstuātem. Aqua est quæ iacula inimici ignita potest extinguere. Sed diuina uirtute aqua mutatur in uinū, q̄m perfecta charitas foras mittit timorem.

Consumabuntur hę nuptiæ in æterna beatitudine, de quibus Ioannes ait. Venerunt nuptię agni, & uxor eius præparauit se, & datum est illi ut cooperiat se bissino splendenti & candido. Bissinū.n. iustificationes sunt sanctoꝝ. Et dixit mihi. Scribæ, Beati qui ad cœnam nuptiarum agni uocati sunt. In illis namq; nuptijs, nullus omnino erit uini defectus, q̄n ubiq; p̄sens erit felicitas æterna & consumata. Ibi nullus erit luctus nec dolor, q̄m beatitudo est status oīum bonoꝝ aggregatione pfectus.

Apoc. 19.

De nuptijs consumatis in cœlo.

Quomodo Christus eiecit ementes & uendentes de templo. Cap. XXIII.

Ioan. 2.

P Ost hæc descendit Capharnaum, ipse et mater eius, & fratres eius, & discipulis eius, & ibi manserunt non multis diebus. Post nuptiaꝝ celebrationem die sexta Ianuarij, & miraculi perpetrationem, descendit Capharnaum urbē Galileę metropolim, atq; maritimam. Ipse & mater eius, & fratres eius hoc est cōsanguinei & affines ex parte uirginis matris. Nō enim fuerunt filij Mariæ ut nonnulli temere dixerunt hæretici, asserentes Christo nato, matrē eius cognitā esse a Ioseph. Nec erant filij Ioseph ex alia coniuge, q̄m ut creditur etiam Ioseph uirgo fuit. Tum quia Maria iam uouerat uirginitatem, quam etiam Ioseph, & ipse deuouerat, ut ex mutuo cōsensu eoꝝ uirginitas seruaretur. Tum quia non decuit

uirginem tantã, nisi a sponso uirgine & castissimo custodiri. Nam Christus in cruce existens, non cõmendauit matrem suam nisi discipulo uirgini. Ideo uerisimile est ut iuuenculam non cõmitteret custodiendam nisi uirgineo uiro. Dicuntur itaq; fratres Christi iuxta consuetudinem scripturæ sacræ, quæ sæpissime homines eiusdem genealogiæ nominat fratres, sicut in Genesi Loth dicitur frater Abraæ, & Iacob dicitur frater Laban. Ismael quoq; corã cunctis fratribus suis fertur obisse. Pari modo consanguinei ex parte matris Christi, fratres ipsius appellabantur. Ibi manserunt non multis diebus, ad denotandum ꝙ nõ habitandi gratia uenerant, sed ut irent ad paschatis solemnitatẽ. Ideo subdit euangelista. *Et prope erat pascha iudæorum, & ascendit Iesus hierosolimam, & inuenit in templo uendentes oues, & boues, & columbas, & numularios sedentes.* Christus hierosolimam ascendit cum matre, fratribus, & discipulis, Primo ut legem impleret. Præceperat. n. dominus in Exodo ut omne masculinum iudæoꝝ ter in anno appareret corã domino, in loco quo licuit sacrificia fieri. s. in festo paschæ, pentecostes, & tabernaculoꝝ. Præcipue tamen in festiuitate paschali, iudæi tenebantur legis præceptum seruare. Secundo, ut sacrificia offerret, & orationum uota persolueret, quemadmodum præceperat lex. Tertio, ut nobis exemplum daret omni uigilantia & reuerentia obediendi diuinis præceptis. Et inuenit in tẽplo uendentes oues & boues, &c. Vbi nota ꝙ nomine templi hic non accipitur domus domini in qua erat altare timiamathis, & candelabrum, nec atrium sacerdotum in quo erat altare holocaustoꝝ, sed quoddã atrium, ubi homines orabant, & doctores docebant, & ubi tunc temporis uendebantur ea quę in

Qui dicuntur fratres Christi.

Gen. 13. 19. 25.

Exo. 23.

Cur X̄pi ascẽdit ad festum paschæ.

Auaritia iudæorum hic ostenditur.

templo offerebantur. Et quia ea de longinquo adduci nõ poterant, sacerdotes propter cupiditatem statuerant homines qui talia ibi uendebant, ut uenientes de longinquo excusationem de oblationibus dimittendis, nõ haberent. Nonnulli etiam uenientes quia pecunijs carebant, ideo statuerant ibi campsores qui sub cautione pecunias tradebant. Et cũ hoc ultra sortem aliqua munuscula recipiebant, non tamen pecuniam, ne palam usuram cõmittere arguerentur. *Et cum fecisset quasi flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo: oues quoq; & boues, & numulariorum effudit es, & mensas subuertit. Et his qui columbas uendebant, dixit. Auferte ista hinc, & nolite facere domum patris mei, domum negociationis.* Christus ut dicit euangelista quasi flagellum de funiculis fecit, quo omnes uenditores præfatos eiecit de templo, minando & eos expellendo. Oues quoq; & boues eiecit, & numulariorum effudit es.i.pecuniam, & mensas, sup quas ponebantur pecuniæ subuertit. Et his qui colũbas uendebant, dixit. Auferte hęc animalia hinc, & nolite facere domum patris mei cœlestis, domũ negociationis, uendendo ibi animalia, quæ uenundari solent in foro. Et si dicas quõ Christo hæc facienti qui nondum multis miraculis coruscabat, nullus iudæorũ p̃sumpsit resistere. Respondendum est, q̃ Iesus diuina sua uirtute potuit corda eorũ terrere, quos alloquebatur. Potuit quoq; ex uultu & oculis suis splendorẽ, seu radios splendentes emittere, quo omnes uidentes eum, timore cõcussi sunt. Nam humanitas Christi erat instrumentũ animatum, per quod operabatur diuina natura ad beneplacitum sui. Et quid mirum si nunc nondum capiendus & occidendus eiecit omnes flagello, qui postmodum tempore crucis & mortis solo uerbo

uniuersam cohortem armatam,& ministros furẽtes gladijs accinctos,prostrauit in terra. Et nota ꝙ ut docet Origenes eiectio ista uendentium de tẽplo,magis extitit miraculosa ꝙ̃ conuersio aquæ in uinum. Qm̃ ibi inanimata subseruit materia,hic ue to tot milium cõpescuntur ingenia. Nota insuper ꝙ si in illo materiali templo figura ueri tẽpli prohibuit Christus negociationẽ quæ honesta putabatur,cũ esset de his quæ in templo offerebant̃, quanto magis in hoc uero & spirituali templo ubi Christi sacramentũ in dies offertur prohiberet Christus cõmessationes, ebrietates, turpissimas uigilias, risus,lites,uaniloquia,& alia id genus. Nec nõ candelas,cereos,imagines,uel alias merces, etiam domino offerendas in ecclesia uendi,contra hanc nostram turpissimam consuetudinem.

Maius miraculũ eijcere uendẽtes de templo, quàm conuertere aquam in uinum.

Cõtra uendentes cereos et imagines in ecclesia.

Iuxta huiusce euangelij spiritualem intelligentiã secundum Augustinũ,uendentes in ecclesia sunt q̃rentes sua,& nõ quæ Iesu Christi. Venale totũ habent,quia redimi uolunt. Et ꝑ oues hipocritæ innocentes qui suo uellere uestiendis pro humana laude ꝓbent opera munditię & pietatis,designantur. Per boues qui arant,ꝓdicatores cęlestis doctrinę significantur,qui nõ dilectione Dei,sed pecuniarũ amore cõcionantur. Per boues etiam ꝗ laboriosi sunt, signari possunt hi qui magnos sustinent labores ꝑ diuinis, ut per hoc in ecclesia ualeant promoueri. Columbas uendunt, qui acceptam spiritus sancti gratiam,illam pro ꝓmio tribuunt non ad uitæ meritum, sed ad gratiam largiunt̃. Numos mutuo in ecclesia dant,qui nõ simulatę cęlestibus,sed aperte terrenis rebus in ecclesia deseruiunt. Et sua,nõ quæ Iesu q̃runt. Domũ domini,domũ negociationis faciunt, ꝗ omnia spiritualia in ecclesia causa humanę

Spũalis intelligentia huius partis euangelij.

retributionis exercent. Omnes hi (nisi utinã resci-
piscant) eijci de templo gloriæ Dei ꝑcipue meren-
tur. Considerandum est præterea ꝙ Christus fla-
gello cũ tribus funiculis eijcit omnes uẽdentes de
Quid si- templo. Nam primus funiculus notat infidelitatẽ
gnificat fla paganoꝝ. Secũdus, obstinationẽ iudęoꝝ. Tertius,
gellum ex perseuerantiam Christianoꝝ in peccatis per quæ
tribus fu- tria, omnes eijciuntur de tẽplo sancto Dei. Deinde
niculis. subditur. *Recordati sunt uero discipuli eius, quia scriptum est.*
Zelus domus tuæ comedit me. Zelus secundũ propriam
ipsius significationẽ est feruor quidã, seu intensa af-
Quid ze- fectio ex amore procedens, ꝑ quẽ zelum cogitur
lus. homo ea excludere q̃ boni optati consecutionẽ im
pediũnt. Et quemadmodũ est duplex amor, puta
carnalis & spiritualis, ita duplex est zelus. s. secun-
dum carnem & spiritũ. De primo, dicit apostolus.
1. Cor. 3. Cũ sit inter uos zelus & contentio, nõne carnales
estis uos? Et psalmista. Neq; zelaueris facientes ini
Duplex quitatẽ. De secũdo qui est spũalis zelus diuinus &
Zelus. charitatiuus quo nititur homo ea excludere q̃ diui-
no honori aut proximoꝝ contrariantur saluti: Lo-
3. Reg. 19. quitur Helias ad dñm dicens. Zelo zelatus sum ꝑ
dño Deo exercituũ, quia dereliquerunt pactũ dñi
filij Israel. Altaria tua destruxerũt, et ꝓphetas tuos
occiderũt gladio. Hoc zelo zelatus est phinees, q
uidens iniuriam diuino nomini publice fieri, & cõ-
Nume. 25. tra legẽ cũ scorto Madianite unũ de filijs Israel pu
blice fornicari accensus est zelus eius, & accepto
gladio interfecit utrũq;, uidelicet Zãbri & Cosbi
cõcubentes. Pro quo meruit pactũ sacerdotij sem-
piterni. Vnde de ipso phinees loquitur Matathias.
1. Mach. 2. Phinees zelando zelum Dei, receptus est in cœlũ.
Hoc zelo accendi debemus Dei honorẽ, ꝓximoꝝ
correctionẽ, iustitiæ obseruationẽ, cordialiter affe-

ctantes, atq; impedimēta eo℞ pro uiribus dissipantes. Sed omnino oportet ut incipiat homo a semet ipso totis pcordijs Deū amans & honorans. Idēq; optet ac pcuret ab alijs fieri. Nā zelus anima℞ est sacrificium acceptissimū Deo, quo humana mens, abiecto timore quocūq; p defensione iustitię & ueritatis accēditur. Vnde August. Fratres, unusquisq; Christianus in mēbris Christi zelo domus Dei comedebat. Quis comeditur zelo domus Dei? Qui oīa q forte ibi uidet puersa satagit. Corrigi cupit, emēdari nō quiescit. Si emēdare nō potes tollera, geme, suspira, paululum sustine, relinque causam Deo. Excēpli causa. Vides fratrē currere ad theatrū, prohibe si potes, mone, cōtristare, si phibere nō potes. Sic zelus domus dñi comedit te. Vides alios currere ad dignitates indignos, phibe quos potes. Quibus nō potes blandire, noli acquiescer. Si dixeris in corde tuo, qd mihi est curare aliena peccata? Sufficit mihi aīa mea, ut ipsam integrā seruē Deo. Eia, nō uenit tibi in mentē seruus ille qui abscondit talentū & noluit erogare? Nūquid.n. accusatus est qa pdidit, nō quippe, sed qa sine lucro seruauit. Sic ergo audite fratres mei ut nō quiescatis. Nolite gescere lucrari Xpo, qa lucrati estis a Xpo. Ille igitur pprie zelum Dei habet, q nihil patienter sustinere potest contra honorē Dei quē maxime diligit. Dū ergo discipuli uiderunt Xpm exercuisse hunc zelū pro honore patris sui, & emundatione domus suę, ac populi correctione, attēderunt ac iudicarunt id scriptum psalmographi esse uerū in psona Xpi dicentis. Zelus domus tuæ.i. magna affectio honorandi tēplum tuū o pater comedit.i. spūaliter absorbuit me. Siquidē zelus iste fuit occasio occisionis Xpi, & ita comedit.i. consumpsit, seu interfecit

Zelus Dei est sacrificium Deo.

Qui sunt qui Zelantur zelo Dei.

Psal. 86.

Bis eiecit xp̄s uendē tes de templo. eum. Hoc zelo insuper bis eiecit uendētes de templo. Semel in primo anno suæ p̄dicationis, de quo est hic sermo. Et in die palmarꝝ, ut patet in Luca. Per quod maxime offendit, odiumq́; incurrit sacerdotū, qui eū ex inuidia occiderunt. *Responderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei. Quod signū ostendis nobis quia hæc facis? Respondit Iesus, & dixit eis. Soluite templum hoc, & in tribus diebus, excitabo illud.* Signū q̄sierunt incorrigibiles & superbi Iudæi a Xp̄o dicentes. Quale diuinū miraculū ostendis nobis q̄a hæc facis? Id est per q̄d sciamus tibi licitum esse hæc facere. Tanq̄ dicerent. Eiectio ista nō spectat ad te, nec tua interest corrigere nos & facta sacerdotū quū nō habeas auctoritatē, nec sis sacerdos, neq; propheta. Et si dicis, decet me hęc facere uosq́; corrigere, ostēde signū quo *Signa petūt iudæi.* sciamus tibi diuinitus cōmissam potestatē. Signū petunt, ut suæ potentiæ fidē capiant. Peculiare iudæis erat signa q̄rere. Quærebant aūt nunc signū, nō ut crederent, & uenerarenť, At quasi desperātes q̄ signū ostendere nō posset, & sic eum deriderent & impugnarent. Sed dedit eis signū potestatis diuinæ in suscitatione corporis sui ꝓpria uirtute. Et quia praua q̄rebant, nō dedit eis signū apertū, sed occultum. Quemadmodum regi Achaz eiusq́; populo datum fuit signum obscurum rememoratiuū præteriti signum futuræ incarnationis, sicut nunc signū futuræ resurrectionis corporis sui. Ideo Christus respondit, & dixit eis. Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Hoc autem dicebat spiritualiter de templo quod est corpus suū, loquendo de corpore suo sub nomine templi, quia humanitas Christi erat speciale habitaculum ipsius Dei. Templum enim dicitur in quo Deus habitat. Et quia in corpore Christi diuinitas inhabitabat,

bitabat, quamobrem Christi corpus templū dei est, & scd'm animam & corpus, ut infra dicetur. Et nota ꝙ huiusce uerba non dixit Christus imperando, uel consulendo seu hortādo, sed id quod facturi erant predicendo & denūtiando. Non.n.est uerbum inductiuum ad hoc faciendū, cum esset simpliciter malū ex parte Iudæorꝝ, Christus autem non poterat inducere ad malū: sed est uerbum denūtiatiuum eius quod erat per ipsos fiendū. Quasi diceret. Soluite templū hoc.i. mortem uiolentam mihi inferendo soluetis. Occidetis dissipabitis, & a naturalibus iuncturis separabitis corpus meum, qđ est templum uerbi habitantis in eo. In passione.n. solutum est corpus Christi ab anima eius, & sanguis a corpore, uniuersaq; membrorꝝ cōpago præ nimia corporis distensione soluta est. Propter qđ psalmista dixit. Sicut aqua effusus sum, & dispersa sunt omnia ossa mea. Et rursus: Dinumerauerūt omnia ossa mea. Et in tribus diebus, uidelicet tertia die repēte excitabo.i.a morte suscitabo illud, quasi a somno. Dedit Christus signū resurrectionis futurum, qa in hoc maxima potentia & uirtus diuinitatis eius oñditur. Non.n.puri hominis est ut se a mortuis resuscitet, sed solius Christi: q inter mortuos liber fuit. Fuit ēt signum pœnitentiæ & remissionis, quæ per ipsius resurrectionē acquiritur. Et quia dedit eis signū in figura, uocans corpus suum templū, ideo illi carnales id non intelligētes de inanimato templo eum loqui putantes, dixerunt. *Quo templum corporis xp̄i solutū est.*

Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud? ille autem dicebat de templo corporis sui. Primum templum ut scriptura testatur a Salomone constructū intra septem annos fuit cōpletum. Scd'm uero templum a Neemia atq; Zo-

robabel principibus, prophetantibus Aggeo & Zacharia, quadraginta & sex annis ędificatū est. Non q̄ continue id templū fabricauerint, sed quia a tempore quo cœperunt, usq; ad templi cōsumationem fluxerunt tot anni. A primo siquidē anno Cyri regis persaꝝ qui dedit Iudæis licentiam a Babylonia reuertendi & templū ędificādi, usq; ad sextum annum Darij regis qn̄ consumatum est templum, quadraginta & sex annos fluxisse leguntur. De hoc igit̄ templo loquebantur Iudæi dicentes. Quadraginta & sex annis ędificatū est templum hoc, & tu in tribus diebus excitabis.i. solutū seu dissipatum reparabis illud ? Quasi dicāt. Hoc tibi impossibile esset, cū domus hæc sit tanto tempore fabricata. Certū est si Christus aperte dixisset, in tribus diebus resurgam, uel corpus meū resuscitabo, q̄ non credidissent ei. Ille autē dicebat de templo corporis sui.i. de corpore proprio qd' fuit templū diuinitatis. Pro quo cōsiderandū est. Quattruplex in diuinis scripturis reperiri templū. Videlicet, materiale, spirituale, cœleste, & diuinū. Primum est illud in quo docebat Iesus, & mirabantur Iudæi, & miracula operabatur, de quo ēt eiecit ementes & uendentes, quia tm̄ ad honorem dei fuerat fabricatum. Scd'm est cor nostrum ab omni inquinamēto purgatū, de quo apostolus. Templum dei sanctū estis uos. Templū dei sunt fideles in ecclesia. Rursus. An nescitis qm̄ membra uestra templum sunt spiritus sancti qui in uobis est. Tertium est domus dei & porta cœli, templū gloriæ sanctoꝝ, de quo Ioannes in Apocalypsi. Templum dei apertū est in cœlo, & archa testamēti uisa est in templo eius. Et infra: Templū tabernaculi testimonij in cœlo apertum est. Ibidem quoq;. Templum introire ne

Tempus cōstructionis primi & secundi templi.

Quattruplex templum dei.

1.Cor.3.

7.

Apoc. 11.

15.

mo poterat, donec consumerentur septem plage septem angelorum. Quartum est corpus Christi simul & anima, seu humanitas eius, uerbo diuinitatis unita. Et dicitur templum, tum primo quia secũdum apostolum in Christo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter per personalẽ unionẽ. *Collo. 2.* Tum secũdo, qm̃ deus habitauit in corpore & anima Christi per excellentissimã gratiã. Tum tertio, qm̃ habitauit in anima Christi per claram & beatificam fruitionẽ. Tum quarto, qa quemadmodum in templo materiali orationes dño offerũtur & ab ipso exaudiunt, sic preces ecclesiæ porriguntur deo in Christo & per xp̃m: per quem etiã exaudiuntur. De hoc templo ipse loquebat, Iudæi autẽ non intellexerunt, sed memoriter ipsius uerba tenuerunt tanq̃ falsa prolata. Vnde & in nocte passionis surgentes duo falsi testes, dixerunt. Nos audiuimus eum dicentem. Possum destruere templũ dei, & in tribus diebus reedificare illud. *Quattruplicïter humanitas xp̃i dicitur templum dei.* *Matt. 26.* *Cum ergo resurrexisset a mortuis, recordati sunt discipuli eius, quia hoc dicebat. Et crediderunt scripturæ & sermoni quem dixit Iesus.* Post resurrectionẽ Christi recordati sunt discipuli eius, qa hoc dicebat Iesus de futura solutione, passione & resurrectione corporis sui. Sed non statim post resurrectionem, qa nec illico credebant eum resurrexisse: Sed postq̃ apparuit & scripturarum sensum eis aperuit ut intelligerent eas. Vnde ẽt cõstat discipulos non intellexisse uerba Christi dicẽtis, soluite templum hoc. &c. tunc qñ protulit ea, sed post resurrectionem, ut dictum est. Et crediderunt scripturæ ac prophetarum oraculis de Christi passione, resurrectione, & sermoni prememorato, quem dixit Iesus. Videlicet soluite templũ hoc. Et licet discipuli ante resurrectionem xp̃i uerba nõ

intellexerint, nec prophetarum eloquia, credebāt tñ illa esse uera. At post resurrectionem, Christus illos certiores fecit: *Cum autem esset hierosolymis in pascha in die festo, multi crediderunt in nomine eius uidentes signa eius quae faciebat. Ipse autem Iesus nō credebat semetipsum eis, eo quòd ipse nosset omnes, & quia opus ei non erat ut quis testimonium perhiberet de homine. Ipse enim sciebat quid esset in homine.* In paschali solemnitate cum esset. Iesus hierosolymis, multi crediderunt in nomine eius. i. in ipso, credentes ꝙ esset Christus, uir sanctus, atq; propheta, & mesias promissus in lege. Causa autem illius credulitatis subiungitur. Videntes signa quae faciebat, quę ab euangelistis non sunt specialiter descripta, nisi ꝙ eiecit uendentes de templo. &c. Fecit tñ q̄plurima miracula quapropter Nicodemus dixit ad eum. Nemo potest haec signa facere quae tu facis, nisi deus fuerit cum eo. Supernaturalis quippe doctrina, supernaturalibus argumentis diuinisq; miraculis erat comprobanda. Vt tā certa sit fidei ueritas, q̄ certum est deum falsitatis nō esse confirmatorem, cooperatorē uel assertorem. Ipse autē Iesus non credebat semetipsum eis. i. non committebat semetipsum eis tanq̄ fidelibus constantibusque amicis. Nec uoluit conuersari inter eos, uelut inter ueros discipulos & amicos, agnoscens ipsos non habere fidem formatā, aut stabilē.

Q̄uo xp̄s non credebat semet ipsum Iudeis.

Ideo non credebat se eis non quia uerebatur circūueniri uel pati ab eis. Sed q̄m sciuit ꝙ non adhaerebant sibi constanter, nec cor eoꝝ erat rectum erga ipsum. Isti. n. sic credebāt in Iesum quemadmodum illi, de q̄bus infra capite septimo scribitur. Ex principibus multi crediderunt in eum, sed propter pharisaeos non confitebantur. Dilexerunt. n. gloriam hominum, magisq̄ gloriam dei. Verebāturq;

magis homines q̃ deũ. Tales autem non uere atq; salubriter credunt, sicut saluator ait. Quõ potestis Ioan.5.
uos credere, q gloriam ab inuicem quęritis, & gloriam quæ a solo deo est non quęritis? Loquitur ergo euangelista secũdum communem modum loquendi, quo aliquis dicit seipsum alteri credere. Quõ fidei illius se committit, certus de ipsius fidelitate et amicitia. Et tangitur ratio, cur xp̃s non credebat seillis: eo q ipse nosset omnes. i. certitudinaliter omnium corda. Et quia opus ei non erat ut quis testimoniũ perhiberet de homine quocunq; ad manifestandum aliquid Christo, prius ignotũ ei. Ipse enim sciebat presertim per scientiam increatã secũdum q deus erat quid esset in homine. Hoc est omnia interiora, secretaq; hominis cuiuscunq;. Videlicet desideria, cogitationes, intentiones, & huiusmodi. Per quod innuit euangelista saluatoris diuinitatem, testãtibus scripturis deo propriũ esse uniuersorum cordium archana cognoscere. Hinc in libris regũ, Salomon loquitur. Tu dñe solus nosti 3.Reg.8
corda hominum. Et in Apocalypsi dñs protestat. Apoc.2.
Scient omnes ecclesiæ quia ego sum scrutans cor 1.Reg.16
da & renes. Rursus. Homines uident ea quę patẽt, Heb.4.
deus autem intuetur cor. Apostolus quoque. Omnia nuda, & aperta sunt oculis eius. &c.

De Nicodemo qui uenit ad Christum nocte, ut in diuinis secretis erudiretur. Cap. XXIIII.

ERAT *autem homo ex pharisæis Nicodemus nomine, princeps Iudæorum.* Tres pharisęi pręcipue commendãtur in euangelio, & in Actis apostolorum. Scilicet, hic Nicodemus, Gamaliel legis doctor & san-

Tres pharisæi sancti.

ctus,& Paulus apostolus, sicut ipse apud regē Agrippam de se professus est, dicens. Et quidem uitam meam a iuuentute quæ ab initio fuit in gente
Acto.26. mea in hierosolymis nouerunt omnes Iudæi præscientes me ab initio, si uelint testimonium perhibere. Qm̄ secundum certissimam sectam nostræ
23. religionis uixi pharisęus. Supra.n. dixerat. Ego pharisęus sum, filius pharisęorum. Erant quippe pharisæi uiri honestissimi sic dicti, quod tam moribus quā habitu separati & diuisi erant a cæteris, iuxta appellationem illius uerbi phares. Et quemadmodū iam religiosi habitu & cerimonijs separati sunt a reliqs Christianis, ita pharisęi apud Iudæos erant. Verū quidem est q decursu temporis religionē externo tm̄ habitu mentiti sunt. Et sub specie pietatis hominibus ēt bonis bona sua subtraxerūt, & usq adeo omni malitię studuerūt, ut qui pessimi essent Iudęorum, pharisęi essent. Sicut undiq nobis euangelica testatur historia. Quemadmodū etiam his tēporibus sunt multi claustrales solo nomine, sola apparenti sanctitate, sed simulata ęquitate, solo habitu, monachi, spirituales, & religiosi. Licet ex opposito ēt quāplures uiri probi & integerrimi, eruditissimi quoque inueniantur in religione. Dicit ergo euangelista. Erat homo uiuens scd'm rationē Nicodemus nomine, q gręce uictoria populi, hębraice uero sanguis innocens, pulcherime interpretatur.
Religio, nomen, et dignitas Nicodemi. Erat utiq de secta magnifica pharisęorum, officio illustris, siquidem princeps Iudęorum. In quibus omnibus denotaē religio, nomen, & dignitas. Deinceps constitutus fuit aduocatus xp̄i, quum illū Iudęorum populus totus condēnare uellet. Dixit tunc Nico-
Ioan.7. demus ad eos. Nunqd nr̄a lex iudicat hominē nisi prius audierit ab ipso, & cognouerit qd faciat? De

nique sepeliuit xp̄m honorifice cū aromatibus, una cū Ioseph ab arimathia, ut idem Ioannes testat̄ di- *Ioan. 19.* cens. Venit aūt & Nicodemus q uenerat ad Iesum nocte, primū ferēs mixturā myrrhe & aloes quasi libras centū. *Hic uenit ad Iesum nocte, & dixit ei. Rabbi, scimus quia a deo uenisti magister.* Nemo.n.potest hæc signa facere *quæ tu facis, nisi fuerit deus cum eo.* Attractus a patre, quia nemo inquit xp̄s uenit ad me nisi pater meus traxerit eum. Hic Nicodemus uenit ad Iesum, cuius iam signa uidit, & documēta audiuit, & ex utero perpendit aliquid magnę excellentię esse in Iesu, cuius tantam potestatem & sapientiam, tantā demum iustitiam imperteritamq; constantiā fuit expertus, ita ut neminem metuens, & pro deo Zelans, omnes uendentes in templo expelleret, suamque doctrinam confirmaret miraculis. Hinc Nicodemus agnoscendę ueritatis amore, & spūalis pfectus accēsus, uenit ad Iesum, ut plenius doceret̄ ab eo. Venit aūt nocte multis de causis. Primo, pp tenebras ignorantię legis, qbus detinebatur intelligens scripturam quantū ad litterā tm̄, & nō scd'm spm̄. Vnde psalmista. Nescierūt, neq; intellexerūt, *Nicodemus uenit* in tenebris ambulant. Secūdo, pp tenebras pecca- *in nocte* torꝝ, dicente apostolo. Eratis aliqn̄ tenebrę, nunc *ad Iesum,* autem lux in dn̄o. In magna etenim adhuc caligine *multis de* erat Nicodemus, licet exiguū lucis radiū sibi emi- *causis.* cantem iam psenserat, pp miracula xp̄i. Tertio, ue- *Ephe. 5.* nit nocte, quia alioꝝ pharisęoꝝ ac sacerdotum of- *Iudic. 6.* fensam incurrere formidauit. Quemadmodū Gedeon nocte confregit statuā Baal timens suos conciues: Sic Nicodemus non ausus fuit apte uenire, ne a sinagoga excluderet̄ alioꝝ.s. scribarū & pharisęorum. Carnalis.n. adhuc erat, & scd'm primā gn̄ationē incedens, ac plane nesciēs spm̄. Si.n. spm̄

habuisset, non in tenebris, sed in die uenisset ad Iesum, & aptus, nō occultus fuisset discipulus. Quid est.n. in occulto esse discipulū, & non in apto, nisi occulte confiteri, & in apto negare? Nec dū Nicodemus forte eorꝫ reliquerat, de qbus Ioannes, capite duodecimo dicit. Dilexerunt.n. gloriā hoīum magis q̄ gloriā dei. Quarto, uenit nocte ob uerecundiā, qa erat legis doctor, & palā adiscere erubescebat. Quinto, pp tpis oportunitatē, ut qete loquerēt, & instrueret. Et dixit ei. Rabbi, hoc est magister seu doctor magnifice. Et erat sane. Dedit.n. illū deus nobis doctorē iustitię. Scimus, qa a deo uenisti magister. Recte magister eū uocat, qm̄ sic xp̄s ad apostolos ipse dixit. Vocatis me magister & dn̄e, & bene dicitis. Sum etenim. Bene etiam dixit a deo eum uenisse, quia & Christus undiq; dixit, se a deo missum, & exiuisse. Et subdit.

Nemo.n. potest hęc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit deus cum eo. Cooperando, & gratiā miraculoꝝ p̄stando. Solus qppe omnipotens deus miracula proprie dicta efficere potest tanq̄ principalis effector. Sācti aūt ipsius serui ea faciūt tanq̄ ministri, iuxta illud psalmi. Benedictus dn̄s deus Israel, qui facit mirabilia solus. Siquidem miraculum ꝓprie dictū est effectus excedens totam uirtutem, & legē naturæ creatæ. Et huiusce erant xp̄i miracula. Vt illuminatio cæci nati, suscitatio mortuorum, eclipsis solis in plenilunio tempore passionis. Quæ quidem miracula palam insinuare uidentur q̄ actor eoꝝ est uere docens & diuina uirtute agens. Vnde & ipse alibi dixit. Si opera nō fecissem in eis quę nullus alius fecit, peccatū non haberēt. Sed & cęcus dixit, A mundo auditū nō esse, quemquā aperuisse oculos cæci nati. Ecce qūo miracula

Solus deus miracula facere potest.

Ioan. 15. 9.

pariunt fidē. Sed Nicodemus in hoc deficiebat, qa nō cognoscebat etiam Christum esse Deum. Ecce qualiter miracula testimonium dant uirtuti diuinę, etiam per malos facta, iuxta illud. Multi dicent in die illa: Domine Domine, nōne in nomine tuo prophetauimus, & in noīe tuo dęmonia eiecimus, &c. Et dicet eis dominus, quia nescio uos. Nichilominus hi homines miracula faciunt per inuocationē nominis Dei. Solus autem Christus propria uirtute, citra omnē alienæ facultatis implorationē, &c. Matth. 7.

Respondit Iesus, & dixit ei. Amen amen dico tibi: nisi quis renatus fuerit denuo, non potest uidere regnum Dei. Dicit ad eum Nicodemus. Quomodo potest homo nasci cum sit senex? Nunquid potest in uentrem matris suæ iterato introire & renasci?

Quattruplex natiuitas reperitur in scripturis. Videlicet, peccati, naturæ, gratiæ, & gloriæ. Prima est qñ anima creatur a Deo, & corpori unitur in utero matris, ꝓpter quā unionem contrahit peccatū originale. De qua natiuitate loquitur Iob dicens. Pereat dies in qua natus sum. In qua. s. cōtrahitur originale crimen. Vnde Apostolus ad Ephesios ait. Eramus natura. i. corruptione naturæ filij irę. Secūda natiuitas est, cū homo oritur mundo, de qua loquitur Christus in euangelio dicens. Mulier autem cū parit tristitiam habet, quia uenit hora eius. Cū autē peperit filium, iam nō meminit p̄ssurę propter gaudium, quia natus est homo in mūdum. Tertia est, quando homo unitur Deo per fidem & gratiā baptismatis unda, de qua Ioannes. Qui non ex sanguinibus, neq; ex uoluntate carnis, sed ex Deo nati sunt. Quemadmodum. n. dicitur homo primo nasci quando per generationem carnalem parentum producitur in esse naturali specifico, contrahendo a parētibus esse naturæ. Sic dicitur spiritualiter na-

Quattruplex natiuitas. Iob. 3. Ephe. 2. Ioan. 16. Ioan. 1.

sci,uel renasci: quando per operationem diuinam acquirit esse gratiæ quod est esse diuinum supernaturale & meritorium. Quarta natiuitas erit in ultima mundi renouatione,quãdo anima denuo unie-

Iob.11. tur corpori immortali. De qua Iob. Cũ te consumptum putaueris,orieris ut lucifer. De tertia natiuitate loquitur Christus ad Nicodemũ dicens. Amẽ amen dico tibi,ad maiorem cõfirmationem idem repetit: nisi quis natus fuerit denuo.i.regeneratus uidelicet per spiritualem regenerationem,& p esse supernaturale gratia Charitatis & fidei, qa & ego bis natus sum æternaliter a patre, & temporaliter carnẽ suscepi a matre,nõ potest uidere oculis cordis,clare per speciem regnũ Dei.i.patriam beato-

Videre regnum dei potest dupliciter intelligi. rum,seu Deum regnantem in cœlis. Cũ.n.ultimus finis hominis seu ipsa felicitas quæ est uisio Dei p speciem sit supernaturalis,nullus potest ad eam pertingere per pura naturalia, sed naturam adiuuari opus est,ac perfici,fide,gratia, ac cæteris donis spiritus sancti. Vel aliter potest hęc particula de beatifica uisione interpretari:quoniam regnum Dei duplicem habet statum. Alterum in præsenti uita in mentibus fidelium,secundum quem statum inquit

Roma.14. Apostolus ad Romanos. Nõ est regnum Dei esca & potus,sed iustitia,pax,& gaudiũ, in spiritu sancto. Alterum in futura uita ęternæ felicitatis. Vnde uidere regnum Dei in statu felicitatis est proprium beatis,quia soli beati uident felicitatem illam in se ipsa. Videre autẽ regnum Dei secundum p̃sentem statum,nullis aut paucis electis cõceditur, Fide.n. & nõ euidentia regni ambulamus. Quũ ergo dicitur,nõ potest uidere regnum Dei, de expectata & desiderata ac præparata cunctis electis uisione regni Dei secundũ statũ felicitatis potest esse sermo.

Vt ibidem denotetur ꝙ nisi quis iterum natus fuerit, non possit ad expectatam uisionem felicitatis regni Dei peruenire.

Dicit ad eum Nicodemus, arguens cõtra uerba Christi, quæ tantum carnaliter intellexit, quia in lege assuetus non fuit spiritualibus modis loquendi. Qũo potest homo nasci cũ sit.i.quando est senex? Non nouerat iste nisi unam natiuitatem ex Adam & Eua, ex Deo & ecclesia nondum nouerat. Non nouerat quippe, nisi eos parentes qui generant ad mortem. Nondum nouerat eos qui generant ad uitam. Nouerat insuper natiuitatem carnalem iterari nõ posse, ideo dixit. Qũo potest homo renasci cũ sit senex? Et equidem uerum dicebat: Sed spiritualem natiuitatem ignorabat, quæ etiam repeti non debet, dicente Apostolo. Impossibile est eos qui semel illuminati sunt, &c. Et exprobat quod non possit. Nunquid potest in uentrem matris suę iterato introire & renasci? præsertim cum matres mortuę sint tempore senectutis natorum. Ecce qũo Nicodemus de carnali natiuitate loquebatur, sed modo Christi responsionem audiat. *Respondit Iesus. Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritusancto, non potest introire in regnum Dei.* Soluendo instantiam Nicodemi, & exponendo uerba quæ dixit, respondit Iesus. Amen amen dico tibi nisi quis renatus fuerit.i.spiritualiter regeneratus in fonte baptismatis ex aqua quæ est materiale elementum corpus lauans, & spiritusancto qui est inuisibilis actor intus mentem purificans, & efficienter regenerans, non potest introire in regnum Dei, quod est triumphans ecclesia, felicitas beata, uita æterna, & electorum patria. Id autem intelligi debet dũmodo adsit facultas recipiendi baptismatis sacramentũ,

Obijcit Nicodemus.

Hebr. 6.

Soluitur instantia Nicodemi a Christo.

alias saltem adultis flaminis baptisma sufficeret.s. interior spiritussancti mundatio, uel sanguinis baptisma, puta martirium, cum uoto seu desiderio suscipiendi baptismatis undam. Et nota q̄ in baptismate conformamur Christo & ei incorporamur, quemadmodum ad Rom̄. testatur Apostolus. Qui
Roma.6. cūq; baptizati sumus in Xp̄o Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Consepulti.n. sumus cū illo p baptismū in mortē, ut qūo resurrexit xp̄s a mortuis p gloriā p̄ris, ita & nos in nouitate uitę ambulemus.

Et si dicas, ergo tunc temporis quādo Christus Nicodemū alloquebat̄ tenebantur hoīes baptizari. Dicendum est triplex distingui tēpus. Quoddā in quo circunsio tm̄ necessaria erat, ut ante Xp̄i aduentū. Quoddā in quo baptisma tm̄, ut post manifestationem euangelij. Aliud uero in quo utrunq; simul, ut tempore Christi. Et tunc habebat effectū circuncisio, & pro tempore illo, non erat necesse baptizari, nec dominus hic sententialiter promulgauit regenerationis necessitatem, sed quod facturus erat reuelauit amico. Sed ne pigeat, nobisq; nō displiceat altiora & diuiniora cognoscere, ex respōsionibus Christi, Nicodemus nāq; illud dn̄i uerbū esse impossibile arbitrabatur. Dominus autē eum certiorem facere uoluit, sed paucis uerbis errorem illi suū cōmonstrauit, quasi sic dicere uolens. Nicodemę in hac regeneratione quā tibi p̄dico, non est opus aliquem rursus intrare uterum matris. Solum modo.n. fit illa per aquam & spiritum. Neque hic opus est uentre, sed solo spiritu. Tu autem impossibile dicis senē nasci denuo. Ego tam necessarium ut aliter quis saluus esse non possit. Quamobrē sic attentum eum fecit dominus, dum.n. necessitatem baptismi illi inculcat, diligētiorem reddit in inqui-

Triplex tēpus circuncisionis & baptismatis.

rendo. Siquidem primus homo de terra factus, preuaricatus est. Hunc autē alterum hominē nouū ex aqua & spiritu regenerare uult Christus, sicut & olim spiritus domini ferebatur super aquas. Aqua exterius emūdat corpus a sordibus, spiritus intus sanctificat animā, ut sic totus homo nouus efficiatur acceptabilis Deo, filius per gratiam, qui antea filius iræ erat secundum naturā. Iccirco Ioannes de Christo dixit. Hic est qui baptizat ĩ spiritusancto. Diligentius etiam considerandū est q̄ non temere uniuersaliter de oībus hoībus loquitur Xp̄s, ut necessarium sit illis renasci. Nicodemus.n.cum antea magistrum appellauerat, iam ipse declarat & testatur se totius mundi magistrum esse, cum doceat id quod omnibus hominibus est necessarium. *Quō renascitur hō, aqua & spiritu.*

Deinde animaduertendū est q̄ bis regnū cęlorū Nicodemo nominat, quia cū pharisęus esset, & resurrectionē crederet mortuorū, in hoc illud adiunxit, ne negare posset quin renasceretur. Attendendum est insuper Christum in principio obscurius loquutū fuisse, ut diligentiorē illum faceret. Nāq; si manifeste ei dixisset hominem baptizari in aqua cōtemnere potuisset. Cum autem audiret Christū sibi dicere de regeneratione, admiratus est. Et ne paruipenderet aquam in baptismate, uerū addidit quoq;, spiritum sanctum sicut p̄ceptorem bonū facere decet, ut Chrysosto. docet.

Adhuc obseruandum est dn̄m primo dixisse nō uidebit regnū cœlorū deinde nō intrabit. Multi.n. arbitrantur Christū idem in utroq; sermone significare uoluisse. i. nō saluabitur. Sed uerba hæc ulterius quidam insinuare uidentur, dominū. s. designare uoluisse æternā felicitatem, essentiæ diuinæ in uisione consistere. Hæc.n. est uita æterna inquit dn̄s *Regnū cœlorū dupliciter nominatur.* *Ioan.17.*

ut cognoſcant te Deum patrem, & quē miſiſti Ieſum Chriſtum dn̄m nr̄m. Quiſquis itaq; eſſentiam intuetur diuinam, uerę beatus eſt, ſicq; ingreditur
Matth.25. in regnū cœlorum, iuxta illud domini ad ſeruū. Intra in gaudium domini tui. Deinde ſubdit dominus. *Quod natum eſt ex carne caro eſt, & quod natum eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt.* Huiuſce uerba Chriſti nō modicam difficultatem habere uidentur. Si. n. quod natum eſt ex carne caro eſt, igitur quod naſcitur ex ſancto ſanctum eſt, & quod oritur ex putredine, putredo eſt. Et ſi quod naſcitur ex ſpiritu ſpiritus eſt, igitur qđ naſcitur ex Deo Deus eſt. Dicendum eſt id intelligendum eſſe per ſe. ſ. quod naſcitur ex carne generā te, & ſecundum q̄ caro eſt, id carnale eſt. Similiter quod naſcitur ex ſpiritu, id ſpirituale eſt. Icirco uerba domini poſſunt dupliciter intelligi. Primo, Qđ natum eſt ex carne. i. corpus filij ꝓpagatum, ac natum ex ſemine patris, caro eſt. Et quod natū eſt ex ſpiritu. i. anima rationalis creata a Deo, qui ſpiritus appellatur, ſpiritus eſt. i. ſpiritualis ſubſtātia. Iuxta quem ſenſum dicit Apoſtolus. Patres carnis noſtrę habuimus eruditores, & reuerebamur eos, nō multo magis obtemperabimus patri ſpirituū, & uiuemus. Secundo, quod natū eſt ex carne. i. a carnali parente, caro eſt, nō habens niſi eſſe carnale & naturale, uirtute carnalis generationis. Talis autē ſaluari minime poteſt. Et quod natum eſt ex ſpiritu. i. ſpiritualiter regeneratum in eſſe ſpirituali poſitum, ex aqua & ſpiritu ſancto in baptiſmatis ſacramento, ſpiritus eſt. i. ſpirituale efficitur. Vt homo inuiſibiliter intus renatus, & Deo coniunctus, cū quo ſecundum Apoſtolum unus eſt ſpiritus. Ex quo manifeſte cōſtat hanc regenerationem impoſſibilem non eſſe, ſed neceſſariam & a carnali generatione

Verba xpi dupliciter interpretātur.

Hebr.12.

1.Cor.6.

feiūnctam,de qua Ioānes in sua Canonica. Omne 1.Ioan.5.
quod natum est ex Deo,uincit mundum,&c.

Dixit ergo Christus ad Nicodemum. Quod ex carne natū est,caro est. Quasi diceret. Tantū de natiuitate carnis tu loqueris Nicodeme, ubi caro de carne nascitur. Ego aūt de spirituali loquor,in qua quod ex spiritu nascitur, spiritus est. Caro mortalis est,spiritus perpetuus. Et in generatione carnali portamus imaginē Adæ terreni, ut ait Apostolus. Vnde iniqua est generatio & naturalis malitia. Se 1.Cor.15.
men.n.erat maledictum ab initio,teste Sapiente. Hinc & ex hac generatione nata est illa q̄rimonia Sapien.12.
Pauli clamantis. Video aliam legem in membris Roma.7.
meis,repugnantem legi mētis meæ, & captiuantē me in lege peccati,q̄ est in mēbris meis. Quod aūt nihil boni nascatur ex carne,satis magnus ecce nobis testis,adest Iacobus. Cū.n.in carne habitet cō- Iacob.1.
cupiscentia, quilibet a cōcupiscentia sua tentatur, abstractus & illectus. Deinde concupiscentia cum conceperit,parit peccatum. Peccatum uero cū cōsumatum fuerit, generat mortem. Sicq; nihil boni nascitur ex carne,nec quicq̄ aliud nisi caro. Et sicut origo est & fons,ita fluuius,& ubicunq; scaturigo mala,ibi & riuus malus. Vbi radix arida,ibidē & arbor tota sterilis est: Et ubi arbor mala,ibi & fructus malus. Ideoq; ex carne non nisi caro. De qua dicit Apostolus. Caro & sanguis,regnum Dei nō 1.Cor.15.
possidebunt. Neq; corruptio,incorruptelam possidebit. Sed e cōtrario: Quicquid ex spiritu nascitur, spiritus est. Arbor bona,fructus ꝓfert bonos. Spiritualis tum nobilitas,tū ꝑfectio ex spiritu est. Nō ocioso tamen, sed operāte & cōmouente uirtutes animæ ad omne bonū, hominēq; uniente cū Deo. Quia q Deo adhæret,unus cū eo spiritus est. Fælix 1.Cor.6.

igitur & beatus homo qui sic ex spiritu nascitur &
Ioan.1. Deo. Et ut ait Ioannes, qui nõ ex sanguinibus, neq; ex uoluntate carnis, neq; ex uoluntate uiri, sed ex
Roma.8. Deo nati sunt. Ipse.n. spiritus ut inquit Apostolus testimoniũ reddit spiritui nostro q sumus filij Dei.
Gen.1. Multo magnificẽtius q̃ in prima creatione. In principio.n. & ab origine mũdi dictum est, producant aquæ reptile animæ uiuentis. Ex quo autẽ alueum Iordanis ingressus est Christus, nõ amplius reptilia animarũ uiuentium, sed animas spirituales producit aqua, & agnos ecclesiæ. In creatione mundi refert quidem Moyses q tunc spiritus domini ferebatur super aquas. Verum quinq; milibus annorum postea ignorabatur, quid ageret spiritus domini su-
Nota pulchra. per aquas. Tantisper dum Christus aquas Iordanis ingressus, aperto cœlo, cerneret spiritum sanctũ descendentem in specie columbę, & uenientẽ super se, in argumentum & signum efficax baptismi. Et q spiritus sanctus potenter debebat emundare animam baptizati, & eam abluere ab omnibus sordibus peccatorum. Et ita patet q quicquid de spiritu nascitur, spiritus est.

Præterea, in libro Genesis legimus q Deus condidit hominem ex limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum uitæ, unde factus est homo in animam uiuentem. Et secundum hoc utiq; uerum est, q ex carne caro, ex spiritu autem spiritus nascitur. Cum.n. gemina in nobis sit substantia, corpus & anima, corpus quidem de corpore uenit parentis, anima autem quæ spiritus est ex spiritu Dei uenit, ut supra dictum est. Ideo Augustinus, anima infundendo creatur, & creando infunditur. Deinde subdit dominus. *Non mireris quia dixi tibi, oportet uos nasci denuo.* Homines mundani cum audiunt aliquid

dici

dici de natiuitate seu gñatione cœlesti uel filij dei, uel etiam filiorum adoptionis, tñ admirantur & stupent, attoniti: iuxta illud Isaiæ. Quis audiuit unquam tale, & quis uidit huic simile? Nunquid parturiet terra in die una, aut parietur gens simul? Quia parturiuit, & peperit Syon filios suos. Nunquid ego qui alios parere facio, ipse non pariam dicit dñs? Si ego qui generationem cæteris tribuo sterilis ero, ait dñs deus? Ita quoque fecit hic Nicodemus, quaobrem dñs eum certiorem fecit, cùm subiunxit. *Isa. 66.* *Spiritus ubi uult spirat, & uocem eius audis, sed nescis unde ueniat aut quo uadat, Sic est omnis qui natus est ex spiritu.* Hæc particula dupliciter exponitur. Primo scd'm Chrysostomum de uento quem psalmista spm̃ uocat, dicens. Flabit spiritus eius, & fluent aquæ. Et rursus. Et stetit spiritus procellæ. Nicodemus. n. Christi uerba de carnalibus & terrenis rebus intelligebat. Dñs autem uult ostendere se de spiritualibus loq. Et quia spiritualia in infinitum distant a corporalibus, ideo mediam creaturam ei proponit. s. uentũ, qui neque ad solidi corporis naturam, neque ad incorpoream conscendit. Participat quodammodo de natura utriusque corporis, corporalis. s. & spiritualis. Vult ergo dñs docere quomodo spiritus inuisibiliter operatur regenerationẽ suam in animo hominis, & nobis quoque nec sentientibus, neque uidẽtibus. Ait. n. spiritus ubi uult spirat. i. scd'm liberam agitationem suam, & scd'm impetum sue naturæ, sicut dicitur. Vanitati subiecta est omnis creatura nolens. Et uocem eius audis. i. sonum & ipsius stridorem sentis, sed unde spiret exactę non cognoscis. Et licet uideas austrum euntem a meridię, ad aquilonem, & alium uentũ uenientem ab oriente in occidentem, tñ originem illius certã ignoras, pari

1. expositio Chrysosto.

Ventus est spiritus, et quomodo.

ter & finem. Ita spiritualiter audit aliquis uocẽ spiritus, dum commotionem illius in se experitur. Neque.n. infidelis audit uocẽ pastoris, sed fidelis tm̃, dummodo gratia diuina non sit destitutus, ut illã sequatur, iuxta illud Dauidis elogium. Hodie si uocem eius audieritis, nolite obdurare corda uestra. Multoties quidem audimus uocẽ domini pulsantis in cordibus nostris, nosq; admonentis & exhortantis ad omne bonum, iam per seipsum, iã per angelos suos. Nescimus tñ adhuc unde ueniat aut quo uadat. Omnis.n. illa operatio spiritus sancti occulta est, totaq; latet inuisibilis. Latet ipsius initium & finis, cum sit ipsius opus internum.

Quõ spiritualiter quis audit uocem spiritus.

Beda in homilia hanc particulam exponens sic ait. Nam uidetur baptizandus in fontem descẽdere, uidetur aquis intingi, uidetur de aquis ascendere. Quid autem in illo lauacro regenerationis egerit, minime uideri potest. Sola fidelium pietas nouit, quia peccator in fontem descendit, sed purificatus ascendit. Filius mortis descendit, & filius uitæ ascendit. Filius diaboli descendit filius dei ascẽdit. Caro abluitur aquis, & spũs purificatur a spiritu. Sed hæc omnia corporalibus oculis nostris nõ cernimus. Sed mater ecclesia sancta quæ peperit illum denuo, nouit hoc in fide, qđ infideles nec norunt, neq; credunt, ut dicit Ioannes. Carissimi, nũc filij dei sumus, & nondum apparuit qđ erimus. Sic sapiens dicit. Ignoras quæ sit uia spiritus. Ecce itaque quõ audis uocem spiritus, neq; tñ stupendam ipsius intelligis operationem. Vnde Augustinus. Sonat psalmus, uox est spiritus. Sonat euangeliũ, uox est spiritus. Vocẽ eius audis, & nescis unde ueniat aut quo uadat. Sic est omnis qui natus est ex spiritu. Vocem concionatoris auditis, uocem utiq;

De renouatione hominis pulchra.

1. Ioan. 3

Eccl. 11.

Augusti.

est spiritus. In quibus aũt spiritus operetur, & quo uadat, penitus ignoratur. Christus igitur his uerbis principẽ Nicodemũ erudiuit & docuit profundissima fidei Christianę misteria de regeneratione spirituali, qua quis nouus homo efficitur. Et merito quidem, sicut Paulus testatur dicens. In Christo Iesu neq; circuncisio aliquid ualet neq; præputium, sed noua creatura. Plane.n.quisquis ingredi cupit regnum cœlorum, fiat oportet creatura noua, nouusque homo se motus ab exercitijs, ueteris Adæ iuxta illud Pauli. Renouamini spiritu mentis uestrę, & induite nouũ hominem qui scd'm deum creatus est in iustitia & sanctitate ueritatis. *Gala. 6.* *Ephe. 4.*

Aliter hæc particula, spiritus ubi uult spirat, exponitur. s. de spiritu sancto. Tres.n.sunt condictiones spiritus generantis. Prima est, q ubi uult spirat iuxta illud apostoli. Omnia dona operatur unus et idem spiritus, diuidens singulis prout uult. Et non tm̃ uult, sed libera electione uult. Electio quidẽ loci, significatur dicendo. Vbi uult. Et quia locus susceptiuus spirationis non est corpus, sed spũs, spiratio aũt operatio est spiritus sancti. Ideo cum dicit, spiritus ubi uult spirat, sensus est. Spũs operationẽ suam spiritualem exercet in quo uult. Secunda cõdictio generantis spũs est, q uocem eius audis. Est autem uox spiritus sancti illa de qua scriptum est. Non uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquit in uobis. Quę quidem uox etiam ab his qui impfectæ credunt percipit: Qualis erat Nicodemus. Et propterea in secunda persona dicit. Audis. &c. Tertia condictio spũs sancti nos spiritualiter generantis est ignorantia utriusq; termini ipsius. Ignoramus nanq; a quo & unde ueniat, & ad quem uel quo uadat. Et est sermo de uenire *Alia expositio illius particulæ.* *Tres conditiones spiritus sancti generãtis.*

& ire per operationē. Eſt.n.ſenſus ꝙ neſcimus unde ueniat, hoc eſt ex qua ratione procedat in tale opus. Et ſimiliter neſcimus quo uadat, hoc eſt proprium finem quem intendit per talem ſpirationē. Nam & rationes propriæ diuinorum operum apud deum, ignotę ſunt nobis, & proprij fines quos intēdit deus, ignoti quoque ſunt nobis. Itaque tā ultimus finis, quàm prima origo procul eſt a ſciētia noſtra. Sic eſt omnis qui natus eſt ex ſpiritu. Quia ipſi ſpiritui generanti aſsimilatur. Quilibet.n.ſpiritualis homo uiuens ſcd'm ſpiritum ubi uult ſpirat, quia habet liberam facultatem exercendi opera ſpiritualia ubi & qñ uult. Ideo ſecūdum impetum ſpiritus ſancti in quibus peccatoribus uult, ſuam ſpiritualem operationem exercet. Docendo, prędicando, admonēdo, conſulendo. Peccatores autem audiūt uocem ſpiritualis hominis, pariter & opa bona, & ad deū conuertunt. Ignorant tñ unde ueniat, aut quo tendat huiuſce ſpiritualis operatio. Ideſt neſciunt diuinum principium illius ſpiritualis operationis unde ueniat, ſimiliter & diuinum terminum.

Q̃uo homo ſpũalis, ſpiritui aſsimilatur.

De diuerſis ſpirationibus ſpiritus ſancti.

Spiritus ſanctus qui ſpirat a patre æternaliter, pariter & a filio, etiā temporaliter ubi uult ſpirat. Primo in omnibus corporibus organizatis exiſtētibus adhuc in uteris matrū ſpirat rationalem animam, quemadmodū de Adamo ſcriptum eſt. Spirauit in faciem eius ſpiraculum uitæ, & factus eſt homo in animam uiuentem. Secundo ſpirat in omnibus recte baptizatis fidem, ſpem, & charitatē. Ideo apoſtolus. Quia eſtis filij dei.ſ. per baptiſmatis regenerationem, miſit dñs ſpiritū filij ſui in corda ueſtra clamantem.i. clamare facientem Abba pater. Quia ſicut pater generādo filium imprimit

Gene. 2.

Galat. 4.

similitudinem in eo, qua filius suaptenatura moue tur ad clamandum, ó pater, heus pater: sic cum qs baptizatur spiritus sanctus imprimit caracterem, idest, similitudinem dei in puero, qua ad eum clamare cogitur, dicens. Abba pater. Ipse.n. spiritus ut ad Romanos idem testat apostolus testimonium *Roma. 8.* reddit spiritui nostro q nos sumus filij dei. Si autē filij dei & hæredes. Hæredes quidem dei, cohæredes autem xpi. Tertio spirat dona gratiarum, de quibus dicit apostolus. Vnicuiq; autem datur manifestatio spūs ad utilitatem. Alij quidem per spm̄ datur sermo sapientiæ. Alij autem sermo scientię. &c. Deinde concludit. Hæc autem omnia operat unus *1. Cor. 12.* atq; idem spūs diuidens singulis prout uult. Quarto, spirat doctrinam in omnibus apostolis & prophetis, quibus dixit xps. Nō uos estis qui loquimini, sed spūs patris uestri qui loquit in uobis. Quinto, spirat sapientiam in omnibus doctoribus, quēadmodum de Stephano scribitur, q Iudæi nō poterant resistere sapientiæ & spiritui qui loquebat *Act. 6.* in eo. Sexto, eandem quoq; sapientiam & doctrinam spirat in omnibus concionatoribus, sicut scriptum est. Qui habet aures audiēdi audiat, & quid spūs dicat ecclesijs. Sed hāc sanctam spirationem *Apoc. 2.* spiritus sancti, fideliumq; regenerationem adseq non potuit Nicodemus, quamobrem dixit ad dominum. *Quomodo possunt hæc fieri? Respondit Iesus & dixit ei. Tu es magister in Israel, & hæc ignoras? Amen amen dico tibi, quia quod scimus loquimur, & quod uidimus testamur & testimonium nostrum non accipitis.* Verba xpi Nicodemus non intelligebat, nihilominus ut diligens discipulus quæsiuit illa secreta scire conceptam iam illam apud se habens opinionem de xpo, q uera essent uerba sua, modū tñ et mensuram illorum ignorabat.

Increpauit autem eum dñs, & ait. Tu es magister in Israel, & hæc ignoras? Quasi diceret. Magister tu es & doctor Iudæorum, cur igitur ignoras? Quõ patres nostri omnes mare transierunt, & omnes in
Exod. 14. Moyse baptizati sunt in nube & in mari. Nonne prophetæ omnes ad litteram locuti sunt de hominis renouatione in baptismatis aqua? Cur ignoras Zachariæ uaticinium dicentis? In die illa erit fons
Zachar. 13. patens domui Dauid & habitantibus Hierusalẽ
Ioel. 3. in ablutionem peccatoris. De quo etiã accipi potest illud Iohelis. Fons de domo dñi egredietur, & irrigabit torrentem spinarũ, uidelicet corda uitiosa spinis ac tribulis spiritualibus plena. Rursus. Si tu es magister in Israel non debes ignorare id qđ scriptum est apud Ezechielem de baptismatis unda? Ecce ego inquit dñs effundam super uos aquã
Ezech. 36 mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis uestris, & dabo uobis spm̃ nouum. &c. Esaias quoque nonne etiã de hac spirituali aqua sic
Esa. 1. ait? Lauamini mundi estote, auferte malum cogitationum uestrarum quiescite agere peruerse & discite benefacere. &c. Deinceps pandit saluator quod certa sit sua doctrina propter quo ei humiliter credendum est. Amen amen dico tibi, quia quod scimus nos rex Messias unigenitus filius dei, dñs uniuersorum quod inquam scimus, idest clare cognouimus ab æterno scđ'm quod deus. Eadem.n. est sapientia idemque numero intellectus patris & filij, loquimur nunc uobis Iudæis de sacramentis & documẽtis euangelicæ legis, & quod uidimus oculo mentis.i. certissime nouimus, testamur, sed testimoniũ nostrum non accipitis recte credendo, atque humiliter meis sermonibus cõsentiendo. Postea subdit. *Si terrena dixi uobis & non creditis, quomodo si dixero uobis cæ*

lestia credetis? Huiuscemodi terrena quæ xp̄s dixit Nicodemo atq; Iudęis sc̄dm Augustinum & Bedam non sunt aliqua in præsentia℞ dicta, sed quod supra in præcedenti capite fertur xp̄s dixisse Iudęis. Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Hoc autem de proprio corpore adhuc corruptibili terreno ac mixto disseruit. Quasi uelit dicere. Si non creditis ꝙ possim proprium corpus diuina uirtute suscitare a morte, quomodo credetis ꝙ hoies ualeam ex aqua & spiritu sancto regenerare? Alij referunt ad baptismum q̄ terrenus dici potest, qm̄ uisibiliter exhibetur in terra ex aqua uisibili sub sensibili forma uerborum. Est itaq; sensus. Si terrena dixi. i. de sensibilibus rebus locutus sum uobis, uidelicet de baptismate, & suscitatione corporis mei, & non creditis uera esse quæ dico, eo quod transcendant humanæ rationis facultatem, quomodo si dixero uobis cœlestia, loquendo de inuisibilibus dei, de unitate trinitatis, de trinitate unitatis, de emanatione diuina℞ ꝑsonarum ad intra, de uisione diuinæ essentiæ, de hyerarchijs, alijsq; secretis cœlestibus, de quibus parum habet̄ in lege ac prophetis, credetis? Quasi dicat, difficulter uel nequaq̄ credere poteritis, cum sint omnibus terrenis incomprehensibiliora. Et nota ꝙ Christus sub persona Nicodemi Iudæos incredulos alloquebatur, de quibus pauloante loquutus est, testimoniū nostrum nō accipitis. Necesse est ergo ꝓprium intellectum auctoritati xp̄i subijcere, & his quæ rationem transcendunt, fidem p̄bere. Presertim cū deus per sufficientissima argumenta oñderit Iesum esse xp̄m filium dei, uerū Mesiā in lege ꝓmissum. Pro pterea dicit apostolus. In captiuitate redigentes, oēm intellectum in obsequium xp̄i. Sed qm̄ quędā,

Terrena quæ sunt illa de quibus xp̄s.

Christo, quo credere in omnibus oportet.

2. Cor. 10.

secreta atq; cœlestia ad Christum ptinentia cunctis fidelibus sunt scienda, uidelicet unitas personę dei & hominis in xpo, misterium dominicæ passionis, & amor dei ad genus humanum, iccirco xps de talibus consequenter instruit Nicodemum dicens. *Et nemo ascendit in cœlum nisi qui descendit de cœlo, filius hominis qui est in cœlo.* Hæc uerba xpi profunditatem quandã sensus uident habere. Quid est.n.qđ ait, nemo ascendit in cœlum. &c? Nonne homines sancti a pœna & culpa purgati, mox ascendunt, in cœlum dicente apostolo? Scimus qm̃ si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, q ędificationem habemus ex deo domũ non manufactam æternã in cœlis. Nonne gaudent in cœlis animæ sanctorum qui xpi uestigia sunt secuti? Multi ẽt sanctorum (ut pie creditur) cũ anima & corpore simul ascenderunt in cœlum. Sed dicendum est, huiusce uerba xpi posse multipliciter interpretari. Primo de xpo, dicendo. Nemo sua ꝓpria uirtute ascendit in cœlũ, nisi q ẽt suaptenatura descendit de cœlo, filius hominis qui scđm naturam diuinã est in cœlo. Nã descendens de cœlo nõ reliquit cœlũ, ad quem ẽt suis proprijs meritis una cum corpore & anima ascendisse dicit, quod nulli unq; hominum concessum est. Hæc aũt dixit xps ut Nicodemo palam insinuaret unitatẽ psonæ utriusq; naturæ in ipso. Tanta est.n. unio uerbi cũ humanitate in xpo, ut uerũ sit dicere. Christus est æternus, immensus, omnia implens, uerus deus, immortalis omnipotẽs. Rursus pp huiusmodi unitatem personalẽ adhuc uere dicimus. xps passus est, occisus, & sepultus. Vnde de puero Iesu existẽte in utero, in pſepio iacente, ad ubera pendente, uerum fuit dicere. Iste puer creauit cœlũ & terrã. In cœlo est et ubiq; per

Marginalia: 1.Cor.5. — Nemo ascendit in cœlum, 1. exponitur de xpo

essentiam, præsentiam, atq; potentiam. Ad quod insinuandum dicit Apostolus. Iesus Christus heri Hebr. 13
& hodie, ipse & in secula. Iudas quoq; Apostolus, Iud. 1.
Iesus inquit populum suũ saluans de Ægypto, secundo eos qui nõ crediderunt perdidit. De Christi aũt ascensione prophetæ sufficienter loquuti sunt, & pręcipue Dauid in psalmo dicens. Psallite Deo qui ascendit super cœlum cœli ad orientẽ. Rursus. Ascendit Deus in iubilatione & dñs in uoce tube. Deinde. Ascendisti in altũ, cepisti captiuitatẽ, &c. Quibus dictis fauet illud Apostoli. Qui descendit Ephe. 4.
ipse est, & qui ascendit super omnes cœlos.

Secundo, Nemo ascendit in cœlum nisi qui descendit de cœlo, de omnibus electis & p̃destinatis interpretari potest, q dicuntur descendere de cęlo per æternam eoꝝ electionẽ. Et quia sunt membra Christi qui est caput ut unũ corpus efficiant, ideo si caput descendit & ad cœlum ascendit, etiam corpus, & ex consequenti omnia illius membra descẽdere & ascendere dicuntur. Nemo igitur ascẽdit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo. s. omnis prædestinatus incorporatus Christo. Voluit itaq; domi- 2. exponinus hic Nicodemo fructũ & utilitatem baptisma- tur de mẽtis declarare, quod quisquis non fuerit renatus ex bris eius.
aqua & spiritu, nequeat etiam intrare in regnũ cœlorum, cũ nemo feratur in cœlum, nisi Christus, & quicunq; incorporatus est illi. Incorporantur autẽ Christo oẽs in baptismate & ecclesia sancta Dei, ut sic in Christo possint omnes ascendere in cœlũ. Neq;.n. in ijs qui nati sunt ex Adamo terrestri patet regnum cœlorum & ianua paradisi. Siquidem Deus ante eum reposuit Cherubin, & flãmeum gladium ad custodiendam uiam ligni uitæ. Illis autem q ex altero Adamo cęlesti renati sunt p baptismũ,

Amos 9. patet utiq; cœlũ,ficut propheta teftatur. Qui ædificat inquiens in cœlo afcenfionem fuam,& fafciculum fuum fuper terram fundauit. Chriftus itaq; ipfe fibi uiam parauit in cœlum: Fafciculus autem fuus eft numerus electorũ quos congregauit in terra. Tunc ergo folus Chriftus afcendit in cœlum, quando folus ipfe cũ membris fuis fertur in cœlũ. Et hoc eft q ubiq; Deus cõmendat unitatem, & iubet unanimes nos effe debere, neq; ab ecclefiæ unitate deficere. Væ igitur iftis qui oderunt ecclefię unitatem, quoniam nõ afcendent in cœlum. Vnus eft enim qui cœleftia petit, Chriftus. Vnus inq; ille cum membris fuis. Vnde & Paulus. Nolite inquit plures fieri. Et rurfus. An ne Chriftus diuifus eft? In hunc fenfum fuperiora uerba inducit Auguftinus, & ait. Si terrena dico uobis de corpore meo terreno illo uero, & interim neq; intelligitis nec credi tis, cęleftia, qũo intelligetis? Hoc eft: fiquid de corpore mixto dixero, ecclefia. f. ficut in multis locis Paulus multa differuit. Et non creditis: qũo. &c. Solus ergo Chriftus afcendit in cęlum, folus quippe cum uero & mixtico corpore fuo, uelut caput cum membris fuis.

Qũo ſanc̃ti aſcendunt in cœlũ ut membra Chriſti.

1. Cor. 3. 1.

Tertio, id quod dicit Chriftus, nemo afcendit in cœlum, &c. Ad animas electorum referri poteft, quoniam animæ a Deo creatę dicuntur de cęlo defcendere. Et cum fint ab æterno pdeftinatæ, iterũ cœleftia petunt. Et fi dicas, corpora fanctorũ afcendunt in cœlum a quo defcendere minime dicũtur, dicendum eft, q corpus eft uelut indumentũ animæ. Et fi quis de monte nudus defcenderet, & indutus afcenderet, idem diceretur afcendere & defcendere. Poftremo fubdit. *Et ficut Moyfes exaltauit ferpentem in deferto, ita exaltari oportet filium hominis, ut omnis*

3. expoſitio illius particulæ. ſ. nemo aſcẽdit.

qui credit in ipso non pereat, sed habeat uitam æternam. Admirari poterat Nicodemus unde hæc tanta uirtus inesset aquæ in regeneratione spirituali, & quō Christus suapte natura poterat in cœlum ascēdere. Iam porro illum docet dominus id omne uenturum ex passione sua, atq; hoc probat ex figura ueteris testamenti quando mordentibus in deserto serpentibus iudæos, miseræq; pereuntibus omnibus quotquot morsi erant (prius habita pœnitentia) p̃cepit dñs Moysi serpentem eneum in sublimem aerem suffigere, quem quisquis intueretur conualesceret ex morsu. Quid autē sunt serpentes mordentes nisi peccata de mortalitate carnis? Sic primū hominē peccato graui momordit in paradiso. Serpens aūt eneus in ligno, Christus ipse est in cruce. Æs sonū habet ualidū, ita Christus uerbū extitit sonorum. Sonum illius æris latro audiuit & clamauit. Domine memento mei dum ueneris in regnum tuū. Eundem sonū audiuit centurio & prorupit in hæc uerba. Verę filius Dei erat iste. Quisquis ergo oculis fidei aspexerit serpentem illum, saluabitur. Et ita nō peribit, sed habebit uitam æternam. *Nume. 21.* *Luc. 23.* *Matth. 27.*

Assimilatur serpens ęneus Christo, primo quia quemadmodum serpens ille habuit figurā ueri serpentis, & similitudinem uenenati, nō autem naturam serpentis nec ueritatem ueneni: Sic Christus factus est homo in similitudinem carnis peccati, & inter peccatores cōmuniter uixit, nō tamen habuit culpam, nec cū impijs cōmunionem peccati. Secūdo, quoniam exaltatio & illius serpentis erectio, exaltationē Christi in ligno pulcherrime figurauit. Tertio, quia quemadmodū iudæi corporaliter Iesu intuendo illum serpentem sanabantur a morsu ignitorum serpentum, sic fideles intuendo Christi pas- *Quō serpēs æneus cōparatur Christo.*

sionem, fide & amore, seu Christum in cruce spansum, sanantur ab omni ardore incentiui peccati, ab omni tentatione diaboli, ab omni pigritia, animantur quoque ad fortiter pliandum, ad patientiam ueram, ad omnem uirtutem, optantes sequi uestigia
Hebr. 12. Christi, dicēte Apostolo. Curramus propositum nobis certamen, aspicientes in auctorem fidei, & consumatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta. Tanto ptērea dignior, fructuosiorque consistit erectio Christi in cruce, quam serpentis illius. Quanto melius est liberari a uulneribus animæ quam corporis, & adipisci uitam æternam, quam temporalem. Serpens autē uerus assimilatur diabolo propter calliditatem uenenū, & astutiam. Licet nihilominus serpentes assimilentur pijs & sapientibus hominibus dicente domino
Serpens quō diabolo & homini assimilatur. in euangelio. Estote prudentes. i. circunspecti, cauti ac prouidi, ne a lupis fallamini, sicut serpentes, qui obturant aures suas ne audiant incantantem, & toto corpore caput suū in quo uita consistit occultant, & ptegunt. Sic nos aures obturemus ne uerba nociua detractoria, aut deceptoria audiamus. Quemadmodum Sapiens nos hortatur. Sepi au-
Ecclesiastes. 2. res tuas spinis, & noli audire linguam neq̄. Serpētes proinde per foramen acutum transeunt ut renouentur, sic peccator per foramen pectoris Christi fide & amore transiens renouabitur ut aquila. Et si quæras cur serpentem solum Nicodemo in exemplum proposuit, hic dominus, & non quodcunque aliud animal ex his multis quæ in lege ueteri Christum figurabant: Respondet Chrysostomus, dnm uoluisse passionem suam uelut medicinā quandam declarare. Ex omnibus autem animalium omnium figuris, nulla est quæ magis proprie medicinā animæ

repręsentet, quàm ista serpentis. Et sunt quidem ratione sacrificij, cętera quoque animalia figuratiua Christi, sed quo ad medicinã, solus serpens. Naturaliter enim uenenũ ueneno propellendũ est. Non ita aũt in reliquis morbis. Demorsus itaque homo a serpente, oportet adhibeat theriacã, quę cũ ex ueneno serpentis cõponatur, ueneno alteri mẽdetur. Sic nobis in pręsentiarum remedium atque adeo theriaca saluberrima, Christus est, omne uenenũ abigens peccati, quo antiquus iste serpens nos momorderat. *Figura serpentis, medicinã diuinæ repręsentat.*

Et nota quod Deus contra primũ angelum malum creauit angelum bonum, ut cũ illo pręliaretur, & expelleret de cœlo, quemadmodũ scriptũ est. Factũ est pręlium magnũ in cœlo. Michael & angeli eius pręliabantur cũ dracone. &c. Contra primũ Adam de terra terrenũ, creatus est secundus Adã de cęlo cęlestis. Cõtra primam mulierem infidelem, uenit secunda mulier fidelissima uirgo Maria. Cõtra serpentem uenenatum, erectus est serpens sine ueneno, ut omnis qui credit in ipsum fide formata non pereat in ignem æternum, sed habeat uitam æternam. Hac igitur de causa, Ezechias fregit serpentẽ ęneum quem fecit Moyses zelo diuini honoris ad euitandam omnem speciem idolatriæ: quia honor illius serpentis tunc temporis Deo, nunc aũt Christo debetur, qui est Deus & homo. *Apoc. 12.* *4. Reg. 18.*

Postremo, passio Christi uocatur exaltatio. Primo, quia in aere eleuatus est. Secundo, quia per suã passionẽ, maxime honorauit Deum patrẽ obediendo ei usque ad mortem. Propter quod ait. Ego non quęro gloriam meam, sed honorifico patrẽ meum. Tertio, quia ob ipsius passionẽ exaltauit genus humanũ, reducendo illud ad regnũ cœlorum. Quarto, quoniam sua morte & passione meruit sibi accidentale *Cur passio xpi uocatur exaltatio.*

premium,omniũ uidelicet creaturarũ plationẽ,& corporis sui glorificationẽ secundũ qđ dicit Apls. Hebre.2. Videmus Iesum propter passionẽ mortis, gloria & Philip.2. honore coronatũ. Et alibi. Humiliauit semetipsum, factus obediens usq; ad mortẽ. Propter qđ Deus exaltauit illũ,& dedit ei nomẽ quod est sup oẽ nomẽ. De hac ipsa exaltatione loquutus est ipse Xp̃s Ioan.8.19. dicens. Cum exaltaueritis filium hominis,tunc demũ cognoscetis quia ego sum Xp̃s. Et iterũ. Cum exaltatus fuero a terra, omnia trahã ad meipsum. Qñ igitur grauiter demorsi simus oẽs a peccato originali,& multis aliĳs peccatis mortalib⁹,sic iam intueamur Xp̃m in cruce ut olim iudæi serpentem, qui tẽporalem tantum uitam conferebat aspicientibus. Sed hic noster,nobis uitã largitur æternã.

Quomodo Deus dilexit mundum. Cap. XXV.

S*Ic.n.Deus dilexit mundũ,ut filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum non pereat,sed habeat uitam æternã.* Cũ iam dñs Nicodemo declarasset baptismatis misteriũ,passionẽ quoq; suam,& ascensionẽ pmonstrasset, deinceps docuit se a prẽ suo in mundũ hũc missum,magna generis humani charitate. Bonis quidẽ & pĳs in salutẽ,malis uero & infidelibus,in iudicium. Dicit ergo. Sic.n. Deus dilexit mundũ.i.tam ardẽter Deus pr̃ dilexit genus humanũ,pſertim homines pdestinatos,ut filiũ suũ unigenitũ,nõ adoptiuũ,sed naturalẽ,cõsubstantialem,& unicũ,daret hoibus. Primo, in puerũ & filium,iuxta illud Isaiæ. Puer natus est nobis,& filius datus est nobis. Et Apl's. Proprio inquit filio suo nõ pepercit,sed p oib⁹ nobis tradidit illũ. Rursus.

Deus pater multipliciter dedit nobis filium suũ.

Esa.9.

Roma.8.

Dedit eum nobis dñs in fratrẽ,socium,& amicũ,dicente Apło. Vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Et Xp̃s ad Mariam Magdalenã. Vade ad fratres meos & dic eis. Ascendo ad patrẽ meum & patrẽ uestrũ,Deum meum,& Deum uestrũ. Et ille idẽ ad discipulos suos. Iam nõ dicã uos seruos, sed amicos. Vos amici mei eritis,&c. Proinde,dedit eũ nobis dñs ĩ magistrũ & exẽplum,ipso dicẽte. Vos uocatis me magister & dñe. Exemplum.n. dedi uobis.&c. Postremo,datus est nobis in cibũ & holocaustũ,quẽadmodũ ipse testať. Pr̃ meus dat uobis panẽ de cęlo uerũ. Caro mea uerę est cibus,& sanguis meus uerę est potus. Sacrificiũ quoq; eius Esaias p̃nuntiauit,dicẽs. Oblatus est q̃a ipse uoluit,& nõ aperuit os. In passione.n. creator nr̃ fact⁹ ẽ saluator,iudex,recõciliator,aduocat⁹,ac mediator. Sed q̃d retribuem⁹ Deo pr̃i p oĩb⁹ q̃ retribuit nob:etc. *Ioan.20.* *Ioan.14.* *6.* *Esa.53.*

Dauid in spũ p̃uidit incarnationẽ filij Dei,ac oĩa ipsius beneficia pp ĩmensam patris dilectionẽ erga mundũ,ideo erũpens in hæc uerba dixit. Benedic anima mea dño,& oĩa.i. oẽs potentiæ interiores, sensitiuę & intellectiuę,bñdicant nomini sancto eius. Qui ppitiatur oĩbus iniquitatib⁹ tuis propter passionẽ & sanguinẽ Xp̃i in qua lauit nos a peccatis nostris,septies fundendo sanguinẽ suũ.s. in circũcisione,in orone,in flagellatione,in coronatione,in fixura manuũ & pedũ,i lateris aperitione,ut nobis ppitiareť cõtra septẽ capitalia uitia. Sãguis.n. peccati,sanguine Xp̃i purgatur. Cũ.n. inimici essemus propter iniquitates nostras ut inquit Apostolus, reconciliati sumus per mortẽ filij eius ipso p nobis satisfaciente,& sic inimicitiam remouente iniquitatum nostrarũ. Benedic ergo anima meã dño, q̃a sic Deus dilexit mundum, ut filium suũ unigenitũ *Psal. 102.* *Roma.5.*

in mortē acerbissimā crucis daret, ut propitiaretur omnibus iniquitatib⁹ tuis. Rursus. Benedic anima mea domino, qui misit filium suū ut sanaret omnes infirmitates tuas. s. originale peccatū, letale crimē, ueniale peccatum, concupiscentiam ad illicitas delectationes, inclinationē ad maiū appetendū, debilitatem ad bene operandū, ignorantiam agendo rū. Has septē infirmitates, medicinis septē sacramētorum ut sanaret, Christus uenit in mundū. Proinde, Benedic anima dño qui redimit p sanguinē filij sui de interitu mortis æternæ, uitam tuā. Ecce quantus interitus mortis æternæ. Ibi. n. est priuatio diuini uultus æterna, ignis cruciatus, dæmonū insultus, cōscientiæ remorsus, peruersorum tumultus, tenebrarū locus, perpetuus fletus. Ab hoc interitu infernali redemit dñs hominem, merito passionis suę. O igitur ingratitudo īmensa & cęcitas miserāda. Si a morte corporali te quispiam liberaret perpetuo illū amares, illū laudares, eiq; seruires. Et libertatē a morte perpetua non recognoscis. Noli ergo obliuisci oēs retributiones filij Dei, propter quas misit illum in mundū. Iterū, Benedic anima mea dño, q coronat te in misericordia respectu creationis. Coronat te in miserationibus, attenta gubernatione tui. Coronat undiq;, circundans te totū, animā. s. & corpus suis beneficijs. Coronat singulari prouisione, quasi nihil de alijs creaturis uideatur curare, ut tibi subueniat. Deniq;, Benedic anima mea dño, qui replet in bonis desiderium tuū, iuxta illud psalmi. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Quiā tunc implebitur bonis, uisione, comprehensione. s. & fruitione. Agilitate quoq; quo ad corpus, subtilitate, claritate, & impassibilitate. Et pp huiusmodi beneficia, suā ęternā dilectionē ostendens, misit Deus filium suū.

Qualis interit⁹ mortis æternæ.

De beneficijs propter quę misit Deus filiū suum.

Ideo

Ideo Ioãnes in epiſtola canonica. In hoc apparuit *1.Ioan.* 4.
Charitas dei in nobis, qm̃ filium ſuum unigenitũ
miſit in mundum, ut uiuamus per eum. Et ne putemus nos propter merita noſtra a deo dilectos, adiecit. In hoc eſt Charitas, non quaſi dilexerimus deum, ſed qm̃ ipſe prior dilexit nos. Hinc Paulus apoſtolus. Deus qui diues eſt in miſericordia, propter nimiam charitatem ſuam qua dilexit nos, cũ *Ephe.2.*
eſſemus mortui peccatis, conuiuificauit xp̃o, cuius gratia eſtis ſaluati. Benedic ergo anima mea dñ̃o, una cum Eſaia dicente. Nomen tuũm & memoria *Eſa.26.*
le tuum dñe, in deſiderio animæ. Anima mea deſiderauit te in nocte, ſed & ſpiritus meus in precordijs meis, de mane uigilabo ad te. Et cum pſalmiſta. Diligam te dñe fortitudo mea. Ad hoc.n.deus ſuam nobis dilectionem manifeſtauit, ut eũ reamaremus, eiuſq; amore ſuccenſi, ampliora beneficia perciperemus. Conuenientiſsime igit̃ dixit euangeliſta. Sic deus dilexit mundum, ut filium ſuũ unigenitum daret. Ad inſinuãdum q; dilectio dei cauſa eſt & fons oĩum beneficiorum noſtrorum.

Et ſi quæras, ſi deus pater ſic diligit mũdum, cur *Ioan. 12.*
xp̃s ait, nunc iudicium eſt mũdi, nunc princeps hu *18.*
ius mundi eicietur foras? Cur dixit Pilato, regnum *1.Ioan.5*
meũ non eſt de hoc mundo? Si pater ſic diligit mũ *Iacob. 4*
dum, cur Ioannes ait, nolite diligere mundum neq; ea quæ ſunt in mundo? Quia ſiquis diligit mundũ, non eſt charitas patris in eo. Iacobus quoq;. Adulteri, an neſcitis quia amicitia huius mundi inimica eſt deo? Et ſi quis uoluerit amicus huius mundi fieri, inimicus dei conſtituetur. Rurſus, xp̃s ait. Nõ po *Ioan. 7.*
teſt mundus odiſſe uos, me aũt odit, quia teſtimonium perhibeo de illo, qa opera eius mala ſunt. Si ergo mũdus odit xp̃m, & ſi opera eius mala ſunt,

quomodo ergo deus pater dicit diligere mūdum?

Respondendum est, mundum in diuinis scriptu ris multipliciter accipi. Primo, pro patre ī diuinis,
Ioan.1. ut ait Augustinus per illud Ioannis. In mundo erat idest in patre, ut alibi dictum est. Secundo, pro cō gregatione omnium creaturarum, spiritualiū & corporalium. i. pro omnibus corporibus cœlestibus,
Multiplex mūdus in scripturis. elementis, & elementatis, & pro uniuersali machina oīum rerum, ut subditur. Et mundus per ipsum factus est. Tertio, capit mūdus pro habitatoribus malis. s. infidelibus, Iudæis, & uiciosis hominibus, de quibus Paulus ad Galathas testatur. Si homi-
Gala.1. nibus placerē, xp̄i seruus non essem. Et de hoc mundo subiunxit Ioannes euangelista. Et mundus ipsum. i. xp̄m non cognouit. Et in epistola canonica. Ipsi. s. mali de mundo sunt, & de mundo loquunt,
1.Ioan.4. & mundus eos audit. Iste est mundus ptinens ad massam perditionis reproborum, Quarto, accipitur mundus pro omnibus electis & p̄destinatis, in mū do isto sensibili peregrinantibus. De quo mundo
2.Cor.5. loquitur Paulus ad Corinthios. Deus erat in xp̄o,
Rom.4. mundū reconciliās sibi. Et ad Romanos. Abraam factus est hæres mundi. Quinto, sumitur mundus, s. pro omnibus habitatoribus in eo. i. indifferenter pro omnibus hominibus in terra uiuentibus, tā bonis q̄ malis. Et ita hic accipi potest. Deus. n. ut sa-
Sap.11. piens ait diligit omnia quę fecit, & p̄cipue rationa
1.Thimo.2 lem creaturam, quare uult oēs homines saluos fieri, teste apostolo, qa neminem uult perire, sicq; pro uniuersorum salute misit pater filium suum, ut omnes conuertant. Et pro omnibus passus est xp̄s, quantum ad sufficientiam: sed quantum ad efficatiam, pro solis electis omnia sustinuit. Ideo xp̄s, instante
Ioan.17. pasśione, dixit ad patrem. Non pro mundo rogo,

ſed pro his quos dediſti mihi de mundo. &c.

Hęc de cauſa & ad hūc finem dedit pater omnipotens filium ſuū, ut omnis qui credit in eum fide per dilectionem operante, qm̄ fides ſine operibus mortua eſt, non pereat, ideſt non damnet̄, ſed habeat uitam æternam, quæ eſt uiſio ſummæ trinitatis, & fruitio dei. Beatus.n. Auguſtinus ex more ſacrarum litterarū aſſerit diſcrimē eſſe inter hæc tria ſcilicet credere deum.i. deum eſſe. Et credere deo.i. promiſsionibus ipſius, quonāmodo dæmones credunt & contremiſcunt. Et credere in deum. Quod quidem credere ipſam ſimul charitatem includit. Eſt.n. credendo, amare, credendo, in eū ire, credendo, ei adherere; & ipſius obſeruare mādata eiuſq; membris incorporari. De hac fide in deum dicit ſaluator. Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit. Et in Actis apoſtolorū, loquitur Paulus ad Iudæos. Per hunc uobis remiſsio peccatorū annūtiatur ab omnibus a qbus non potuiſtis in lege Moyſi iuſtificari. Hinc legitur xp̄s in euangelio ſæpe dixiſſe, fides tua te ſaluū uel ſaluam fecit. Per fidem enim. Primo, coniungitur anima xp̄o, & ei incorporatur ad cognoſcēdum & recte ſentiendū de ipſo, ut ſit particeps meriti & grāæ Chriſti. Siquidem unitur homo deo per intellectū illuminatum lumine fidei, deinde per uoluntatem ſiue affectū diuina charitatē formatū. Quamobrem dicit Abachuch. Qui incredulus eſt, non erit anima eius recta in ſemetipſo. Iuſtus in ſua fide uiuet. Credimus autem in xp̄m ſecundum quod deus eſt, qa obiectum fidei eſt ueritas prima & increata. Deinde ſubdit euangeliſta. *Non enim miſit deus filium ſuum in mundum, ut iudicet mundum, ſed ut ſaluetur mundus per ipſum.* Hæc q dem prioris ſermonis ueluti cōfirmatio eſt, ꝙ deus

Credere, deū, deo, in deum, differunt, ſecundum Augu.

Marc. 16.

Acto. 13.

Abach. 2

ex dilectione miserit filium suum in salutem hominum, non in iudicium, sicut & alibi testatus est inquiens, non uenisse se iudicare sed saluare mundũ.
Ioan. 12. Causa igitur aduentus xp̃i, ipsa est salus mũdi: qm̃ non uenerat uocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. Et hoc sibi uult ẽt nomen Iesu, de quo angelus dixit. Qm̃ ipse saluum faciet populum suũ a peccatis eorum. Propter quod Petrus in Actibus a-
Acto. 4. postolorum ait. Non est nomen aliud hominibus in quo oporteat eos saluos fieri. Præterea, cum Iacobus & Ioannes zelantes pro xp̃o cõtra quosdam
Luc. 9. qui eum non receperunt, dixissent: uis dicamus ut descendat ignis de cœlo, & consumat eos? Christus respondit. Nescitis cuius spũs estis. Filius.n.hominis non uenit animas perdere, sed saluare. Qua de causa ostendit se superiorẽ omnibus esse, qui cunctis retro seculis nisi fuerant a deo, qm̃ illi serui tm̃ fuerant hic aũt filius dei, & qui solus poterat redimere omnes seruos patris sui æterni, &c.

Et si quispiam dicat, qũo ait Christus se non uenisse iudicare mundũ, cum deinceps dicat, patrem non iudicare quẽmq̃, sed omne iudiciũ esse datum
Ioan. 5. filio? Et infra. Nunc iudiciũ est mũdi. Esaias quoq;
12. ait. Non scd'm uisionem oculorum iudicabit, sed iudi
Esa. 11. cabit in iustitia pauperes, et arguet in ęquitate pro
16. mansuetis terræ. Et alibi. Et pparabitur in misericordia soliũ, & sedebit super eum in ueritate, in tabernaculo Dauid iudicans & quærens iudiciũ, & uelociter reddens qd' iustum est. Dauid insuper de xp̃o loquitur dicens. Iudicabit orbem terrarum in iustitia, & populos in ęquitate. Præterea, xp̃s in primo suo aduentu, dure & efficaciter redarguebat sacerdotes, scribas, & pharisæos. Talis aũt redargutio non est sine iudicio, pręsertim cũ sæpe dixerit:

Væ uobis scribæ & pharisæi. Item. Publicani & meretrices præcedent uos in regnũ cœlorum. Dicebat proinde: In iudiciũ ego in hunc mundum ueni. &c. Respondendũ est primo duplicem esse aduentum xp̃i. Alterum in carne, Alterum uero in nouissimo die. In carne uenit ut agnus mitissimus ĩ omni misericordia, absens ab omni iudicio. Sed in die nouissimo ueniet instar leonis in omni iustitia. Illic uenit iudicandus a Pilato, hic aduenie totum iudicaturus orbem. Tunc.n. non dicent Iudæi, Non habemus regem nisi cesarem. Tunc q̃ppe non dicet xp̃s: Regnum meum non est de hoc mundo. Recte igĩ saluator loquens de suo aduentu in redemptionem humanam dicit se non iudicare quemq̃, & in ipsius rei argumentũ oblatam sibi a Iudæis adulteram, noluit condemnare. Quo exemplo docere uoluit se uenisse ad saluandos, non condemnandos peccatores. Ma. — Ioan. 9. Duplex aduentus Christi.

Secũdo dicendum est triplex esse xp̃i iudicium in suo primo aduentu. Scilicet, approbationis, reprobationis, & discretionis. De duobus primis dicetur infra. De tertio, nunc differendũ est. Est.n. iudicium discretionis, quo boni a malis secernũtur, maliq̃ uituperãtur, & preciosum a uili separaẽ, uotis aut meritis. De quo Iob ait. Nunq̃d q non amat iudicium sanari potest? In hoc iudicio, impij nõ resurgunt: q̃a suis proprijs uiribus a ruina peccati ad gratiam minime resurgere possunt, iudicando seipsos. Hoc est iudicium primi aduentus xp̃i, quo multipliciter discernit inter electos & reprobos: quosdam misericorditer uocando ad suũ apostolatum & gr̃am: quosdam iuste deserendo, q non erant ex ouibus suis: de quibus alibi dixit. Sinite illos, cæci sunt & duces cæcorum. Aliud uere est iudiciũ remu- Triplex iudicium primi aduentus xp̃i. Iob. 34. Matt. 15.

nerationis & condemnationis per illationem pœnæ quod facturus est xp̄s in secundo suo aduentu, & in die iudicij faciet, remunerando bonos, & cōdemnando malos ad ignem æternū, quemadmodum et & nunc facit in morte singulorum hominū. Dicit ergo euangelista. Non,n.misit deus filiū suū in mundum ut iudicet mundū hoc modo.s.remunerando uel condemnando, sed ut saluet mundus per eū. His.n. distinctionibus supradictis facile concordantur auctoritates quæ repugnare uidentur, licet actu non repugnent.

Duplex iuditiū Christi in die nouissimo.

Dices forte, si salus mundi finis est pp̄ quem misit deus filium suū, & si deus uult omnes homines saluos fieri ut apostolus uere testat, & quæcunque uoluit in cœlo & in terra fecit, cuius et uoluntati nemo resistere potest: cur igit totus mundus non saluatur? Cur non omnes homines suam æternam fœlicitatem ad quam creati sunt adipiscunt? Respondendum est, q deus non alia de causa misit filium suū nisi ut mundus saluet. Vult quoque omnes homines saluos fieri, qm̄ contulit eis omnia necessaria ad salutem & nihil remanet faciendū q deus non efficiat ut omnes saluentur. Sed non sequit, ideo omnes saluabuntur. Culpa aūt non est dei, sed eorum q non credūt in Iesum, nec ipsius diuinis inspirationibus acquiescere uolunt, q doctrinā illius non exprimunt operibus. Ergo quantū in medico est sanare uenit ægrotum, ipse uero se interimit, q præcepta medici seruare non uult. Quisquis ergo non optat saluari per xp̄m ex seipso & suapte peruersitate condemnat. Exempli causa: si pater quispiam præpararet omnia necessaria filio suo ad scientiam capescendā, ut pote optimū pceptorem, non modicam librorum copiam, & concederet opportunū

Obijcitur contradictio.

Quō soluitur obiectio.

tempus ut adiſcere poſſet modo hortando, modo caſtigãdo eũ, pfecto nullus poſſet nõ arbitrari patrem illũ uelle filium ſuũ euadere in uirũ doctum. Sed non ſeqtur, igitur efficietur doctus, qa forte ſi lius nollet adiſcere, ut de multis experimur. Defectus aũt & culpa non eſt pr̃is, ſed ipſius filĳ nollentis adiſcere. Ita deus miſit filiũ ſuũ in mundũ ut ſaluetur mũdus, nec nõ optat oẽs homines ſaluos fieri, qui, ſ. ut Auguſti. ait uolunt ſalui fieri. At qm̃ nõ oẽs obediunt euãgelio ut ait ap̃ſ, ſed in infidelitate & in continuo malo pſeuerant, ideo non oẽs ſaluantur. Culpa aũt nõ eſt attribuenda deo, ſed obſtinatorꝝ hominũ cordibus. Et ſi iterũ dicas, ergo uoluntas dei non ſemp implet̃, dicit̃ qꝑ uolũtas dei efficax qua uult quæcunqꝫ uult cũ efficatia. Ad cuius actũ uolendi nõ concurrit libera hominis uolũtas, ſemp adimplet̃. Quicquid. n. uult deus, abſoluta uoluntate, fit. Sed de hac uolũtate non loqtur ap̃ſ, nec xp̃s in euangelio. Voluntas aũt dei nõ efficax, ad quã libera hominis uoluntas ſemp cõcurrit, interdũ non adimplet̃. Scd̃m quam uoluntatẽ alloquutus eſt xp̃s adoleſcentulũ dicens. Si uis ad uitã ingredi, ſerua mãdata. Quaſi uelit dicere. Ego uolo te ſaluũ fieri, ſi dei mandata ſeruabis. Ita deus miſit filiũ ſuũ in mundum, ut oĩs q credit in ipſum nõ pereat. Deus. n. uult hoĩes non pire, ſed ſaluari, non abſoluta uolũtate, ſed dũmodo ipſi credãt in eũ. Et in hoc ſenſu, loqtur ap̃ſ. Deus uult oẽs homines ſaluos fieri, uidelicet, ſi uolũt ſalui fieri. Sed non oẽs ſaluant̃, qa ad hãc ſalutẽ capeſcendã, uult deus liberũ arbitriũ concurrere. Sed cũ libera hominis uolũtas nõ ſemp cõcurrat, ſeqtur uoluntatẽ dei nõ ſemp adimpleri, non defectu dei ſed hoĩum nollentiã ſaluari, qa negligũt diuina ſeruare mãda

Pulchrum exẽplum.

Rom. 10

Duplex uoluntas dei, abſoluta, & conditionata.

ta. Deinde subdit. *Qui credit in eum non iudicatur. Qui aũt non credit, iam iudicatus est, quia non credit in nomine unigeniti filij dei.* Qui credit in xp̃m filium dei fide formata, Charitate, & uiua cæteris opibus bonis, non iudicatur iudicio reprobationis, sed approbationis: de quo dicit Apl's. Qui iudicat me, dñs est. Vnde in Apocalypsi legit. Esto fidelis usq; ad mortẽ, & dabo tibi coronã uitę. Non igit tm̃ credere opus est, sed usq; in finẽ pseuerare. Qui aũt nõ credit iã iudicatus est. i. a deo reprobat⁹. De quo reprobatiõis iudicio, Paul⁹ tẽstat. Eos q foris sunt dñs iudicabit.

1. Cor. 4

Apoc. 2.

Sed hic oritur quæstio, qũo infidelis iam iudicatus dicatur, cum adhuc uiator existat, nec dũ oblatus sit tribunali iudicis xp̃i: Respondetur, oẽm infidelem iam iudicatum esse triplici modo. Primo, qm̃ pro iudicato & reprobato habet. Secũdo, qa causam dãnationis suę adeo euidentẽ in se habere uidet, ut non sit dignũ discutionẽ quampiã, de ipso pagere: Cum. n. careat fide, certũ est q nihil meritoriũ habet, nec aliqd boni habere potest, cũ mortali subiaceat culpę, dicente apostolo. Quicqd nõ est ex fide, pc̃tm̃ est. Et iuxta hunc modũ loquẽdi, quẽlibet laborãtẽ in extremis, uel ueneno infectũ, dicimus mortuũ esse. Tertio, qm̃ apud deũ nullũ est tp̃s p̃teritũ uel futurũ, sed oĩa pręsentialiter conspicit & discernit in ipso ęternitatis momẽto. Sed in hora mortis, dũmodo in infidelitate sit perseuerans, aliter iudicabit, quãtum. s. ad remunerationẽ seu pœnæ illationẽ, respectu animæ. Et in die nouissimo, quantũ ad corpus & animam, qñ erit unus eo℞, qbus dicet. Ite maledicti in ignem ęternũ, qa nunq; noui uos. Causa aũt cur iudicatus iã sit ĩfidelis, subiungit. Quia nõ credit in nomine unigeniti filij dei, hoc est in ipso filio dei naturali & unico,

Qui non credit iam iudicatus est, quõ intelligitur.

&per cõsequens mendacem facit Deum patrem, iuxta illud Ioannis. Qui nõ credit in filium, menda cem facit Deum, quia non credit in testimonium quod testificatus est de filio suo. 1.Ioan.5.

Sed quispiam dicet, si omnis qui nõ credit iam iudicatus est, nemo igitur a principio mundi unq̃ salutem suam adeptus est, sine explicita fide Christi uenturi p̃sentis uel missi, cuius oppositũ asserunt doctores. Responderi potest uerba Christi ueritatem habere tẽpore euangelicę legis, in quo omnes tenentur ad explicitam fidem de Christo & trinitate. Iccirco iam nemo ualet saluari, nisi per manifestam fidem unigeniti filij Dei. Sed ante Christi aduentum simplicibus sufficiebat implicita fides de Christo cũ obseruantia legis naturę quo ad gentiles, uel scriptę quo ad iudæos, qui secundũ quosdã tenebantur ad explicitam fidem de Christo in generali, credentes esse aliam uitam imortalem, post hanc caducam, Deum quoq; habere prouidẽtiam omnium hominũ, atq; iudicium humanarũ operationũ, ac saluti hominum prouidere secundum modum sibi placentẽ, & p̃ordinatum ab ipso. Vnde Cornelius centurio tali fide placuit Deo. Erat.n. uir religiosus & timens Deũ, cuius orationes & eleemosinę cõmemoratę fuerunt corã Deo. Nondum tamẽ sciuit aliquid determinatę loqui de Christo. Secus de maioribus, puta prophetis, patriarchis & eruditis ab illis pro tẽpore legis scriptę. Deinde subiungit. *Hoc est autem iudicium, quia lux uenit in mundũ, & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem. Erant.n. eorum mala opera.* Causa iudicij reprobationis infidelium, omniumq; peruersorum est, quia lux uenit in mundum.i. Christus per incarnationis misterium, qui in terris uisus est, & cũ hominibus conuersatus

Quõ impli cite uel ex plicite oẽs tenẽtur cre dere i xp̃o.

Act.10.

eſt. Hæc lux illuminat omnē hominē, quam p̄uidit Iſaias in ſpiritu dicens. Populus gentium qui ambu-
Eſa.9. labat in tenebris, uidit lucem magnā. Habitātibus ī regione umbrę mortis, lux orta eſt eis. Orto itaq; ſole iuſtitiæ & lumine fidei quicunq; adhuc tenebras uel Moſaicę legis, uel idolatrię maluerunt prę ferre euangelio, iam iudicati ſunt, neq; excuſationē aliquam habere poſſunt, ſi modo uerum eſt illud Chriſti, (ut equidem uerum eſt). ſ. ſi non ueniſſem, & loquutus eis nō fuiſſem peccatū non haberent.
Ioan.15. Nunc autem excuſationē non habent de peccato ſuo. Et ſi quiſpiam obijciat dicens, q̄uo fieri poſſit ut homines magis dilexerint tenebras q̄ lucem, cū lux ſit omnibus delectabilis. Reſpōdendum eſt ei,
Lucere & omnia manifeſtare operatio lucis. lucem geminam in ſe habere operationē, Lucere. ſ. & omnia manifeſtare. Primā omnes diligunt, ſecūda uero non diligitur ab oībus. Nam & fures odio habent lucem, ne manifeſtetur furtum ſuū. Et deformis lucem nō amat, ne conſpicua omnibus fiat
Iob.24. deformitas ſua. Ideo Iob. Fuerunt rebelles lumini, neſcierunt uias eius, nec reuerſi ſunt p ſemitas eius. Mane primo conſurgit homicida, interficit egenū, ſubito irruente aurora putat eam eſſe umbrā mortis. Cur autem iſti omnes amarunt tenebras magis q̄ lucem, quoniam opera eorū mala erant, & inde
Exēplum de odio lucis. cęcitas & caligo, inde odium lucis. Et ſicut laborans ex oculis non poteſt aſpicere lucē, ita q ęgrotant oculis animæ, nequeunt intueri ſolem iuſtitiæ & ueritatis. Quamobrem dixit Apoſtolus. Nolite
Ephe.4. ambulare ſicut gentes in uanitate ſenſus ſui, tenebris obſcuratum habentes intellectum, alienati a uia Dei per ignorantiam quæ eſt in illis propter cęcitatem cordis ipſorū. Ideirco Chryſoſtomus ait. Plectuntur q̄ tenebras dimittere, lucē obuiam ſu-

ſcipere noluerũt. Quo uerbo, ſemel omnis aufertur infidelibus excuſatio, dum ultro ſe eis offerentẽ lucem, recipere noluerunt. Cuius oppoſitũ fecerunt multi, ut Matthęus, Magdalena, Zachęus. Perſeuerantes autem in malo & odio habentes lucem, iſti ſunt de quibus iam iam loquitur Chriſtus dicens. *Omnis.n.qui male agit odit lucem, & non uenit ad lucem ut nõ arguantur opera eius.* Quicũqꝫ male operatur nõ ſolũ ex infirmitate uel ignorãtia, ſed ex certa malitia ſeu habitu prauo, odit lucem.i. iuſtitiam, ueramqꝫ doctrinam, & etiam Chriſtum aliquando, quẽ uellet non eſſe, ut poſſit pęnas futuras euadere. Et nõ uenit ad lucẽ, hoc eſt ad peccatoꝶ ſuoꝶ ſalutarẽ ac lucidam confeſſionem. Vel nõ uenit in publicũ ex uerecundia aut timore pęnaꝶ, ut non arguantur.i. reprehendantur ſeu corrigantur a pręlatis & iuſtis hominibus opera eius tenebroſa. Quemadmodũ oculus adulteri obſeruat caliginem dicens, non me uidebit oculus. Ita faciunt hæretici, qui cũ male uiuant & peſſime doceant, nõ ueniunt ad lucẽ, neqꝫ dogmata ſua peruerſa iudicari ſinunt, nec concilia ferunt, neqꝫ gymnaſioꝶ etiam probatiſſimoꝶ auctoritatem tollerant. Noluerunt quippe his tẽporibus intereſſe ſanctiſſimo cõcilio Tridentino, aut Bononienſi, qm̃ doctrina eorum peruerſa eſt. De qua ne arguantur, odio habent lucẽ ueritatis. Quicunqꝫ autem pie & catholice docent, neqꝫ lucem odiunt, neqꝫ alioꝶ refugiunt iudicium. At hæretici omne iudicium abhorrent, ꝑter id quod a ſuis ſimilibus profertur hęreticis. De quibus uerificatur illa uulgata ſententia, & tritum prouerbium. Noui Symonẽ, & Symon me. Sed neqꝫ illud nouũ eſt, malos horrere lucem: qm̃ iam olim primi parentes noſtri, ſtatim cũ peccarunt etiam in ipſo paradiſo ab-

Mali et hæretici cur odiunt lucẽ ſanctiſſimæ Sinodi.

ſconderunt ſe a uoce & conſpectu domini, in medio ligni paradiſi. Quid eſt.n.ſe abſcondere, niſi in tenebris latere & fugere lucem? Dicebat.n. Adam uocatus a dño ubi eſſet, audiui uocem tuam & abſcōdi me, eo ꝙ nudus eſſem. Sic in hodiernũ quoq; diem faciunt omnes filij Adam nudi uirtutibus & gratia Dei. Nam & illi non ueniunt ad lucem, ne arguantur opera eorum. Sic peruerſi Chriſtiani nõ ueniunt in lucem uerbi diuini & ſacræ concionis. Vbi cum primum audiunt aliquid ſibi dici aduerſus uitia ſua & ſceleratam uitam, atq; ueri luminis ſplendorem cõmendari, reſiliunt ſubito, neq; ferunt charitatis fulgorem in pdicatione. Indurati quoq; peccatores uerrentur accedere lumẽ confeſſionis, ne arguantur opera eorum mala, in quibus etiam perſeuerare optant.

Primi parentes peccantes oderunt lucẽ.

Eſa.3. *Hiere.3.* *Prou.2.*

Sed his aduerſari uidetur qđ aſſerit Eſaias. Peccatum ſuũ quaſi Sodoma pdicauerunt, nec abſcõderunt. Et obſtinato populo loquitur Hieremias. Frons mulieris meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere. Tales itaq; peruerſi peccatores teſte Salomone lętantur cũ male fecerint, & exultant in rebus peſſimis, & ſine ullo timore perpetrant mala. Veniunt ergo ad lucem in publicumq;, ac in pſentia hominum peccare non erubeſcunt. Sed reſpondendum eſt, uerba Chriſti ſupradicta uniuerſaliter eſſe uera. De diuerſis autem generibus male agentium, diuerſimode uerificãtur. Aliqui.n. adeo mali ſunt, ut reſpuãt increpari, iuxta illud Amos. Odio habuerunt corripientem. Iſti publice peccant, & ſępe peccaſſe ſe iactant. Alij ſunt hyppocritę, ſimulatores & callidi humana uituperia magis q̃ diuinum iudicium formidantes. Iſti peccant in abſconditis, dicentę Apoſtolo, Quæ in occulto fiunt ab

Amos.5.

Diuerſa genera male operantium.

 562

ipsis,turpe est dicere. Alij sunt serui Dei, sed imperfecti,non timorate ambulantes,& satis sollicite coram Deo, sed cum obseruantia debitorum seu pręceptorum contenti. Hi multa uenialia operantur in secreto,quæ nequaq̃ facerent præsentibus alijs. Et interdum non ueniunt ad lucem ex uerecundia, ne cõfundantur. Quicũq; igitur peccat,aliquo modo odit lucem,& refugit eam,loquendo de peccatis a quibus homo merito peccator denominari potest. Nihilominus nonnulli uirtuosi tam feruentes & humiles reperiuntur, qui semper parati sunt increpari, cupiuntq; sua peccata manifestare, nimia humilitate freti, correctionemq; pati. *Qui autem facit ueritatem uenit ad lucem, ut manifestentur opera eius quia in Deo sunt facta.* Triplex reperitur ueritas .s. doctrinæ,uitæ,& iustitię. Quicunq; igitur facit ueritatem huiuscemodi, hoc est, qui uera loquitur, & eadem operatur,iustitiamq; sectatur,uenit ad lucem .i. apparere non erubescit, lucem sapientiæ sequitur, & coram alijs exemplarem se exhibet, ut manifesten tur opera eius ad gloriam Dei,ædificationemq; ꝓximi,quia in Deo sunt facta .i. secundum uoluntatẽ Dei quę nobis in scripturis palam insinuatur. Et id præcipue uerum est de operibus bonis, ad q̃ quispiam obligatur quæ nullam singularitatem prætendunt,& sine nota uanitatis manifestari possint. Dicit ergo. Quicunq; facit ueritatem uenit ad lucem, ut manifesta fiant opera eius. Et hic est qui opera bona efficit a diuina ueritate, & fieri iussa & edocta. Ille etiam uenit ad lucem, nec metuit argui,facile .n. patitur manifestari opera sua,non ut inde elatus superbiat,sed in hoc tantum,ut iuxta ꝓceptum domini luceant opera sua bona corã hominibus, qui deinde uidentes illa glorificent Deum patrem

Ephe. 15.

Triplex ueritas.

Quõ ueritas manifestatur in luce.

qui in cœlis eſt. Quoniam ſic opera bona manifeſtari ad exemplum & ędificationem proximorũ, pium eſt & ſalutare, ſic tamen ut cũ opus ſit in publico, intentio maneat in occulto, & non aliter.

Dices forte, ſi omnis qui facit ueritatem uenit ad lucem ut manifeſtentur opera eius, cur igitur aliqui de bonis actibus & ſanctis operibus uerecundantur? Sunt enim nõnulli qui ſi a ſuis conſortibus inueniantur orare, confiteri, uel aliquid deuotionis peragere, erubeſcunt, latere cupientes non tam ex humilitate, q̃ ex humano rubore. Sunt etiam pleriq; ſolitarij & incluſi optimæ uitæ, qui nunquã tamen in publicum apparent. Multi præterea ex uera humilitate abſcondunt bona quæ operantur, iubente Chriſto in cubiculo .i. in abſcõdito loco orare. Dicente inſuper, uidete ne iuſtitiam ueſtram faciatis coram hominibus ut uideamini ab eis. Reſpondendum eſt, euangelica uerba ueriſſima eſſe atq; pulcherrima, ſed de diuerſis iuſtorum generibus, uarijs modis uerificari. Primo enim uniuerſaliter uerum eſt, q̃ quicunq; facit ueritatem .i. meritorie operatur uenit ad lucẽ, qui Chriſtus eſt, ut manifeſtentur a Chriſto opera eius in die iudicij, quãdo laus erit unicuiq; a Deo, & ut Chriſtus confiteatur eum coram patre ſuo cœleſti. Rurſus. Quicunq; ſic agit uenit ad lucem .i. ad rectę rationis iudicium, ut manifeſtentur opera eius, pro loco, cauſa & tempore .ſ. quando ratio dictat & charitas exigit. Qui uero de actibus bonis nõ excedentibus cõmunem deuotionem, uel uniuerſalem modum recte operandi, uerecundantur, ſunt homines puſilli & imperfecti, qui apprehendunt bonum honeſtum ſub ratione rei turpis, inquantum formidant propter opera bona ab hominibus derideri, &

Obijcitur cõtra dicta pulcherrime.

Matth. 6.

Qui facit ueritatem uenit ad lucem, quõ uerũ eſt.

præcipue a perfidis lutheranis, cũ dicat Christus. Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona ad gloriam Dei propriamq; salutem, & proximorum ædificationem, & glorificent Deum qui in cœlis est. Solitarij autem, si non nulli tales perfecti inueniantur, ueniunt ad lucem interiorem, quanuis non appareant coram hominibus. Ex his liquide constat iustitiam esse rem audacem securam, iocundam, & uictoriosam. Iniustitiam uero cõtrario modo se habere. Propter quod scriptum est. Cum sit timida nequitia, dat testimonium condemnata. Semper enim pręsumit seua perturbata conscientia. Cui fauet Iob dicens. Sonitus terroris semper in auribus impij. Et cum pax sit, ille insidias suspicatur. Cui etiam arridet id quod Salomon asserit in prouerbijs. Fugit impius nemine persequente, iustus autẽ quasi leo confidens, absq; terrore erit. Ideo dicit Apostolus. Vis non timere potestatem, fac bene, & habebis laudẽ ex eo. Ecce apud Esaiam uir iustus clamat. Iuxta est qui iustificat me, quis contradicit mihi? Quis est aduersarius meus? Accedat ad me. Ecce dominus Deus auxiliator meus. Quis est qui condemnet me? &c.

Sapien. 17 *Iob. 15.* *Prouer. 21.* *Roma. 13.* *Esa. 50.*

De querimonia baptismatis inter discipulos Christi & Ioannis. Cap. XXVI.

P*ost hæc uenit Iesus & discipuli eius in terram Iudæam, & illic morabatur cum eis, & baptizabat.* Consumato sermone præscripto quem habuit saluator ad Nicodemum, subdit euangelista dicens. Venit Iesus & discipuli eius in iudæam terrã, hoc est ad alia loca Iudeæ. Postquam.n. fuit in ciuitate

Iudæorum Metropoli puta Hierusalem, ubi Nico demum de altissimis sacramentis instruxit, processit ad alia loca eiusdem prouinciæ circa Iordanem, & illic morabatur cum discipulis suis, & baptizabat. Sed q̄uo baptizabat, cū in sequenti capite di-
Q̄uo X̄ps baptiza- bat. cat euangelista ꝙ Iesus nō baptizabat, sed discipu-
Opinio Chrys. li eius? Dicit Chrysostomus ꝙ Christus in propria persona non baptizauit, sed discipuli eius. Dicitur tamē baptizasse, q̄a discipulis suis officium baptizandi cōmisit. Quemadmodū rex quicquid per suos ministros efficit, per se facere dicitur. Asserit insuper discipulos baptizasse nō baptismate Christi sed Ioannis, quia secundum hanc positionem, baptisma Christi nondum fuerat institutū. Habet.n. efficatiam a merito dñicę passionis, quę tunc nondū erat peracta. Deinde Christus post resurrectio-
Acto.1. nem q̄n cœlum ascendit, dixit apostolis. Ioannes quidē baptizauit aqua, uos aūt baptizabimini spū sancto. Si aūt Christus ꝓpriis manibus apostolos
August. assertio. nō baptizauit, ergo nec aliquē alium. Augustinus aūt oppositū asserit, uidelicet Christum ꝑ seipsum baptizasse, præsertim apostolos, aliosq̧ discipulos suos, aqua, & spiritu sancto. Postea uero officium baptizandi eodē baptismate, discipulis reliquisse, maioribus intentum: doctrinę uidelicet, p̄dicationibus & miraculis. Sicut Apostolus Paulus paucos per se baptizauit, ut posset prędicationi fidelius intendere. Dicebat.n. Neminem uestrum baptizaui
1.Cor.1. (loquens Corinthiis) nisi Crispū & Caium & Stephanę domū. Nō.n. misit me Christus baptizare, sed euangelizare. Possumus etiā aliter dicere, Christum.s. nō baptizasse, & baptizasse. Nō uisibiliter quidē baptizabat aquā administrādo, q̄ in ueritate & inuisibiliter baptizat omnes spū sancto & igne.

Erat autem Ioannes baptizãs in Ennon iuxta Salim, quia aquæ multæ erant illic, & ueniebant & baptizabantur. Nondum enim missus fuerat Ioannes in carcerem. Facta est autem quæstio ex discipulis Ioannis cum Iudæis, de purificatione. Et uenerunt ad Ioannem & dixerunt ei. Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem cui tu testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat, & omnes ueniunt ad eum. At Ioannes baptizabat alio in loco, cui nomen Ennon iuxta Salim, quem locũ elegerat ipse, qa illic multæ aquæ erant, ut multi uenientes facilime baptizari possent. Et id fuit, antequã Ioannes in carcerem mitteretur, qa ab illo tpe, nullos baptizauit. Verum plures ad xp̄i ꝙ ad Ioannis baptisma confluebant, & iam pauci ad Ioannem descendebant, ut ipsius prophetia illũ oportet crescere me autem minui, uelut uera probaretur. Tunc discipuli Ioannis ęgre ferentes, nouerunt quæstionem contra Iudæos, quia ad xp̄i baptisma descendebant, cur non potius uenirent ad Ioannem, q missus erat ad purificandum.i. baptizandũ, & dudũ baptizauerat, cur eo relicto alterum sectarent? Et stulto zelo ducti querellã ad Ioannem detulerunt dicentes. Rabbi, ecce is qui erat tecum, cui tu testimonium perhibuisti, quem honorasti, baptizat.

Stultus zelus discipulorũ Ioan. cõtra xp̄i baptismum.

Quasi dicerent. Hanc tibi rependit grãm pro testimonio tuo. Omnes aufert discipulos tuos, & oẽs ad eum ueniunt. Hic stultus zelus, hæc inordinata affectio, & misera discipuloꝝ Ioannis querella, manifeste ostendit quantũ malum sit esse addictũ alicui magistro perito, uel imperito, & alicui homini magis ꝙ Christo. Discipuli.n. Ioannis quattuor adducunt ad excitandũ Ioãnem aduersus Iesum. Primo, pristinum statum, humilem Iesu respectu Ioannis dicendo. Qui erat tecũ, non tu cum eo, sed ipse tecũ uelut sub umbra tua. Secundo, commemora-

Quattuor adducunt discipuli Ioan. contra xp̄m.

tionem beneficij adducunt dicentes. Cui tu testimonium perhibuisti, ut uelut ingratus Iesus haberetur, q fauore testimonij tui cognitus est. Tertio, usurpationem officij commemorant, cũ subdunt. Ecce hic baptizat, & omnes ueniũt ad eum. Hoc est quartum qđ indigne ferebãt, quod magis cruciabat eos, concursus. s. non aliquorũ sed omnium pœnitentiũ ad Iesum. Nam tam uenientes q̃ non uenientes ad Ioannẽ, pœnitentes tñ, properabant ad Iesum, qa Ioãnes mittebat omnes ad ipsum, qa ad hoc uenerat. Nempe discipuli Ioannis putabãt ipsum esse maiorem prophetam propter miraculosam natiuitatem, sanguinis nobilitatem, asperitatem uitæ & baptismum. Alij uero xp̃m fore maiorem propter miracula arbitrabantur. Sed id minime placuit Ioanni. Quamobrem ob quinq; singularia, Ioannes ostẽdit xp̃m maiorem se, filium dei, mesiam in lege promissum, uerũ deum et hominẽ. Primum autem adducit eum subditur. *Respondit Ioannes & dixit. Non potest homo accipere quicquam, nisi fuerit ei datum de cœlo. Ipsi uos mihi testimonium perhibetis quod dixerim: non sum ego Christus, sed quia missus sum ante illum.*

Per quinque ostendit Ioan. xp̃m esse uerũ messiam.

Volens igitur Ioannes xp̃m esse deum palam insinuare, & ex consequenti se, omnibusq; maiorem, dixit. Non potest homo accipere quicq̃;, hoc est nihil boni habere, uel acquirere potest, nisi fuerit ei datũ de cœlo, & a deo concessum. Omnia etenim bona, cuncta dona naturæ, uniuersa munera grãæ a deo sublimi & benedicto, uelut a fonte profluunt.
1. Cor. 4. Propter quod dicit apostolus. Quid habes homo
2. Cor. 3. quod non accepisti? Et alibi. Non sumus sufficientes cogitare aliqd a nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex deo est. Et apud Oseam loquitur
Oseæ. 3. deus. Perditio tua ex te, in me tm̃modo auxilium

tuum. Quanuis.n.uerba Ioannis de omnibus hominibus uerificent, de semetipso tñ loquitur tanq̃ dicat, Ego cũ homo sim, potestatẽ baptizandi nõ habeo nisi ex deo: Ille uero cum sit deus & homo propria autoritate baptizat. Ideo mihi non derogatur dum ille magis honoratur. Nec debetis id egre fere nec impatienter accipere. Ipsi uos mihi testimonium perhibetis, q uerba mea de xp̃o dicta audistis, quod dixerim audientibus uobis coram turba, non sum ego Christus. Non sum filius dei naturalis & unicus. Magnũ mihi est filium adoptiuũ appellari. Non sum finis, sed uia, & medium ad finem deducens. Non sum saluator, sed seruus, gratia eius indigens, cui alias dixi. Ego a te debeo baptizari, & tu uenis ad me? Deinde Ioannes pandit aliud singulare, per quod discipuli sui intelligãt copiosam differentiam, grandemq̃ distantiã, & magnum discrimen inter Christum & se, dicens. *Qui habet sponsam sponsus est. Amicus autem sponsi qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter uocem sponsi. Hoc ergo gaudium meum impletum est. Illum oportet crescere, me autem minui.* Id ad litterã de omnibus hominibus uerificari potest, spiritualiter tñ sic fuit inter Christum & eius precursorem. Per sponsum ergo, Ioannes intelligit Christum, cuius sponsa est ecclesia, quam sibi per incarnationẽ, baptisma & passionem despõsauit, eam sibi incorporando & per grãm fecundando, spirituales quoq̃ filios ex ea generando. Cum.n. sponsus ex sponsa generet prolem, sic Christus cũ ecclesia in baptismate procreat filios spirituales. Est igitẽ ecclesia fidelium mater, quæ uirtute & gratia sui sponsi regenerat eos. Ioanni ergo non cõueniebat spiritualiter regenerare, sed ad regenerationem disponere. De quo sponso & sponsa ad Ephe *Quõ xp̃s dicitur ecclesiæ sponsus.* *Ephe.5*

sios loquitur apostolus dicens. Christus dilexit ecclesiam suam, & tradidit semetipsum pro ea ut illã sanctificaret. Ideo Ioannes in Apocalypsi. Venerunt inqt nuptiæ agni, & uxor eius præparauit se.
Apoc.19 Et rursus. Vidi ciuitatem sanctam Hierusalem. i. ec-
21. clesiam a deo paratam, quasi sponsam ornatam uiro suo. Est igit̃ uniuersalis ecclesia omnium electorum sponsa xp̃i, quam sibi ab origine mundi desponsauit per fidem & charitatem. Hanc sponsam zelat Christus quasi Zelotipus, sicut ipse per Za-
Zach.1 chariam testat̃. Zelatus sum Hierusalem, & Syon zelo magno. Hanc sponsam copulauit sibi Christus duplici copula. Primo in conformitate naturę,
Heb.2. dicente apostolo. Nusq̃.n. angelos apprehendit, sed semen Habraæ apprehendit. Secundo, in conformitate uoluntatem. Vnde debuit per omnia fratribus assimilari, ut misericors fieret. &c. Non habet autem Christus nisi tm̃ unam sponsam in terra, quemadmodũ & unam duntaxat ecclesiam se habere fatet̃, licet sint multæ particulares ecclesiæ ab uniuersali ecclesia non discedentes. Cum itaq; filius dei sit sponsus animarũ nostrarũ, constat animam fornicari, adulteriumq; committere, qñ magis adhęret diabolo & põpis eius q̃ sibi. De quo spirituali adulterio clamat Dauid ad dñm dicens.
Psal.72. Ecce qui elongant se a te peribunt, perdidisti omnes q fornicantur abs te. De quo etiam scriptũ est apud Oseam. Noli lætari Israel, qa fornicatus es a deo tuo. Directe igitur instruit discipulos Ioannes de officio baptizandi assumpto a Iesu, ac si apertius dixisset. Ille baptizat ut sponsus, ut generet filios suæ sponsæ. Ego aũt baptizo ut amicus sponsi, pręparans homines ad hoc, ut fiant filij spõsæ. Et signanter utitur nominibus sponsi & spõsæ,

De spirituali adulterio.

non uiri & uxoris, ut intelligamus generationem ſpiritualem, qua ſic generantur filij, ut permaneat uirginitas ſponſæ.

Amicus aũt ſponſi.i.Christi qui ſtat, qui perſeuerat ut amicus, q permanet per grãm & audit eũ non tm̃ per inſpirationem internam, ſed præſentẽ & perſonaliter loquentem, gaudio gaudet. Id.n.dixit ad exprimendam magnitudinẽ gaudij propter uocem ſponſi. Et intẽdit ad litteram ꝙ ipſe gaudet propter uocem prædicationis Ieſu. Et propterea non dixit ꝑꝑ præſentiam ſpõſi, ſed propter uocem ſponſi, ad ſignificandum gaudiũ de manifeſtatione Ieſu, ꝙ uoce propriæ prædicationis, uoceq; ſuorum miraculoꝝ manifeſtatur. Et licet dignitate alias appellauerit ſe indignũ ad minimum miniſterium ſoluendi.ſ.corrigiam calciamẽti, officio tñ & affectu amicũ ſe modo appellat, ut intelligant diſcipuli ꝙ amore amicitiæ (quo bonũ quærit amato) ipſe proſequitur Ieſum, & uane conantur inſerere diſſenſionem inter ipſum & illum. Voluit aũt hæc dicere Ioannes coram diſcipulis ſuis, ut & ipſi gauderent de uoce Ieſu, ſicut & ipſe gaudebat. Poſtmodũ explicat magnitudinem gaudij ſibi cõceſſi, negatam priſcis patribus, qbus non eſt datũ ut ſtarent & audirent uocem ſponſi, corporali pręſentia alloquentis ſponſam dicens. Hoc ergo gaudium meum diu deſideratũ, modo impletum eſt. Quia illũ oportet creſcere auctoritate, fama, gloria, & honore, & diſcipulis. Et dicit oportet, ad denotandũ diuinæ diffinitionis neceſsitatẽ. Me autẽ minui. Non ſolũ oportet illũ creſcere, ſed ẽt oportet me minui quo ad concurſum populi, quo ad cõgregationẽ diſcipuloꝝ, ſicut lux ſtellæ minuiẽ præſentia ſolis. Auguſtinus tangit alium ſenſum referr-

Cur Ioan. amicus ſponſi gaudet.

Quõ xps̃ creſcebat & Ioãnes minuebatur.

rendo uerba Ioannis ad passionem utriusq;,ut xp̄s dicatur creuisse,quia distentus in cruce. Ioannes uero minutus,q̄m decollatus. Deinde Ioannes tertiū singulare pandit,quo seiungit a Christo , propter maiorem ipsius excellentiam,dicens: *Qui de sursum uenit super omnes est. Qui de terra est de terra est, & de terra loquitur. Qui de cœlo uenit super omnes est. Et quod uidit & audiuit hoc testatur,& testimonium eius nemo accipit. Qui autem acceperit eius testimonium signauit,quia deus uerax est. Quem enim misit deus,uerba dei loquitur.* Vt iterum sciatis,inquit Ioannes ad discipulos suos , quantū sit discrimen inter xp̄m & me in excellentia & dignitate, animaduertite. Qui de sursum uenit.i. Christus unigenitus dei cuius a summo cœlo fuit ęgressio quantum ad naturam diuinam: Q̄m natus a patre æterno. Et quantū ad humanitatem,q̄m super facultatem naturę conceptus,& natus ex uirgine, cooperante spiritu sancto ad ipsius corporis formationē. Sup oēs est.i. prę est oībus creaturis ratione utriusque naturæ. Nā quo ad diuinā,in infinitū p̄stantior est. Qui de terra est.i.ex humanis & terrenis parētibus,uiro & fœmina natus est. De terra est quantum ad gn̄ationis originē. Et de terra loqtur.i.de inferioribus et terrenis tractat suaptenatura. Et sermo eius orit̄ ex terra , licet interdū de diuinis atq; cœlestibus loquat̄, siue per naturalē rationē, sicut philosophi,siue per gr̄am infusam, & sup naturalē illuminationē,quemadmodū prophetę & apostoli. Qui de cœlo uenit, humanā naturam assumēdo, & uisibiliter apparēdo supnaturaliterq; nascēdo, super oēs est pfectione naturę,quo ad diuinitatem suā & excellentia gr̄æ, ratione humanitatis assumptæ. Et qđ uidit & audiuit hoc testat̄, & testimoniū eius nemo accipit. Id.n.pręcursoris uerbū allu

Alius sensus Augu.

Q̄uo Ioan. Christum ualde commendat.

dit ei quod supra xp̄s dixit ad Nicodemũ. Amen dico tibi, & qđ scimus loqmur, & quod uidimus testamur, & testimoniũ nostrũ nõ accipitis. Ea.n. quæ Christus docuit oculo intellectuali intuebat̃ scđm utranq; naturam, oĩa cognoscendo p sciam increatã, ut deus, et per scientiã infusam, ut hõ. Proinde ut homo audiuit aurib⁹ cordis a deo in primo instanti incarnationis suę qcqd deus sibi reuelauit.

Et si dicas, qũo scđm naturã diuinam. Christus audit aliqd a patre, cũ ipse sit sermo & sapiẽtia patris? Dicendũ est filio dei idem esse gñari a patre et audire a patre. Nascendo qppe recipit oẽm plenitudinem deitatis, sapientiam quoq; omnemq; pfectionem ab ipso. Iccirco dr̃ audire a patre. Et si iterum quęras, qũo dixit præcursor de xp̄o, Testimonium eius nemo accipit, cũ Daniel dicat, omnes populi, tribus & linguæ seruient ei? Et psalmista. Reminiscent̃ & conuertent̃ ad dñm uniuersę familię gentiũ. Rñdendũ est, Ioannẽ hoc dixisse ad insinuandũ paucitatẽ Iudæo℞ in Christũ credẽtium, iuxta quẽ modũ dicit ap̃ls. Omnes quæ sua sunt quærunt non q̃ Iesu xp̄i. Sic etiã Michęas aiebat. Perijt sanctus de terra, & rectus in hominibus nõ est. Qui aũt acceperit eius testimoniũ, pro accepit uerbis xp̄i credendo, signauit. i. sigillauit, habẽs ueram cognitionẽ uelut sigillo aĩæ impressam, quia deus uerax est in seipso, in uerbis & operibus. Qui diuersis argumẽtis palã insinuauit. Iesum esse xp̄m filium dei. Videlicet in baptismate, per descensum spũs sancti sub specie colũbę, & per uocem patris intonantis, hic est filius meus dilectus. Per miracula quoq; in Hierusalẽ facta, de qbus confessus est Nicodemus. Nemo potest hæc signa facere, nisi fuerit deus cũ eo. Verus ẽt oñditur deus, qa in Iesu

Obijcitur, et soluitur obiectio.
Dani. 7.
Philip. 2.
Miche. 7
Multis argumentis ostendit deus Iesum esse filium dei

impleuit q̃cunq; per p̄phetas de xp̄o p̄nuntiauit. Deinde subiūgit. Quem.n.misit deus, uerba dei loqtur. Licet id uerū sit de Ioanne baptista q̄ fuit homo missus a deo, necnon & de apl'is, quinimo & de uniuersis prędicatoribus sanctis q̄ missi sunt a deo, & uerba dei hominibus prędicāt: præcipue tñ de xp̄o per quandā antonomasiam dr̄, cum ipse sit oīum angelorꝶ atq; diuina loquentiū summus. Rursus Ioannes exprimit quartū singulare ad iterum denotandū excellentiā Christi ex parte græ sibi cōcessę dicens. *Non enim ad mensuram dat deus spiritum.* Dare spm̄ ad mensurā, est distribuere diuersis diuersa dona spūs. Est dare dona spūs ad limitatos actus, ad determinatas opationes, ad certū terminū, tū donorꝶ spūs, tum recipiētis. Et per oppositū, dare spm̄ nō ad mensurā est dare uniuersa dona spūs in summo gradu, et afficere hmōi donis spiritus totā capacitatē recipientis. Hoc.n.est dare spm̄ sine mēsura tā ex parte donorꝶ, q̃ ex parte recipientis. Dicit ergo Ioannes. Nō.n.ad mensurā.i. scd'm determinatū gradū & particularē pfectionem dat deus spm̄ sanctū.i.gratiarꝶ dona supple xp̄o homini, de quo baptista nūc loqtur. Alijs uero dat grā scd'm aliquē gradū, & determinatā pfectionem, prout apl's dicit. Vnicuiq; nostrū data est grā scd'm mēsurā donationis xp̄i. Infinita est ergo grā xp̄i, qm̄ uerbū tantam grām influxit aīæ xp̄i, quantam cape potuit. Eratq; paratū plus dare, si illa plus capere potuisset. Vnio.n.uerbi cū humana natura nō est facta per grām aliquam intermediam: sed huiusce grā consequuta est hippostaticā unionē tanq̃ effectus ipsius. At qm̄ hippostatica seu psonalis unio summa est & pfectissima, ex ea ideo deriuata est tanta grā ad animā Christi q̄to

Quid sit dare spiritum ad mensurā.

Ephe. 4.

Dona spiritus aliter dantur xp̄o, aliter hominib.

ta ipsius capacitas repleta fuit. Postremo, Ioannes quintũ aperit singulare, quo magis discipuli sui moueantur ad Christum prosequendum, amandũ, & honorandum, dicens. *Pater diligit filium, & omnia dedit in manu eius. Qui credit in filium, habet uitam aeternam: qui autem incredulus est filio, non uidebit uitam, sed ira Dei manet super eum.* Immenso & infinito amore qui omnium creaturarum dilectionẽ excedit pater diligit filiũ. Propter quod dicit apostolus ad Collossen. Gratias agimus Deo & patri qui nos transtulit in regnum filij dilectionis suae. Cum autẽ dicit pater diligit filium, non est simpliciter accipiendũ, ut cętera non diligat, cum Sapiens dicat. Diligis omnia quę sunt, & nihil odisti eorum quae fecisti. Sed innuitur quod incomparabilis sit dilectio patris ad filium, secundum quod apud Marchũ ait pater. Hic est filius meus carissimus. Diligit quoque pater filium secundũ naturã assumptam amore finito, sed singulari, & ampliori, quam totum uniuersum: quoniam maius bonũ ei soli largitus est quam omnibus simul. Videlicet personalem unionem cũ uerbo. Et omnia dedit in manu eius. i. in potestate filij ratione utriusque naturae. Pater. n. dedit omnia in potestate filij secũdum naturam eius diuinam, inquantum largitus est ei eandem essentiam, sapientiam, atque potẽtiam, quã habet pater. Et ita filius est uniuersorum dominus per auctoritatẽ, potens creare, anhichilare, & quicquid uoluerit, facere. Denique secundum assumptam humanitatem dedit omnia in manu eius, ut omnibus creaturis pręesset, dicente Psalmista. Omnia subiecisti sub pedibus eius. Itaque omnia subiecta sunt ei, praeter eum qui subiecit sibi omnia. Ideo in euangelio Matthaei dicit Christus. Data est mihi omnis potestas in coelo & in terra.

Collos. 1.

Sapien. 11.

Marc. 9.

Quo pater diligit filium secundũ utranque naturam.

Matth. 28.

Et si quispiam dicat, aduersus ea quæ dicta sunt
Hebr. 2. uidetur esse illud apostoli ad Hebræos, Nondum uidemus omnia subiecta ei: respondendum est ꝙ nondum sunt omnia subiecta homini Christo quãtum ad suæ potestatis plenariam executionem, & uniuersalem manifestationem. Id autem fiet in die iudicij, quando ad eum uenient, & confundentur omnes qui repugnant ei. Dedit etiam pater omnia in manu filij ratione naturæ diuinæ, quia genuit filium sibi ęqualem, sapientem, & omnipotentem. Vt qualis & quantus sit pater, talis ac tantus sit filius, sed id dare, nihil aliud est ꝙ generare. Deinde subdit. Qui credit in filium fide formata & perseueranti, habet uitam æternam .i. beatitudinem sempiternam. Nunc in spe, in merito, & in radice. Nõ.n. inaniter eam præstolatur, sed habet causam adipiscendi eam quæ est actio bona, ex charitate procedens in adultis. Quemadmodum de pauperibus scriptũ est. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. In infantibus uero sufficit fides formata sine opere proprio cum merito Christi. Qui autem incredulus est filio Dei, non uidebit uitam æternam.i. diuina uisione priuabitur quantum ad pœnam damni, sed ira Dei.i. iusta uindicta manet super eum. Quod idem est dicere, ęternam damnationem incurret. Omnes quidẽ (teste Apostolo) nascimur filij irę, sed ira Dei non manet

Quõ qui credit in filiũ habet uitã æternam.

Ephe. 2. super electos atque fideles. Super infideles uero in sua perfidia persistentes, sine fine manebit. Vnde in Apocalipsi inducitur, timidis autem & incredulis & execratis pars illorum erit in stagno ardenti
Apoc. 21. igni & sulphure. Ex his manifeste constat quanta sit certitudo fidei Christianæ quæ data est ab unigenito filio Dei, qui non alia nobis narrauit, citra

ea quæ uidit in patre, & audiuit ab eo. Propterea, multo damnabilius est non recipere euangelicam legem, q̃ fuit nō credere legi Moysi. Prout ad Hebræos plenius docet Apostolus. &c.

Christus uenit in Nazareth, in synagogam Iudæorum, legit Esaiam, & quomodo ipsi uoluerunt eum præcipitare. Cap. XXVII.

P*Ost hæc uenit Iesus in Galilæam, & fama exijt per uniuersam regionem de illo: Et ipse docebat in synagogis eorum, & magnificabatur ab omnibus. Et uenit Nazareth ubi erat nutritus, & intrauit secundum consuetudinem suam die sabbati in synagogam, & surrexit legere.* Luc. 4. Anno secundo postq̃. s. Christus conuertit aquã in uinũ, & allocutus est Nicodemũ in rebus diuinis instruens eum, & post q̃rimoniam de purificatione seu baptismate Ioannis & Christi, uenit in Galilæam ex qua fuerat oriundus. Et fama exijt p uniuersam regionē Galileæ de illo, propter sapientiam, & eloquentiam, & miracula eius. Arbitror quoq; testimonium p̃cursoris ante dictũ corã discipulis suis, tam p̃clarum atq; credibile, fecisse eum nō parum famosum, apud multos Galilæorũ qui tunc aderãt, & audierant. Et docebat in synagogis eorũ. Synagoga. n. uocabatur, uel ipsa Iudæorũ collectio, uel domus in qua ad orandum, uel audiendum lectionem legis & prophetarũ, conueniebant. Ibi ergo prædicauit & docuit tanq̃ magister magnæ auctoritatis audientibus multis. Et magnificabat. i. magnæ sapientiæ ac uirtutis reputabatur ab omnibus audientibus eum, & propter doctrinæ & miraculorum excellentiam. *Quid synagoga Iudæorum.*

Et uenit Nazareth ubi erat nutritus, et cõceptus fuerat. Et intrauit secundum cõsuetudinẽ suam die sabbati in synagogã, qm̃ die illo celebri, magis cõuenerant iudæi ad audiendum uerbum Dei, & ad deprecandum faciem domini, quemadmodum his temporibus Christi fideles in die dominico facere uidentur. Etenim festiuis tẽporibus iccirco ab exteriori occupatione cessatur, ut homines magis quiete & deuote diuinis exercitijs intendant. Et q̃ ferialibus diebus per omissionẽ uel cõmissionem peccauerunt, corrigant & emendent, tẽpus perditum recuperando. Ideo Christi consuetudo fuit tunc ingredi synagogã, ut q̃ plurimis auditoribus ibidem conuenientibus p̃dicaret, & ut perpulchras aliorũ consuetudines approbaret. Præsertim qm̃ laudabilis consuetudo uim legis sortitur secundum Augustinũ, & surrexit legere, ut surgendo disponeret se ad legendum, ostendens se uelle legere, ut ex ipsa scriptura quasi thema suis sermonis acciperet. Proinde ut palam insinuaret doctoribus & concionatoribus concionẽ suam diuinarũ scripturarũ testimonio cõprobare debere. Rursus ut unum de minoribus ordinibus (sicut aliqui asserrere uidẽtur) s. ordinẽ officiũq; lectoris impleret & approbaret. Quemadmodũ etiam officium exorcistæ expleuit dæmones expellendo, accolliti uel ceroferarij protestando, Ego sum lux mundi. Ostiarij quoq; emẽtes & uendentes de templo ejciendo. Sicq; manifeste constat Christum p quattuor suos actus approbasse quattuor ordinum inferiorũ officia. Quo circa nullus quantũlibet uita aut scientia magnus, cõtemnere debet hos ordines accipere, eorũue officia exequi, quia non est seruus maior dño suo. *Et traditus est illi liber Esaiæ prophetæ. Et ut reuoluit librum, in-*

Cur institutus est dies festus

Quattuor ordines inferiores quõ Xp̃s approbauit.

uenit locum ubi scriptum erat. Spiritus domini super me: propter quod unxit me: euangelizare pauperibus misit me: sanare contritos corde: prædicare captiuis remissionem, & cæcis uisum: dimittere confractos in remissionem: prædicare annum domini acceptum, & diem retributionis. Surrexit Christus legere, quia eorum more aliquãtulum sederat, & petenti, aut offerentis placito traditus est sibi liber Isaiæ, quem reuoluens more docentis, subito locũ quem quærebat inuenit, sciens æternũ ab æterno decretũ quod prophetatum in tẽpore litteris hebraicis exaratũ erat. Nouerat omnia, quia Deus non indigebat libro, ipse omnium uitæ liber, mente nouerat quod quærebat in libro. Absque illo legisset, quia absque chartis docuit prophetantẽ. Locũ reperit qui de ipso erat, & uerba scripta quæ de ipso longe ante reuelauerat ipse uidenti, & uidens .i. prophetans ad memoriam posterum mandauerat, & ibi sic scriptum erat. Spiritus domini super me .i. spiritus sanctus qui est spũs patris & filij tanquam unius principij, uniusque fontis, ac spiratoris spũs sancti, de quo Sapiens. Spiritus domini repleuit orbem terrarum. De quo etiam dixit Apostolus. Vbi spiritus domini, ibi libertas. Super me .i. desuper uenit in me inquantum homo. Aĩa .n. Christi plena fuit spũ sancto ab incarnationis exordio. Vnde spiritus sanctus per inexistentiam dono rum suorum dicitur super Christum hominẽ requieuisse, iuxta illud Esaiæ. Requiescet super eum spũs domini, spũs sapientiæ & intellectus, &c. Fuit insuper & requieuit super Xp̃m tanquam motor, ductor, & p̃ceptor eius in omnibus secundũ naturã assumptam, quæ fuit totius trinitatis electissimũ & obediẽtissimũ instrumentũ, sicut ipse in Ioanne testatur. Quia quæ placita sunt patri, facio semper.

Propter quod unxit me. De qua unctione uatici-

Esa. 61. *Sapien. 1.* *2. Cor. 3.* *Esa. 11.* *Ioan. 8.*

natus est Dauid dicens. Vnxit te Deus Deus tuus oleo letitię. Et in Actis Apl'orū loquitur Petr⁹. Vnxit eum Deus spū sancto & uirtute. Fuit aūt Christus unctus a spū sancto in Regē, in Pontificem, in Prophetā, in tabernaculum Dei. Est.n. rex, iuxta illud Hieremiæ. Regnabit rex, & sapiens erit. Pontifex quoq; dicēte Apostolo. Christus assistens pontifex futurorū bonorū. Propheta insuper, sicut infra capite decimo scribitur. Propheta magnus surrexit in nobis. Tabernaculum deniq; diuinitatis appellatus est, quemadmodū ad Collosen. testaē Apls. In ipso habitat plenitudo diuinitatis corporaliter. Siquidem in ueteri testamento ungebantur reges, pontifices, prophetæ, & tabernaculum Dei. De unctione regali liquet in sextodecimo primi regum. De unctione uero pontificis & tabernaculi, patet in octauo Leuitici. Et de unctione prophetarum in decimo nono tertij Regū. Porro saluator quālibet horum personā gestabat. Nēpe ut sacerdos sacramēta nobis contulit. Vt rex, uocauit nos ad regnū. Vt sacerdos, instruxit. Vt rex, liberauit ab emulis. Vt sacerdos, semetipsum obtulit, sufficiens hostia factus. Vt rex, omnia gubernat, iudicat, & discernit, uelut dominus omnium constitutus. Nam sibi data est omnis potestas in cœlo & in terra. Et scriptum uidit Ioānes in femore eius, rex regum & dñs dominantium. Et qui ab isto rege non regitur, regi abyssi malepesundatus subiacebit. Rursus, ut propheta nobis quæ uentura sunt reuelauit. Vt tabernaculum, clausit naturam diuinam. Quamobrē dignum fuit ut in regem, sacerdotem, prophetam, & tabernaculum, ungeretur a spiritusancto. Non corporali oleo, sed spirituali, gratiæ, & gloriæ.

Act. 10. *Xp̄s multipliciter unctus.* *Hier. 23.* *Hebre. 9.* *Collo. 2.* *Cur xp̄s unctus est in sacerdotem, regē, prophetā, & taber.*

Deinde Christus uaticinio Isaiæ clare ostendit

se a patre missum fuisse in mundum ad destruendũ peccatũ, quod multa mala operatur in nobis. Vulnerat.n. animam, dicente sapiente. Qui in me peccauerit, lędet animam suam. Ideo Psalmista. Sana animam meam, quia peccaui tibi. Animã proinde in captiuitatem reddit. Peccatores quippe captiui dicuntur, quia capti sunt a diabolo uinculis peccatorum, ut sapiens in prouerbijs. Iniquitates suę capiunt impium, & uinculis peccatorum suorũ unusquisque constringitur. Onerat insuper, dicente Ezechiele. Peccata nostra super nos sunt, & in ipsis tabescimus. Psalmista quoque. Quoniam iniquitates meę supergressę sunt super caput meum, & sicut onus graue grauatę sunt super me. Rursus, peccatum excęcat animam, iuxta illud Sophoniæ. Ambulabunt ut cęci, quia domino peccauerunt. Separat animam a Deo, ideo Isaias. Iniquitates nostræ diuiserunt inter nos & Deum nostrum: & peccata uestra abscõderunt faciem eius a uobis. Postremo, peccatum spoliat animam omni gratia & gloria. Vnde Ezechiel. Omnes iustitiæ eius non recordabuntur, & in peccato suo quo peccauit, morietur. Ideo Christus ut his omnibus malis remedia apponeret, missus est a patre, teste Isaia ad sex præcipue operanda.

Prouer. 8.

Malignitates peccati

Proue. 5.

Ezec. 33.

Sopho. 1.

Esa. 59.

Ezech. 18.

Primo euangelizare pauperibus. i. regnum cœleste prædicare humilibus, cum dixit. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Per pauperes. n. ut inquit Origenes intelliguntur gẽtiles seu nationes nihil omnino spiritualiter possidentes, non Deum, non legem, non prophetas, minusque iustitiam, reliquasque uirtutes. His euangelizauit Christus per apostolos, aliquibus etiam per seipsum, ut euangelistæ testantur. Vnde & Paulus

Ephe.2. de Christo loquens, Veniens euãgelizauit his qui longe, & his q propè. Propterea uirgo Maria. Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes.

Secundo, missus est Christus sanare contritos corde. Per corde contritos, Cirillus intelligit debiles fragilem mentem habentes, & insultibus passionum resistere non ualentes. Basilius uero p contritos corde, eos intelligit qui peccando a Sathana pressi sunt, spiritualiterq; destructi. His ergo uenit saluator impendere salutare remedium, quo curretur peccata, & felicitas obtineatur æterna secundum quod ait. Venit filius hominis q̃rere, & saluũ facere quod perierat. Sacramentũ nãq; baptismatis tanq̃ primam post naufragium tabulam: sacramentũ uero pœnitentiæ uelut secundam, instituit. Rursus, contriti corde intelligi possunt ueraciter pęnitentes, iuxta illud. Cor contritũ & humiliatum deus nõ despicies. Quos Christus uenit sanare per gratiam, & per septem dona spiritus sancti.

Cõtriti cor de qui sũt.

Luc.19.

Tertio missus est prædicare captiuis.i.uinculis uitioꝝ implicatis remissionẽ & indulgentiam dummodo resipiscant, & uerę pœniteant. Id autem fecit Christus, dicendo. Pęnitentiam agite appropinquabit enim regnum cœlorum. Fungitur.n. peccatum tirãnide pessima ad mala inducens, & acquiescentes confundens. Seruitus autem Dei bona est captiuatio: De qua Apostolus. In captiuitatem redigentes omnem intellectum, in obsequium Christi. Theophilus autẽ per captiuos intelligit in lymbo detentos, qui Christo resurgente liberati sunt precio sanguinis eius, quemadmodum Zacharias in spiritu Christum alloquebatur dicẽs. Tu quoq; in sanguine testamenti tui eduxisti uinctos tuos de lacu, in quo non erat aqua.

2.Cor.10.

Zach.9.

Quarto,

Quarto, missus est saluator ad prædicandum uisum cęcis.i.spiritualem interioris uisus illuminationem gentilibus, seu quibuscunq; errore, ignorãtia, aut uitijs excæcatis. Vnde Christus in euangelio protestatur. Ego sum lux mundi, qui sequitur me non ambulat in tenebris. Cui etiam pater per Esaiam locutus est dicens. Dedi te in fœdus populi, in lucem gentium, ut aperires oculos cæcorum, ut educeres de cõclusione uinctũ, de domo carceris. &c. *Isa. 42.*

Quinto dimittere cõfractos.i.aduersitatibus fatigatos, seu legaliũ obseruantiarum oneribus pressos, deducere in remissionem.i.ad spiritualem consolationem, & reuelationem. Christus namq; nos ab obseruantia cerimoniarum & pręceptorum legis per grãm euangelicæ legis alleuiauit, iuxta illud. Quid tentatis imponere iugũ super ceruices discipulorum, quod neq; nos neq; patres nostri portare potuimus: Sed per gratiam dñi nostri Iesu xp̃i credimus saluari. Hinc in Matthæo ait saluator. Venite ad me oẽs q laboratis et onerati estis. &c. *Act. 15.* *Matth. 11.*

Sexto, missus est prædicare annum dñi acceptũ id est tp̃s gratiæ seu euangelicæ legis, in quo deus benignissime se habuit ad genus humanũ, de quo ait apostolus. Ecce nunc tp̃s acceptabile, ecce nũc dies salutis. Et Esaias. Tempore accepto exaudiui te. De hoc gratissimo tempore etiam scribit apostolus. Ecce iam uenit plenitudo temporis, in quo misit deus filium suum. Et in Actis, Petrus. Omnes prophetæ a Samuele annuntiauerũt dies istos. Possumus etiam per annũ acceptum intelligere annum quo Christus prædicauit, pręcipue in Iudęa, uel annũ dominicæ passionis, in quo generi humano placatus est deus. Et dicit annus acceptus propter gratiosa piaq; opera, q̃ in ipso operata sunt, sicut dies *2. Cor. 6.* *Esa. 49.* *Galat. 4.* *Act. 3.*

mali dñr propter mala opera quæ fiunt in eis. Hic annus quattuor habet tempora.ſ. quattuor euangeliſtas. Et duodecim menſes, qui ſunt duodecim apoſtoli. Hic annus partitur in noctem aduerſitatis & proſperitatis diem. Ideo ſubdit. Et diem retributionis.i. extremi iudicij, in quo unuſquiſq; qđ meruit creditur accepturus. Quemadmodũ in Apocalypſi iudex aſſeruit. Ecce ego uenio cito, & merces mea mecũ eſt reddere unicuiq; iuxta opera ſua. Vnde apoſtolus. Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, ut referat unuſquiſq; prout geſsit in corpore ſuo, ſiue bonũ ſiue malum. Et pſalmiſta. Retribuet mihi dñs ſecundum iuſtitiam meam. Iſte erit ultimus prædicti anni dies, de quo ſcribitur in prouerbijs. Ridebit in die nouiſsimo.ſ. qlibet iuſtus. Sed reprobis erit dies illa dies iræ calamitatis, & miſeriæ. Ideo apoſtolus. Scđm duritiam aũt tuam, & impenitens cor, theſaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iuſti iudicij dei, qui reddet unicuiq; ſecundum opera ſua.

Apoc. 22. *2. Cor. 5.* *Prouer. ult.* *Roma. 2*

Sed forte quiſpiam dicet, quõ filius dei dicitur mitti a ſpiritu ſancto, cum dicat Auguſtinus, ab eo mittitur filius a quo generatur. Sed generatur a ſolo patre, ergo a patre tm̃ mittitur. Rurſus ſi mittĩ a ſpiritu ſancto, aut inquantũ homo, aut inquãtum deus. Non primũ, quia inquantum homo non poteſt mitti ut ſit homo. Nec inquantum deus q̃a nõ procedit ab ipſo ſed e conuerſo. Et hac de cauſa filius dei fatebatur ſe uelle mittere ſpm̃ ſanctum apoſtolis dicens. Mittam uobis ſpm̃ paracletum, q̃a ab ipſo procedit, iuxta illud apoſtoli. Miſit deus ſpm̃ filij ſui in corda ueſtra. Reſpondendũ eſt, miſſionem duo importare, emanationem ab alio.ſ. ad manifeſtationem, nec requiritur in mittente cauſa-

Pulchra obiectio. *Galat. 4.*

litas respectu utriusque, sed respectu alterius tm̄. Sicut ab aperiente fenestram lumen mittitur in domum. Non quod aperiens sit causa emanationis luminis a sole, sed susceptionis eius in domo. Filius igitur mittitur a spiritu sancto & a tota trinitate, ut manifestetur mundo. Sed tm̄ a patre per emanationem & manifestationem simul. Vel clarius dicā, distinguendo duplicem missionem, æternam & temporalem. Æternaliter.n. mittitur a solo patre per ineffabilem generationem, temporaliter aūt mittitur a spiritu sancto & a tota trinitate personarum. Sed in idem reddit. Et si ulterius dicat, cum filius dei sit ubique quō mitti potest? Rn̄dendum est per duplicem missionem a superiori distinctam localem.s. & causalem. Missio localis fit mutando nouū locum. At missio causalis fit, causando nouū effectū. Missus ergo fuit filius dei inquantum deus, nō per mutationem localem, seu ad nouum locū acquirēdum, sed ad nouum effectū, siue essendi modum, ut scilicet deus esset homo. *Et cum plicuisset librum reddidit ministro & sedit. Et omnium in synagoga oculi erant intēdentes in eum. Cœpit autem dicere ad illos: quia hodie impleta est hæc scriptura in auribus uestris. Et omnes testimonium illi dabant, & mirabantur in uerbis gratiæ, quæ procedebant de ore ipsius.* Postquam Christus reuolutum librum legit, quia palam locutus est, et omnem ueritatem docuit, deinde plicuit librū in quo legerat, ut clare insinuaret quod non omnia omnibus sunt prædicanda. Id etiam fecit ad ostendendū quod libri scripturæ sacræ summa cū reuerentia sunt tractādi. Et benedicit, reuoluit, & plicuit, nec dicit aperuit et clausit: qa libri Iudæorum in rotulis sunt. Deditque ministro librum plicatum, qa aliis tradidit euangelizandi officium. Et sedit, tanquam magister & doctor, ut qđ legerat expo-

Quō filius mittitur a spiritu sancto.

Duplex missio.

Libri Iudæorum in rotulis.

mali dñr propter mala opera quæ fiunt in eis. Hic annus quattuor habet tempora.s. quattuor euangelistas. Et duodecim menses, qui sunt duodecim apostoli. Hic annus partitur in noctem aduersitatis & prosperitatis diem. Ideo subdit. Et diem retributionis.i. extremi iudicij, in quo unusquisq; qđ meruit creditur accepturus. Quemadmodũ in Apocalypsi iudex asseruit. Ecce ego uenio cito, & merces mea mecũ est reddere unicuiq; iuxta opera sua. Vnde apostolus. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisq; prout gessit in corpore suo, siue bonũ siue malum. Et psalmista. Retribuet mihi dñs secundum iustitiam meam. Iste erit ultimus prædicti anni dies, de quo scribitur in prouerbijs. Ridebit in die nouissimo.s. qlibet iustus. Sed reprobis erit dies illa dies iræ calamitatis, & miseriæ. Ideo apostolus. Secđm duritiam aũt tuam, & impenitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij dei, qui reddet unicuiq; secundum opera sua.

Apoc. 22. *2. Cor. 5.* *Prouer. ult.* *Roma. 2*

Sed forte quispiam dicet, q̃uo filius dei dicitur mitti a spiritu sancto, cum dicat Augustinus, ab eo mittitur filius a quo generatur. Sed generatur a solo patre, ergo a patre tm̃ mittitur. Rursus si mittit a spiritu sancto, aut inquantũ homo, aut inquãtum deus. Non primũ, quia inquantum homo non potest mitti ut sit homo. Nec inquantum deus qa nõ procedit ab ipso sed e conuerso. Et hac de causa filius dei fatebatur se uelle mittere spm̃ sanctum apostolis dicens. Mittam uobis spm̃ paracletum, qa ab ipso procedit, iuxta illud apostoli. Misit deus spm̃ filij sui in corda uestra. Respondendũ est, missionem duo importare, emanationem ab alio.s. ad manifestationem, nec requiritur in mittente causa-

Pulchra obiectio. *Galat. 4.*

litas respectu utriusq;, sed respectu alterius tm̄. Sicut ab aperiente fenestram lumen mittitur in domum. Non q aperiens sit causa emanationis luminis a sole, sed susceptionis eius in domo. Filius igit mittitur a spiritu sancto & a tota trinitate, ut manifestetur mundo. Sed tm̄ a patre per emanationem & manifestationem simul. Vel clarius dicā, distinguendo duplicem missionem, æternam & temporalem. Æternaliter.n. mittitur a solo patre per ineffabilem generationem, temporaliter aūt mittitur a spiritu sancto & a tota trinitate personarum. Sed in idem reddit. Et si ulterius dicat, cum filius dei sit ubiq; quō mitti potest? Rn̄dendum est per duplicem missionem a superiori distinctam localem.s. & causalem. Missio localis fit mutando nouū locum. At missio causalis fit, causando nouū effectū. Missus ergo fuit filius dei inquantum deus, nō per mutationem localem, seu ad nouum locū acquirēdum, sed ad nouum effectū, siue essendi modum, ut scilicet deus esset homo. *Et cum plicuisset librum reddidit ministro & sedit. Et omnium in synagoga oculi erant intēdentes in eum. Cœpit autem dicere ad illos: quia hodie impleta est hæc scriptura in auribus uestris. Et omnes testimonium illi dabant, & mirabantur in uerbis gratiæ, quæ procedebant de ore ipsius.* Postq̄ Christus reuolutum librum legit, quia palam locutus est, et omnem ueritatem docuit, deinde plicuit librū in quo legerat, ut clare insinuaret q non omnia omnibus sunt prædicanda. Id etiam fecit ad ostendendū q libri scripturæ sacrę summa cū reuerentia sunt tractādi. Et benedicit, reuoluit, & plicuit, nec dicit aperuit et clausit: qa libri Iudęorum in rotulis sunt. Deditq; ministro librum plicatum, qa alijs tradidit euangelizandi officium. Et sedit, tanq̄ magister & doctor, ut qd legerat expo-

Quō filius mittitur a spiritu sancto.

Duplex missio.

Libri Iudæorum in rotulis.

neret. Et oculi oīum in synagoga erant intendētes in eum, iuxta illud. Conticuere oēs intentiq; ora tenebant. Et non est mirū si oculi omnium libenter eum intuebantur, qa delectabilis fuit ad intuendū, tanq; speciosus forma præ filijs hominum. In cuius uultu & aspectu fulgor qdam interioris perfectionis ac gratiæ resplendebat. Sed & suauitate loquētiæ suæ, corda eorꝝ attraxerat. Mirabantur quoq; esse nouam & qūo legere sciuit, qa ab hominibus non didicerat. Talia aūt noua, magna, mira & inopinata, hoīes diligenter & mirabundi inspiciunt. Cœpit aūt dicere ad illos: quia hodie impleta est scriptura hæc in auribus uestris. i. per hoc quod audistis me xp̄m uobis euangelizātem, uestraq; corda illuminantem, & gratiam benignitatis diuinæ annuntiantem. Impletū est aliqualiter quod in prę fata prophetia prædictum fuit. Quo uerbo docuit, Christus dicta atq; promissa prophetarꝝ in Christi aduentu debere spiritualiter intelligi, de spirituali uidelicet liberatione a potestate diaboli, a iugo peccati. Non de corporali liberatione, a captiuitate exteriori & temporali, ut cæci Iudæi fatuæ opinantur. Habent. n. densissima errorꝝ caligine intellectum obcęcatū. Et omnes testimoniū illi dabant idest plures de omnibus ibi præsentibus protestabantur uera esse quæ protulit Iesus: Isaiæq; uaticinium esse in ipso completū ipsumq; esse xp̄m in lege promissum, quanuis in illa notitia nondū firmati essent. Et testimoniū illi dabant, hoc est bonum de ipso testimoniū ꝑferrebant, quo. s. uerę sapiens, gratiosus, uirtuosus magnusq; esset, & ꝙ Ioannes baptista uerę dixisset, Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mūdi. Et mirabantur in uerbis gratiæ. i. gratiosis, facundis, efficacissimis, sapientissimisq;

Qūo promissa prophetarum sunt spiritualiter interpretanda de xp̄o.

ſermonibus,quæ procedebãt de ore eius, ſicut iam prædixerat Dauid. Diffuſa eſt gratia in labĳs tuis. Deinde poſt atteſtationem ſimpliciũ de Chriſto, ſubditur ſcribarũ & phariſæoꝝ detractio,uel alio rum inuidoꝝ de nouo ſuperuenientium, q̃ mutaue runt animos præ exiſtentiũ in ſynagoga, cum dici tur. *Et dicebant. Nonne hic eſt filius Ioſeph? Nonne mater eius dicitur Maria? Nonne hic eſt fabri filius? Nonne fratres eius Iacobus & Ioſeph, Simon & Iudas, & ſorores eius, nonne omnes apud nos ſunt? Vnde ergo huic omnia iſta? Et ſcandalizabantur in eo.* Scribæ & phariſæi uel alĳ ei inuidentes,dicebant inq̃ deſpectiue,& eum deridẽtes ipſius ſan ctitati & doctrinæ detrahebant. Vnde huic ſapien tia hæc? Nonne hic eſt filius fabri.i.Ioſeph? Nonne mater eius dicitur Maria? Et fratres eius ideſt con ſanguinei,& ſorores eius.i.cognatæ, nonne oẽs a-
pud nos ſunt? Quemadmodum in euangelio Mat *Matt.13.*
thęi & Marci plenius habeẽ. Scd'm.n.ueteres con- *Marc.6.*
ſuetudines,& more ſcripturarum,conſanguinei & propinqui dñi,fratres & ſorores eius ſolent appel lari. Dicebant.n. Vnde ergo huic omnia iſta? Quaſi dicerent. Si hæc non habet ex frequenti ſtudio, exercitio uel ex genere:igitur habet ex dęmone. Et ideo ſcandalizabantur & indignabantur, conſide rantes generis paupertatẽ & humilitatem, ac ſi ſa
piens & uirtuoſus non poſſet de pauperibus & hu *Peſſima*
milibus procreari:cũ potius oporteret ob id maxi *ſcribarum*
me obſtupeſcere,& ipſum honorare. Quia maius *& phari-*
miraculũ eſt de talibus exiſtens,talia loqui. Humi *ſæorum de*
lia.n.dñs reſpicit,& alta a longe cognoſcit. Irratio *tractio.*
nabiliter ergo mouebantur deſpicientes eum propter generis paupertatem & humilitatẽ,attribuen tes uirtuti dæmonis quod debebat attribui uirtuti diuinæ. Dauid nanq; radix regum & eximius prò-

phetarum,nonne fuit paſtor ouium? Et Ieſſe agricolæ filius? Moyſes quoq; legislator, nõne paupe rem habuit patrem? Et ita de pluribus aliis. In illorum ergo errore ueritas latebat. Nam utiq; fabri filius erat,ſed non illius cuius ipſi putabãt,ſed fabricatoris omnium qui fabricatus eſt auroram & ſolem.i.eccleſiam primitiuam & ſequẽtem. Magna cæcitas eorum erat, quia eum in uerbis & factis eſſe xp̃m agnoſcere poterant, ſed propter generis notitiam,ipſum deſpiciebant, & ex paruitate parentũ & infirmitate carnis, potentiam maieſtatis ab eo excludere putabant. Et auditis aliq̃n famoſis miraculis ab eo frequenter operatis in Capharnaũ,ipſi de Nazareth indignabantur contra eum.Ipſe uero intuens eorum corda obiectionem eorum tacitam, obiicit ſibi dicens. *Vtique dicetis mihi hanc ſimilitudinem: Medicæ,cura teipſum. Quãta audiuimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua.* Volens Chriſtus illorum emendare errorem,ait illis. Vtiq; dicetis mihi hanc ſimilitudinem, quam & ipſi dicere intendebant.i.uulgare prouerbiũ,ſeu metaphoricũ & parabolicum uerbum,uel hoc adagium mihi obiicietis. Medicę, cura teipſum. Nam medico patienti ægritudinem quam patiuntur alii,& non curantis ſeipſum, non creditur q; poſsit cæteros curare, ſed ad cõuitium ſcientiæ eius dicitur illi medicę, cura teipſum.Iuxta hanc ſimilitudinẽ dicebant Nazareni ad Ieſum, O Medicæ qui extraneos curas,puta infirmos ciuitatis Capharnaũ,cura teipſum.i.tuos cõciues ad te ſpecialiter pertinentes.Quaſi dicant.Cũ ita non agas manifeſte conſtat miracula tua non eſſe uera.Sed ſi uera ſunt quanta audiuimus facta miracula a te in Capharnaum,fac & hic in patria tua.i.in Nazareth,ubi conceptus & nutritus es. Saluator

Chriſtus cuius fabri erat filius.

Medicæ, cura teipſum, metaphorice dicitur.

autem eorum obiectioni apponit responsionē dicens. *Amen dico uobis, quia nemo propheta acceptus est in patria sua.* Sed quō uerum est ꝙ nemo propheta acceptus sit in patria sua. Nonne Ezechias rex & populus eius, Esaiā prophetam in magno habuerunt honore? Vt liquet in libris regum. Obediuitq; ei, iuxta illud Ecclesiastici. Fortiter iuit Ezechias in uia Dauid patris sui quā mandauit illi Isaias propheta magnus. Deinde Dauid, Nōne sanctos prophetas Nathan, & Gad, cæterosq; sui regni ac temporis ueneratus est uates? Sed & Iosaphat rex, nōne suos alloquebatur dicens, Credite prophetis dñi, & omnia prospera euenient? Postremo, pauloante iam dictū est ꝙ omnes in Nazareth testimonium Christo dabant? Infra quoque habetur quomodo omnis populus gaudebat, in his quæ gloriosæ fiebant ab eo.

Contra dictum xpi obijcitur. Eccli. 48. 2. Reg. 12. 24.

Sed respondendū est, Christum præceptorē ueritatis, ac pietatis, cōmunitatisq; amatorē, id adagiū & prouerbiū induxisse, eo modo ac sensu quo Salomon in libro ꝓuerbiorꝫ multa affirmat. Non qa uniuersaliter, ubiq;, & semper quantū ad singulos ita se habeat, sed qa frequenter sic accidit. Itaq; xps uerba hæc protulit, quia cōiter prophetæ sancti apud suos cōciues, aut contemnunt, aut minus accepti sunt. Nam & ciues, ciuibus cōiter inuidēt. Homines ēt crebro egrę ferūt dum compares sui, ipsis pręferruntur, & proni sunt considerare eum q excellit secūdum id quod fuit, dum eis similis uidebatur. Et hoc uerum est de hoībus nondum purgatis, in qbus superbia, inuidia passionesq; cætere regnant. At qui passionibus reformatis, Charitate dei ac proximi fragrāt, de suorum profectu & eminentia spirituali lætantur. Sed qm̄ pauci sunt tales

Ad obiectionē, responsio.

ideo raro id contingit. Propter qđ multi inter aliena facilius promouentur, magisq; honorãtur ac reputantur, q̃ in propria. Vt liquet de Iosepho, Daniele, & Mardocheo. Ezechieli quoq; dñs ait. Si
Ezech. 2 mitteris ad populum alienæ linguæ, ipsi audirent te. Filij aũt Israel, nolunt te audire. Contemnuntur enim quodammodo, semper etiam optima queq;, quando non raro contingũt alicui, sed ad uelle suppetunt, seu frequẽter. Familiaris nanq; qm̃ semper presto est, debita reuerẽtia priuatur a notis. Et hec communis quasi cunctis accidit passio.

Quid igiť, est ne patria fugienda? Non, sed ad alios humiles & dociles accedendũ, ut si eis quibus incumbit nõ possit ꝑdesse quispiã, ad illos docendum ꝑgat, q se doctrine subijciũt, q credere uolũt, curari q̃runt. Nã ubi non est auditus, non effundas
Acto. 13. sermonẽ. Et in actibus apostoloꝝ legiť, ꝙ Paulus & Barnabas dixerũt Iudæis. Vobis oportebat primum loq regnũ dei, sed qm̃ repellitis illud, & indignos uos iudicatis æterne uite, ecce cõuertimur ad gẽtes. Et sequiť. Audiẽtes aũt gentiles, gauisi sunt. Hec causa põt subesse his q uerbũ dei disseminare
Cur & quando patria est relinquẽda. hñt, qua patria nota relinquitur, qua requirať incognita xp̃s non est acceptus in patria: est ne causa quare uirtutes in illa nõ fecit? Minime, sed sua notitia quasi eis familiaris ex genere, illis fuit iniusta incredulitatis occasio. Proinde, non fecit ibi multas uirtutes ꝑꝑ incredulitatẽ ipsoꝝ. Ecce qualiter miracula neganť incredulis. Christus igiť se iuste excusat, cur in Nazareth talia signa nõ egerit, ut pote quia hoc accidit non ex sua uersione a suis conciuibus, sed qm̃ fide carebant. Nam in Matthæo & Marcho clare habetur, ꝙ non fecit ibi multa miracula, ꝑꝑ eoꝝ incredulitatem. Deinde xp̃s per duo

ostendit exempla qũo.s. conciues & compatriote priuantur beneficijs Dei propter malitiam suam, q̃ nihilominus cõmunicantur extraneis dicens. *In ueritate dico uobis; multe uidue erant in diebus Heliæ in Israel, quando clausum est cœlum annis tribus & mensibus sex, cum facta esset fames magna in omni terra, & ad nullam illarum missus est Elias nisi in Sarepta Sydoniæ ad mulierem uiduam.* Iureiurando historię ueritatẽ Christus affirmare uidetur, cum dixit. In ueritate dico uobis, multe uidue fuerunt in Israel.i.in regno & populo Israelitico in diebus Eliæ.i.tẽpore quo Elyas in populo illo cõuersabatur & operabatur, quãdo clausum hoc est a solito suo effectu, siue influxu, prohibitum & suspensum est cœlum, tam aereum, q̃ stellatum, seu planetarum orbis. Tũc.n. ad preces Elye intra tres annos & sex mẽses pluuia de cœlo aereo nõ descendit in terram Israel, nec circa loca uicina. Cœlum quoq; stellatum, modo sollito ad pluuiaꝝ generationem, influentiam nõ impendit, nec uapores eleuati sunt a terra usq; ad mediam regionem aeris a sole consueto cursu Deo omnipotente iubente. Cũ facta esset fames in terra. Ex defectu siquidẽ pluuię orta est sterilitas terræ, ad quã sequuta est esuries. Siquidem ut scribitur in libris regũ, dixit Elyas ad Achab. Viuit dominus Deus Israel in cuius conspectu sto, si erit annis his ros & pluuia nisi iuxta oris mei uerbum. Quanta autẽ fuerit fames illa, ibidem describitur. Nihilominus ad nullam illaꝝ uiduaꝝ missus est Elyas a Deo, ob earum indignitatem & culpam, nisi in Sareptam Sydonię quæ erat urbs parua inter Tirum & Sydonem. Sydon uero urbs fuit a qua regio illa uocata est Sydonia. Ad mulierem uiduam pauperẽ. Ibiq; duo miracula fecit, q̃a farina & oleum nõ defecit, & filium ipsius mortuũ

Historia Elye cõtra Nazarenos.

3. Reg. 17.

suscitauit, quem Ionã prophetam fuisse asserunt Iudæi. Nõ igitur in Israel & in patria propria ubi multę uiduę erant, sed in Sydonia Elyas operatus est miracula. Nam uiduę Israel indignę erant omni fide carentes. Elyas quoq; persecutionẽ patiebatur in terra Israel, sed alienę prouinciæ ipsius aduentũ, honorifice pstolabãtur. Ideo missus est in Sareptã Sydoniæ, iuxta illud. Factum est uerbũ domini ad Elyam. Vade in Sareptam Sydonioꝝ, & manebis ibi. Pręcepi. n. mulieri uiduę ut pascat te. Super quibus uerbis Chrysostomus ait. Deus pia dispensatione fecit Elyam per tam longũ pergere iter usq; Sareptam, ut uidens mundi pestem, peteret a dño pluuias. Ideo Iacobus in epistola canonica. Multum ualet deprecatio iusti assidua. Elyas homo similis erat nobis passibilis, & oratione orauit ut nõ plueret super terrã, & nõ pluit annos tres & mẽses sex. Et rursum orauit, & cœlũ pluuiam dedit. Quare de ipso Elya, ita Chrysostomus scribit. Ipse quidem terrestris angelus & homo cœlestis, qui nec tectum nec mensam, nec amictũ habebat. Veruntamen clauẽ cœloꝝ gessit in lingua. Deinde aliud subdit exẽplum. *Et multi leprosi erant in Israel sub Elyseo propheta, & nemo eorum mundatus est, nisi Naaman Syrus.* Tẽpore magni prophetę Elisei, qui uelut spiritualis pater, fuit pcipuus director Israelitice plebis, cui morienti dixit rex Israel. Pr̃ mi, pater mi, currus Israel & auriga eius. Multi leprosi erant in Israel, inter quos ut legitur in quarto regum, quattuor ingressi sunt castra Assirioꝝ tẽpore noctis, & nemo illoꝝ mundatus est a lepra, nisi Naaman Syrus. Non q; fuerit unus leprosoꝝ de Israel, sed qm̃ ipse solus inter leprosos, fuit ab Eliseo sanatus. Fuitq; Naaman princeps militię regis Syriæ, uir magnus ac hono-

Chrysosto. *Iacob. 5.* *4. Reg. 7.*

ratus apud dominũ ſuũ, diues & fortis, cuius boni-
tas ex hoc liquet quod inductis uerbis adiungitur.
Per illũ.n. dedit dominus ſalutem Syriæ. Proinde, 4.Reg.5.
referrente paruula puella eſſe prophetam in Iſrael,
mox credidit ſe per preces prophetę a Deo Iſrael
poſſe curari, imo & ſe curandum ſperauit. Vnde le
gitur ꝙ cũ Eliſeus nõ egrederetur ad eum, indigna
tus eſt dicens. Putabã ꝙ egrederetur & tãgeret lo
cũ lepræ, & inuocaret nomen Dei ſui. Et ita uide- Fides Naa
tur unius ueri, ſummiq; Dei tunc habuiſſe notitiã, man Syri.
deuotę ueniens ad Eliſeum. Curatus uero (ut non-
nulli fatentur) ualde Deo gratus fuit & Eliſeo, ꝓ-
mittens ſe ultra ſoli Deo ſacrificaturum.

Sed hic nõ immerito oritur q̃ſtio, cur Chriſtus Pulchra
de Elia & Eliſeo potius q̃ de aliꝭs ponit exẽplum? difficultas
Ad hanc difficultatẽ reſpondent aliqui, quia hi ſoli
inter prophetas claruerunt miraculis. Cui reſpon-
ſioni obijci poteſt: primo de Moyſe, de cuius excel
lentia & magnitudine prophetiæ atq; miraculis,
ſcriptũ eſt in Deuteronomio. Nõ ſurrexit ꝓpheta Deut.34.
ultra in Iſrael, ſicut Moyſes qui noſſet dñm, quem
noſſet dñs facie ad faciem, in omnibus ſignis atq;
portentis, quę per illum fecit dñs. Rurſus, in primo 1.Reg.12.
regũ legitur quõ orante Samuele propheta, Deus
fecit rem grandem, dando uoces, hoc eſt tonitrua
& pluuias tẽpore meſſis. Inſuper in tertio regũ ha- 3.Reg.13.
betur, quemadmodum p̃cante ꝓpheta diuinitus
miſſo, Deus arefactam Hieroboam regis iniqui, ſa
nauit manum. Similiter in quarto regũ deſcribitur 4.Reg.20
quõ inuocante dñm Eſaia, contra uniuerſalẽ ordi-
nẽ naturæ, ſol miraculoſiſſime reddijt retro. Ipſeq;
Ezechias a lętali ſanatus eſt morbo. Vnde in Eccle Eccle.48.
ſiaſtico de Iſaia ſcribitur, ꝙ addidit regi uitã. Ideo Vera reſpõ
aliter reſpondendum eſt, Chriſtũ de Elia & Eliſeo ſio ad q̃ſit.

mentionē fecisse, qm̄ facta illorꝝ p̄memorata suo magis congruebant ꝓposito, & quia ualde excellentes fuerunt, imo in gestis p̄fatis, Christū figurarunt. Vidua uero & Naaman tipum gerebant ecclesię, ex gentibus congregate, quā Christus ꝑ spiritum sanctum, suosq; apostolos (relictis ob suam perfidiam iudęis) uisitare dignatus est. *Et repleti sunt omnes in synagoga ira, hæc audientes. Et surrexerunt. &c.* Oēs qui scire se credunt, difficile, uerę, saneq; doctrinæ subduntur, q̄a doceri & erudiri nolunt. Potius irascuntur infesti, oportune uelut importune docenti. Et qui se credunt aliquid esse cū nihil sint, furiunt

Natura malorū hominum. cū arguuntur. Malum hippocritarꝝ hoc sibi proprium est, ut cū detegitur, irascantur. Turbatur nocturnus fur penitus, cum dies apparet. Et qui male agit, inimicus est lucis. Et qui ab impietate detinentur, scandalizātur in sermonibus ueritatis. Et exardescunt in odium pie docentis, qui a proprijs directionibus resilire contēnunt. Quemadmodū erant hi iudęi sacrilegi, quorꝝ insaniam, ingratitudinemq; multi sectantur. De quibus impletum est illud pro

Prou. 16. uerbiorꝝ. Nō amat pestilens eum qui se corripit.

Amos. 5. Illudq; Amos. Odio habuerunt corripientē, & loquentē perfecte, abominati sunt. Vnde in Ecclesia-

Eccle. 21. stico scribitur. Stupa collecta, synagoga peccantium, q̄ statim igne irę accenditur. Hinc cōmuniter id Terentiani dicitur. Obsequium amicos, ueritas odium parit. Ideo surrexerūt, ira eos bestialiter impellente, quemadmodū subditur. *Et surrexerunt & eiecerunt illum extra ciuitatem, & duxerunt illum usq; ad supercilium montis, super quem ciuitas illorum erat ædificata, ut præcipitarent eum.* Tanq̄ reum mortis irreuerenter surgentes Nazareni, expulerunt Xp̄m extra ciuitatē suā Nazareth, & duxerunt illum usq; ad supercilium

montis, super quē ciuitas illoꝝ erat ędificata, ut p̄ci pitarent eum, & p̄cipitando occiderent, diabolū imitantes eoꝝ patrem, dicentē ad Christū. Mitte te deorsum. Quinimo illo priores quantū ad hoc, qa quod ille suggessit, isti facere sunt molliti. Et nota, si ueꝝ est ꝙ Nazareth sit ędificata ad latera seu radices mōtis Thabor, mons iste Thabor est, de quo uoluerunt ipsum p̄cipitare. Nota insuper ꝙ si uniuersam scripturā euangelicā legere & discurrere uolumus, nullibi inueniemus fuisse Iesu iniuriam facti irrogatam usq; ad tēpus mortis suę, nisi a proprijs cōciuibus. Imo nec tēpore passionis seuierunt in Iesum nisi mediantibus ministris curiæ: cōciues autem proprij, furijs acti ad p̄cipitandū eum de supercilio montis concurrunt, factoq; ducunt. Et in Hierosolymis bis postea tentarunt lapidare Hierosolymitę, & Geraseni quidem q̄uis passi fuerint damnum duoꝝ milium porcoꝝ, nō tamē ausi sunt attentare aliquid contra Iesum, sed rogauerunt eū, ut discederet ab eis. Nazareni uero nullam passi ia cturam, p̄cipitare eum uoluerūt. Nota p̄terea, quattuor modos, qbus mors est dn̄o tentata. Quidā. n. tentauerunt eum perimere gladio, sicut Herodes. Quidam p̄cipitio, sicut hic Nazareni. Quidam lapidatione, sicut in templo, iudæi. Aliqui crucifixione, quemadmodum in passione, etiam iudæi. Spiritualiter quinimo Christus crucifigitur in nostra recidiuatione: lapidatur in nostra obduratione: pręci pitatur in desperatione nostra: gladio perimitur in blasfematione. *Ipse aūt transiens per medium illorum ibat.* Inuisibilem illis se reddidit postq̄ fuit in supercilio montis, & sic per medium trāsiens iuit quo uoluit, remanentibus illis delusis. Vt uel sic occasionē resipiscendi haberent, uel quia noluit Iesus tunc, nec

Omnē iniuriam passus est xp̄s a cōciuib'.

tali morte, nec ibi mori. Diuina igitur & increata
Quō Xp̃s se inuisibilem reddidit. uirtute potuit se illis inuisibilem reddere. Quinimo
& per creatam sibi datam potentiam potuit, quia
secundum superiorem animæ suæ portionē, extitit
cōprehensor. Iccirco dū uoluit, dotes corporis glorificati etiā ante passionē sæpe assumpsit, corpusq;
animæ suę p̄fecte obediens, intantū ut omnia naturalia fuerint eis subiecta. Ideo corpus Christi imutauit uisum p̄sentium secundum q̄ placuit aię eius,
cuius potestate, atq; imperio suspēdi poterat imutatio talis. Et ita Christus se reddidit inuisibilē illis,
quemadmodum iudæis uolentibus ipsum lapidare, abscondit se, & exiuit de templo.

Noluit aūt Xp̃s p̄cipitari, q̄m tempus passionis
suę diuinitus p̄fixū, nondū fuit impletū, et q̄m aliud
genus mortis elegit, uidelicet crucifixionē, ut implerēt quod scriptū est. Foderunt manus meas & pedes meos. Et iterū. Dederunt in escam meam fel.
Rursus, q̄a nondū impleuit opera propter q̄ missus
Cur Xp̃s noluit p̄cipitari. fuit a patre. Videlicet p̄dicationē euangelicę legis,
sacramentorū institutionē, miraculosos effectus, de
quibus omnibus passioni iam proximus, dixit ad
Ioan.17. patrem. Pater, opus consumaui quod dedisti mihi,
ut facerem. Nunc autem ad te uenio.

De initio publicæ prædicationis domini Iesu. Cap. XXVIII.

CVm autē audisset Iesus quòd Ioannes traditus esset, recessit in galileam, & relicta
Matth.4. *ciuitatē Nazareth, uenit & habitauit in ciuitate Capharnaum maritima, in finibus Zabulon, et Neptalim, ut adimpleretur q̄d dictum est per Isaiam prophetam.* Quēadmodum post aurorā sequitur
sol, ita post p̄dicationē Ioannis, secuta est p̄dicatio

Christi, quia deficiente lege Moysi, incepit euāgelium. Ideo dicit euāgelista. Cū aūt audisset Iesus a discipulis Ioānis uel a suis, & certissime pcognouit ꝙ Ioānes baptista traditus esset a Deo pmissiue in manum Herodis Antippæ, & ab Herode in manu seruoꝝ suoꝝ ut Ioannem incarcerarent, eo ꝙ illicitas nuptias Herodis & Herodiadis increpasset, secessit in galileam, cedens furori Herodis, ne occideretur ab eo. Non ꝙ mortem timeret, sed qa passionē suam uoluit oportuno tēpori reseruare, & ut fugiendi periculū nobis exēplum daret, & ut prophetiam impleret, discipulosq; artē piscandi spūaliter, doceret. Igitur Ioanne carceri mācipato prima die Maij post pascha, anno dñi trigesimo primo, uenit Christus in galileā, & relicta ciuitate Nazareth, in qua testimoniū perhibuit, quia nemo propheta acceptus est in patria sua, uenit & habitauit in ciuitate dicta Capharnaū, maritima. i. supra mare Genesareth situata. In cuius littore hæ ciuitates erant. Videlicet, Capharnaum, Tyberias, Bethsaida, Corosaim, pertinentes ad finem Zabulon & Neptalim. Ideo subditur, In finibus seu terminis Zabulō ac Neptalim, filioꝝ Iacob, a quibus nominatę sunt regiones, quas inhabitauerunt. In quaꝝ confinio erat Capharnaum, in prouincia galileæ, inter fines Iudeæ & gentium. In qua ciuitate Iesus prædicare incepit, ut simul iudæos & gētes ad se uocaret, qui utrosq; saluare uenerat. In galilea. n. gentes simul & iudæi morabantur. Itaq; ibi fundari debuit lapis angularis, qui fecit utraq; unum, duos in se concludens parietes, gentium & iudæorum. De quo Psalmista. Lapidem quem reprobauerunt ędificantes, hic factus est in caput anguli. Vnde & post dixerūt sacerdotes ad Pilatū. Cōmouit uniuersam Iudæā,

Cur pdicatio xpi incepit in galilea gentium.

incipiens a galilea usq; huc. &c.

Sed quoniam, ut alibi dictum est, omnia operabatur Christus, ut adimplerent scripturæ prophetarũ, quamobrẽ in ciuitatẽ Capharnaum proficiscitur, ut adimpleretur quod dictũ est per Isaiam pro-

Esa. 9. phetam dicentem. Primo tẽpore alleuiata est terra Zabulon, & terra Neptalim. Et nouissimo aggrauata est uia maris, trans Iordanem Galileæ gentium. &c. Hæc enim prophetia tota impleta est in Christo, quia ipse in terra Zabulon & Neptalim primo publicæ prædicauit, eo q; ciuitas Capharnaum ibi sita erat, & alia loca ubi Christus concionatus est, legit & docuit. Sed pro maiori notitia illius prophetiæ, nõ est ignorandũ q; ad p̃dicationẽ Christi aliqui iudęi crediderunt, & in fide permanserunt, usq; in finem. Aliqui autẽ semper obstinati, in sua malitia remanserunt. Nonnulli uero a principio credentes, deinde ad uomitum reuersi sunt. De quibus mixtim loquitur Isaia propheta dicens. Primo tempore alleuiata est terra Zabulon, quia ibidem Christus circa initium suæ prædicationis publicę frequenter docuit, & multa miracula fecit. Et ita terra illa fuit alleuiata a iugo diaboli & pondere peccatorum per potestatem Christi, nec non & illuminata ipsius doctrina. Sic & eodem modo dicendum est de terra Neptalim. Sed qa deinde ad uomitum homines illius terræ reuersi sunt, ideo propheta subdit. Nouissimo. i. circa finem prædicationis Christi aggrauata est uia maris trans Iordanem galileæ gentium. Quia aggrauata fuit tota terra per domini flagella, & in captiuitatem ducta. Et dicitur illa terra uia maris, quia ibi est uia publica ad portandum merces a Iordane ad mare mediterraneum, & e conuerso. Additur autem

Triplex genus iudeorũ a audientiũ cõ tionẽ xp̃i.

Galileæ

Galileæ gentium, ad differentiam alterius Galileæ, quæ uocabatur Galilæa Iudæorum, in qua erat ciuitas Nazareth. Scribitur enim in quarto Regum, quod Salomon dedit Hiram regi Tiri in Galilea uiginti oppida. Et quia ipse erat gentilis, dicta est terra illa, Galilea gētium. Alio aūt nomine, Zabulon uocabatur. Matthæus uero breuiter accipis hanc Esaiæ auctoritatem, & subdit. *Populus gentium qui ambulabat in tenebris, uidit lucem magnam: habitantibus in regione umbræ mortis, lux orta est eis.* Vmbra est uelut uestigium illius cuius est umbra, ut liquet de umbra hominis, animalis, cādelabri, & cuiuscunque rei. Ideo umbra mortis, est uelut uestigium mortis. Et propriȩ significat terrores, & mortis horrores. Hi.n.non sunt mors, sed mortis umbra. Illi nāque qui sunt in continuis terroribus mortis & tormentorum, sunt in umbra mortis corporis. Et per metaphoram transfertur ad mortem animȩ, & internæ animi tenebræ, quæ ignorantia & peccata sunt. Et dr̄ umbra mortis, tanquam mors ipsa sit ęterna damnatio, qua sine spe uitæ, anima mortua est. Dicit ergo. Populus qui ambulabat in tenebris.s. erroris & ignorantię: in tenebris uidelicet diaboli & peccatorum quia quemadmodū Christus est lux mundi, ita diabolus qui immediate apponitur ei, dicitur tenebra. Et ita gratia & pct̄m opponūtur, quemadmodum lux & tenebra. Vidit lucem magnam.i.xp̄m qui est lux mundi, per prædicationē ac miraculorum operationem propria uirtute. Dicit quoque lux magna, ad differentiā paruæ lucis. Moyses.n.fuit lux, dādo legem, per quam illuminatus est populus Israel. Sed erat lux illa parua, quia data fuit in umbra lucis magnę. Nec per eam perfectę illuminabantur ad cognitionem secretorum dei.

Quæ sit umbra mortis & cur dicatur.

Lux magna xp̄s

lux parua Moses Rursus, lumen naturale per quod gentiles & sapiẽtes deum agnouerunt, lucem fuisse fatemur, sed nõ perfectam, quia per eã, philosophi ac ceteri sapientes non agnouerunt deum in trinitate personarum. Vidit igitũ populus gentium lucem magnam, & sedentibus in regione umbrę mortis: umbra.n.mortis ut dictum est proprię dicitur pctm̃ mortale, qđ est quasi figura, & umbra mortis æternę. Illi quippe gentiles dicebãtur sedere in tenebris & umbra mortis, quia non mouebantur ab ignorantia & errore ac peccatis, in quibus quasi sedere uidebãtur. Lux orta est eis.s. ueritas euangelica, quia illuminatio doctrinę Christi ac miraculorum eius primo facta fuit in locis prędictis. &c.

Iudæorum & gentilium quatruplex discrimen. Rom.3. Ex hac prophetia manifeste apparet quatruplex differentia inter Iudæos & gẽtiles. Prima, quia Iudæi sunt sub lege scripta, gentiles, sine lege. Ideo illi dñr populus, qui est collectio plurium sub uno iure uiuentium. Isti non: dicente apostolo. Quid ergo est amplius Iudæo? Multum quidem per omnẽ modum. Primum, quia credita sunt illis eloqa dei. Secunda, quia illi ambulabant per obseruantiam legis carnis: isti sedebant in infidelitate fixi: sicut dicitur in euangelio Lucæ. Cęcus sedebat secus uiã. Tertia differentia, quia illi in tenebris sedebãt propter peccata lucem legis obumbrantia. Isti in umbra mortis propter idolatriam, propter maiorem propinquitatem ad mortem gehennæ. Vmbra.n. omnia uegetabilia putrefacit & mortificat, quæ lux & calor conseruat. Quarta, quia illis lux est uisa: istis aũt orta est lux. Nam apud Iudęos erat cognitio dei, sed impedientibus tenebris peccatorum, ipsam ignorabant. Apud gentiles uero, non erat. Ideo dicitur, lux orta est eis. Et quæ fuit ista lux, ni

ſi Chriſti perſona, Chriſti doctrina, Chriſti mira-
cula, xpi uita. De qua Ioannes. Erat lux uera. &c.

Rurſus in hac prophetia notantur duo ſingula-
ria. ſ. miſeria humana, & miſericordia diuina. Miſe-
ria hominis duplex: quia ambulabat & ſedebat. *Duplex*
Ambulabat quidem in tenebris ignorantię, de qui *hominis*
bus pſalmiſta. Neſcierunt, neq; intellexerunt, in te- *miſeria.*
nebris ambulāt. In tenebris peccatorum, iuxta illud *Roma. 13*
apoſtoli. Abijciamus opera tenebrarū. In tenebris *Matt. 22.*
pœnarum, dicente dño in euangelio. Ligatis mani
bus & pedibus, mittite eum in tenebras exterio-
res. Primę ducunt, ad ſecundas, ſecundę ad tertias.
Ambulabat igitur homo in tenebris, & ſedebat in
regione umbrę mortis, quæ eſt triplex. Prima, mū- *Vmbra*
dus propter continuam ipſius alterationem, uaria- *mortis tri*
tionem, & mutationem. Quia mundus tranſit, ue- *plex.*
lut umbra. Vnde ſapiens. Tranſierunt omnia illa *Sapien. 5*
tanq̃ umbra. Secunda, corpus pp continuam diſ-
ſolutionem, iuxta illud Iob. Homo natus de mulie-
re, breui uiuens tempore, repletur multis miſerijs.
&c. Tertia, tempus uitę noſtrę, dicente Salomone *Sapien. 2*
Vmbrę tranſitus eſt tempus noſtrum. Deinde no-
tatur miſericordia dei duplex. ſ. in uiſu, & ortu lu-
cis. Prima notatur cum dicitur. Vidit lucē magnā.
Quippe, quia uiderunt pręſentiam Chriſti in con-
uerſatione, ipſius doctrinā in prædicatione, poten-
tiam quoq; in miraculorum operatione. Ideo Chri-
ſtus in euangelio clamabat. Quamdiu ſum in mū- *Ioan. 9.*
do, lux ſum mundi. Item. Ambulate dum lucem ha *12.*
betis, ut tenebræ uos non comprehendant. Secun
da miſericordia notatur, cum ſubiungit. Lux orta
eſt eis. Lux inq̃ ſub triplici conditione, quia noua *Miſericor*
uidelicet in natura diuina & humana. Quia uera. ſ. *dia dei*
in doctrina, ſine aliqua deceptione. Quia magna, *duplex.*

in potentia sine comparatione. *Ex inde cœpit Iesus prædicare & dicere. Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum.* Postq̃ euangelista descripsit tempus & locum prædicationis Christi, tempus q̃n. s. Ioãnes traditus fuit: locus uidelicet in ciuitate Capharnaum, nunc uero describit modum quem tenuit xp̃s in initio suę prędicationis. Incœpit. n. prædicare pœnitentiam interiorem, pariter & exteriorem, quemadmodum incœperat Ioannes baptista in deserto. Et dixit. Pœnitentiam agite. &c. Id aũt fecit Christus, multis de causis. Primo, ut prædicationem pœnitentiæ omnis magis approbaret. Secundo, ut nostram superbiam confutaret. Tertio ut palam insinuaret mutationem uitæ de malo in bonum, a pœnitentia initium habere. Postea subiũxit. Appropinquabit. n. regnum cœlorũ. Christus namq; uoluit illud annuntiare de propinquo non sine rationabilibus causis. Primo, q̃a iam Christus dixerat, pœnitentiam agite. At quia pœnitentia in se dura est, & non inclinatur homo ad aspera amplectenda nisi sub specie boni: promisit igitur xp̃s regnum cœlorũ, ut propter illud nemo piger esset ad pœnitentiam agendam. Et si uos non terrent mala ut pœnitentiam agatis (inq̃t Chrysostomus) saltem bona delectent. Secũdo uoluit Christus in hoc ostendere differentiam legis suæ a lege Moysi. Nanq; in lege Moysi non promittebantur nisi bona temporalia. Lex aũt Christi perfectissima erat, iccirco in ipsa congrue promittitur regnum cœlorum, complectens omne bonum æternum. Tertio, id conueniens fuit ad ostendendam differentiã status istius presentis, a preterito, qui fuerat sub lege. Nam toto tempore præterito quantumcunq; aliquis iustus esset, post ipsius mortem, non pote-

Cur xp̃s annuntiauit regnũ cœlorum de propinquo.

rat ingredi uitam ęternam. Sed animę sanctorum tenebantur in sinum Abrae. Nunc autem per passionem & mortem xpi aperta est ianua regni cœlorum, ideo decuit illud annũtiari ab eo. Quarto, soli xpo conueniebat annuntiare regnum cœlorum, quia non potest quispiam adultus ingredi uitam æternam, nisi condonatis suis delictis ex gratia dei. Nam remissio fieri non potest ex operibus nostris, nec ex quacunque contrictione, adeo ut per eam esset nobis debitum regnum cœlorum, quasi per quandam ęquiualentiam & iustitiam sed solum remissio fit ex gratia. Solus namque deus libere peccata remittit omnibus uere pœnitentibus. Gratia autem remissionis non est nisi per passionem & mortem xpi. Qui si mortuus non fuisset pro nobis ad placã dum deum, nunquam uoluisset nobis reconciliari. At quia Christus mortuus est, deus placatus est nobis. Et ita abunde gratiam confert eis qui conuertuntur ad eum. Quamobrem, remissio peccatorum immediate pendet ex gratia. Ipsa autem gratia est pp Christi mortem, per quam aperitur nobis regnum cœlorum. Ideo Christus aiebat. Pœnitentiã agite, appropinquabit enim regnum cœlorum.

De secunda Apostolorum uocatione. Capitulum uigesimum nonum.

FActum est autem cum turbæ irruerent in eum ut audirent uerbum domini, & ipse stabat secus stagnum Genezareth. Et uidit duas naues stantes secus stagnum: piscatores autem descenderant & lauabant retia. Luc. 5. Magno cum impetu & feruore turbę accedebant ad Iesum ut audirent eum. Desiderabant. n. non solum eum aspicere & audi-

re,sed etiam tangere.Et sic posteriores priores impellebant, ita ut cum impetu quodam irruerent in eum.Et non est mirum. Quis.n.nō appeteret tam dulcem & pulchrum aspicere? Tam sapientem & eloquentem audire?Tam uirtuosum & sanctū attingere? Tot & tantorꝫ mirabilium operatori astare? Et præcipue propter ipsius gratissimum & delectabilissimum aspectū. Et ipse stabat secus stagnum Genezareth.Sed quemadmodum Beda testatur, idem est mare Galileæ, & mare Tyberiadis, & stagnum Genezareth. Et licet ipsius aqua dulcis nullam amaritudinem haberet,dicebatur tñ mare more hebreorꝫ, qui omnem cōgregationem aquarꝫ,mare appellant. Mare autem Galileæ appellabatur ab adiacente prouincia. Mare aūt Tyberiadis a Tyberiade ciuitate,quam ędificauit Herodes in honorem Tyberij Cęsaris.Stagnum uero nuncupabatur, quia erat locus stans ex refluxione Iordanis & undis ebulictibus. Stagnum etiam Genezareth interdum dicebatur,a proprietate qua.s. chrispantibus undis de se emittit auram quæ sentiť in littore. Genezareth enim diciť, quasi generans sibi auram.In eo stagno uidit Iesus duas naues stātes secus stagnum,idest prope littus illius ut moris est. Piscatores autem uidelicet Petrus & Ioannes, & Iacobus ut infra habetur.Et si qui forte eis associati fuerunt,descenderant,hoc est ex nauibus egrediendo aquā,circa littus intrauerant,& lauabant, purgabantqꝫ retia sua,ut purgata aplicarent, quia nil cœperant, uolentes ad tempus a piscatione cessare. *Ascendens autem in unam nauim quæ erat Symonis:rogauit eum a terra reducere pusillum. Et sedens docebat de nauicula turbas.*Considerandа est hic singularis xp̄i mansuetudo,qualiter ingressus est nauiculam Petri, &

Mare galileæ, tiberia. Genezareth, idem.

obsecrat eum ut a terra abducat. Ecce deus hominem, creator obsecrat creaturam, dñs seruum, magister discipulum. Quamobrem immensam considerare debemus xp̃i tum misericordiam tũ humilitatem. Dñs cœli & terræ ex creatura sua tãtulum petit obsequium, ut abducatur paulisper a terra, ut sic eum plebs commodius audire posset. Tanta tamq; exquisita in Christo fuit diligentia promouendę utilitatis humanæ & salutis animarum. Dicit ergo euangelista, Christum ascendisse in unam nauim quæ erat Symonis Petri: & rogauit eum a terra reducere pusillum, hoc est nauim ad modicũ spacium in aquam dirigere, ut esset separata & distans a ripa, adeo tantum, ut Christus posset ex ea a populo in littore stante satis conuenienter audiri. Siquidem nauim intrauerat propter turbas cõprimentes eum: a quibus stans in terra non poterat commode aspici & audiri, sicut in naui, ubi & nemini dorsum uertit, in facie atq; in omnium stetit aspectu. Hac igitur de causa, magister discipulum humiliter rogat, & non præcipit: docens prælatos, ut proniores sint admonendum, quã ad præcipiendum, magisq; cupiant diligi quã timeri. Sed e contrario agunt ambitiosi, ad præcipiẽdum procliues, gladiumq; absq; idonea causa extrahẽtes. Quibus per Ezechielem, deus improperat dicens. Cum austeritate imperabatis ouibus meis, & cũ potentia. Et Iesus sedens in naui, docebat de nauicula turbas. Ecce nauim, q̃m parua erat, nauiculã uocat, & nauigiũ pauperũ. Verba aũt p̃dicationis Christi euangelista non exprimit, sed nec omnia eius prodigia aliquis euangelistarum in particulari prosequitur. Tanta uero de ipsius documentis atq; miraculis euangelistæ scripserunt, quãtum ad

Misericordia & humilitas xp̃i commendatur

Ezech. 34

ædificationem ecclesiæ, ad fidei confirmationem ad fidelium salutem sufficere nouerant, inspirante ac moderante spiritu sancto. Hinc est quod sæpenumero de obseruatione ordinis in recitatione gestorum, signorumque Christi non curant; quia ad prædicta agenda nil refert quid in reipsa præcesserit, aut quid primo narretur. *Vt cessauit autem loqui, dixit ad Symonem. Duc in altum, & laxate retia uestra in capturam. Et respondens Symon dixit illi. Præceptor per totam noctem laborantes nihil cœpimus, in uerbo autem tuo laxabo rete.*

rdinē hi storiæ interdum euangelistæ non seruant.

Non semper docuit dominus, non semper locutus est, siluit interdum. Sic.n. omnia tēpus habent. Cum ergo iam diu docuisset, uoluit sermonem suū etiam miraculo confirmare optans quodammodo, si fas est dicere, pauperem nauiculæ dn̄m præmiare, per obsequio iam narrato. Ideo ad Symonē dixit. Duc in altum. i. nauē remotius ammoue a littore ad profundiora aquarū loca, sicque altū, pro loco pfundo interdū accipit: quemadmodū in Ioanne. Puteus altus est. Atque in psalmo. Veni in altitudinem maris. Vel ideo dixit in altum, qm̄ ut matemathici docent, aqua plus distans a littore, altior est, quam quæ ripæ propinquior. Et laxate retia uestra in capturam, idest ad capiendos pisces ea explicate. Ait autem singulariter Petro, duc in altum, quia id ab eo solo fieri iussit. Pluraliterque adiunxit laxate, quia hoc a pluribus aptius fieri potuit. At respōdens Symon dixit illi. Præceptor & mi domine, cui semper omnes parere tenētur, per totam noctem laborantes ad pisces capiendos nihil cœpimus. Et licet id naturaliter accidere potuisset, quemadmodum sæpenumero accidit, diuina tamen tūc dispensatione sic euenisse apparet, ut Christi potestas per miraculum sequens clarius resplenderet,

Mare altū idest profundum.

ut & alij magis confirmarentur ad fidem. In uerbo autem tuo.i.in uirtute tui præcepti, quia uerbo dñi cœli firmati sunt: Et quia non in solo pane uiuit homo, sed de omni uerbo quod procedit de ore Dei: in uirtute igitur illius uerbi laxabo rete. In quo prō ptitudo obedientiæ Petri probatur, p̄sertim, quia secundum ordinē & cursum naturæ, uidebatur infructuosum retia laxare, cū non appareret spes naturaliter capiendi pisces. *Et cum hoc fecissent, cōcluserunt piscium multitudinem copiosam. Rumpebatur autem rete eorū. Et annuerunt socijs qui erant in alia naui, ut uenirent & adiuuarent eos. Et uenerunt & impleuerunt ambas nauiculas: ita ut pene mergerentur.* Petrus obediens p̄ceptori suo, una cū alijs fecit quod iussit: Et cū hoc fecissent, concluserunt piscium multitudinē copiosam. Tantā.s. quantam ipse maris & terræ dñs sibi placuit. Nimirum qa obediebant ei cui subiectę sunt omnes uolucres cœli & pisces maris. Rumpebatur aūt rete eorꝝ ex grauitate multitudinis pisciū, ex quo patet duplex miraculum: quia nō solum ceperant multitudinem piscium citra solitum modum & impossibilē supra humanā facultatem uerum etiam tanta multitudo tenebatur in rete rupto. Et annuerunt.i. nutu uel signo, non uerbis insinuauerunt eis ut subuenirent. Nāq; prę admirationis magnitudine loqui uix poterant. Et prę Iesu reuerentia, loqui nō audebant. Et uenerunt socij illi, & impleuerūt ambas nauiculas, ita ut pœnę mergerentur, ꝓpter nimiam & copiosam piscium multitudinem, q̄ simul extitit capta. *Quod cum uideret Simon Petrus: procidit ad genua Iesu dicens. Exi a me domine, quia homo peccator sum. Stupor.n. circūdederat eum, & omnes qui cum illo erant, in captura piscium quam ceperant. Similiter autem Iacobum & Ioannem filios Zebedei, qui erant socij Simonis,* Stupor.i. uehemens admiratio ex

Fides & obedientia petri hic cō mendatur.

Duplex miraculū in captura piscium.

omni parte circundederat Petrũ, & omnes qui cũ illo erant in captura piscium quã ceperant, totãq; eo℞ mentẽ occupauit ex consideratione tanti prodigĳ, cuius admirabilitatem tãto certius nouerant quo in arte piscatoria exercitatiores fuerũt. Petrus autem intelligens id fieri non potuisse humana uirtute, procidit ad genua Iesu dicens. Exi a me, quia homo peccator sum dñe. Honor. n. est exhibitio reuerentię in testimonium uirtutis. Ideo, quemadmodum censuit Iesum esse maxime uirtutis ac sanctitatis, sic exhibuit ei reuerentiam grãdem. Nam & ante hoc miraculum perpetratum, credidit ipsum esse Christum, quando uidelicet Andreas dixit ad eum. Inuenimus Messiam qui dicitur Christus. Adduxitq; eum ad Iesum. Rursus, uiso isto miraculo, aucta fuit in eo fides. Iccirco dixit. Exi a me, qã homo peccator sum dñe. i. tibi assistere, adesse, cohabitare, indignus sum. Quia homo fragilis, peccator, & seruus inutilis. Tu autem tam potens, tam sanctus ac dñs. Itaq; ex magnitudine miraculosi effectus, maiestatem causę pensauit. Et quia opposita iuxta se posita clarius innotescunt: ideo quo Petrus Christi uirtutem, excellentiamq; magis attẽdit, eo propriam culpam ac paruitatem euidentius intellexit, atq; humilis factus est. Hinc Christũ a se exire rogauit, non eum cũ indignatione repellens, sed ex profundissima humilitate honorans. Nec tamẽ spiritualem eius p̃sentiam seu gratiæ opem a se abesse optauit. Volens quodãmodo assimilari Centurioni dicenti. Dñe non sum dignus ut intres sub tectum meũ, sed tantũ dic uerbo, & sanabitur puer meus. De hac quoq; spirituali p̃sentia semper optãda, ait Gregorius. Si te peccatorẽ consideras, necesse est ut a te dominũ non repellas. Stupor tamẽ

Fides & humilitas Petri, hic laudari meretur.

admirabilis circundederat Petrum, quare reputabat se indignū esse pſentia tanti uiri. Argumentū, quia ualde timendum est homini peccatori sancta tangere, circundare Christi altare, & ad eucharistiam suscipiendam accedere. Christus autem eorꝫ infirmitati cōdescendens per id miraculum, uoluit eos allicere quod ad eorꝫ officium magis spectabat, quantum ad facti materiam. Sicut & Magos astronomiæ intentos per stellam apparentem adduxit. Siquidem tam repentina piscium, tot inumerabilium captio fuit prorsus mirabilis. Similiter autem Iacobum & Ioānem filios Zebedei qui erant socij Symonis in piscando circundedit stupor, & uehemens admiratio. Non tamē corruerunt ad genua Iesu, quāuis ipsius essent cognati. Ex quo manifeste cōstat magnitudo deuotionis feruorisqꝫ Petri, qꝫ ipse solus ad genua Iesu prolapsus, cum tamē alijs senior esset. Itaqꝫ subdit euangelista respōsionem Christi ad Petrum. *Et ait ad Symonem Iesus. Noli timere, ex hoc iam homines eris capiens. Et subductis ad terram nauibus: relictis omnibus secuti sunt eum.* Quemadmodū Petrus se Christo singulariter humiliauit: sic meruit singulariter consolari ab eo. Cor. n. contritum & humiliatum nō despicit Deus: sed exhilarat & cōfortat: ideo ait ad Symonē Iesus. Noli timere īmoderato timore ex cōsideratione tuę paruitatis & culpæ: ex contemplatione quoqꝫ tanti miraculi, non obstupesce: sed potius gaude & crede, quia maiori pdestinatus es piscationi. Alia nauis, & alia retia dabuntur tibi. Vsqꝫ modo cepisti per retia pisces, ex hoc. i. post hoc tēpus, uel post istud piscationis officium, & de cętero, nō tamē statim, eris capiens homines. Sana doctrina ac scripturarū uerbis trahendo eos ad uiam salutis æternæ. Quod idem est

Sacra tāgere uereantur peccatores.

Aliā piscationē, aliā nauim, alia retia pmittit xps Petro.

dicere: ad prædicationis officium assumeris. Verbum.n.Dei,hamo piscatoris cōparatur. Quia queadmodum hamus nō capit piscem,nisi prius capiatur ab ipso,sic nec uerbū Dei hominē capit ad uitā æternam, nisi ipsum uerbum mente eius teneatur. Vel aliter. Ex hoc ꝙ sic te humiliasti,habebis officium homines capiendi. Humilitas.n.uirtus attractiua est,& dignū est, ut illi alijs p̄sint qui in potestate extolli nesciunt. Et singulariter nota ꝙ nō in apostolum eligitur Petrus,sed aliqn̄ eligendus p̄dicitur. Totusq; facti huius ordo quid in ecclesia cuius ipse tipum tenet geratur,hic ostēditur. Et subductis ad terrā nauibus.i.tractis & collocatis animo & spe redeundi ad eas, relictis ad tēpus omnibus.s.nauib⁹ ac cęteris instrumētis secuti sunt dn̄m aliquantulum causa reuerentiæ associando Petrus & Andreas, Iacobus & Ioānes, sed iterū ad ꝓpria redierunt. Ex quo patet ꝙ nondū rebus suis pfecte renuntiarūt,nec pfecte i hac uocatione Xp̄o adhęserunt,quēadmodū in tertia uocatione de q̄ infra.

Verbū domini cōparatur hamo.

Ex hoc euangelio,ut nonnulli diuinarū litterarū scriptores asserunt, insinuantur nobis tres diuinæ proprietates ac singularissime uirtutes existētes in Christo. Primo ipsius bonitas īmensa & benignitas excellens, quā etiam alijs libentissime cōmunicare nō desistit,cū dicitur. Et uidit duas naues stantes secus stagnū. Videre enim Christi est misereri. Quid est.n.dicere dominū aliquē uidisse,nisi illius misertus est? Et ꝙ idipsum oculo misericordiæ suę aspexit. Legitur.n.in Matthæo ꝙ Iesus uidens turbas ascendit in montem. Ioānes quoq;,ꝙ subleuauit oculos Iesus, & uidit magnam multitudinem populi,sequentem se. Idest misericorditer aspexit, & auxiliatus est eis. Lucas proinde narrat ꝙ con-

Bonitas et benignitas prima uirtus xpi.

Matth.5.

Ioan.6.

Luc.12.

uersus dominus respexit Petrum post trinā negationem. Siquidem si Christus nō respexisset Petrū oculis suę inatę misericordiæ, nunꝗ Petrus pęnitentiam egisset. Ita & hic in loco dicitur Christum uidisse duas naues stātes secus stagnum, quia in hoc mari periculoso pręsentis mundi, oculis misericordiæ suę & Synagogam ex iudęis & ecclesiam ex gentibus intuitus est. Et utrāꝗ coadunauit in unā ecclesiam sanctam. Qui.n. ex iudęis salui facti sunt, & qui ex gentibus per fidei susceptionē, nō meritis suis, id obtinuerūt. Sed sola gratia & misericordia Christi, quia ut inquit apostolus ad Titū, Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. *Videre xpi est misereri.* *Titum.3.*

Secundo manifestaē hic Christi potentia in tantorum piscium captura. Nam solo suo nutu, tantā ibi piscium (qui prius non fuerant ibidem) adduxit copiam, & in tam paruo tempore, ut clare etiam se esse dominum maris, palam insinuaret. Vnde Gregorius. Cum Christus mandasset demergere retia, tanta copia piscium capta est, quantum ipse maris dominus & terrę uoluerat. Vox.n. uerbi semper est uox uirtutis, cuius præcepto in origine mundi lux & ceteræ creaturę prodibant. Et in hoc facto se uerum Deum & omnipotentem ostendit. Quod & Petrum in stuporem adduxit. *Xpi potentia hic ostēditur.*

Tertio ostenditur hic admirabilis Christi sapiētia in discipulorꝫ uocatione, per id quod ante exercuerant. s. ministerium piscationis, quemadmodū Cirillus testatur. Condescendens inquit Christus hominibus sicut Magos per Sidus uocauit, sic & piscatores per piscatoriam artem. Ita & mulierem Samaritanam per suū quod in manibus habebat opus. s. hauriendi aquam, ad sui cognitionem ad- *Tertio loco xpi sapientia manifestatur.*

duxit: ut cæteros Samaritanos uocaret. Et quemadmodum prius annuente Deo ipse Dauid ex pastore ouium effectus est pastor & hominum dux, ita nunc Christus ex piscatoribus piscium irrationalium fecit hominũ piscatores, uerbiq; diuini concionatores neq; eorum transmutauit officium uel opus, sed dignius excellentiusq; sua sapientia effecit. Neq; inanis fuit aut irrita hæc diuinę sapientiæ dispositio circa suos apostolos, aut inutilis cõmutatio artis piscatoriæ corporalis in spiritualem. Nã electi a Christo ad exercendam hominum piscationem & ad eam peragendã missi in uniuersum mundum sedula diligentia multipliciq; fructu eam executi sunt. Siquidem beatus Petrus in ipso die pentecostes post acceptam spiritus sancti gratiam, laxans retia sua in capturã, conclusit intra ea tria milia hominum. Et interiectis aliquot diebus, quinq; etiam hominum milia retibus ipsius, cõclusa sunt.

Act. 2. 4. Quemadmodum Lucas in Actibus apostolorum refert. Proinde apostolus Paulus copiosam gentiũ multitudinem comprehendit suę prædicationis retibus ab Hierusalem per circuitum, usq; ad Illiricũ.

Roma. 15. Vt ipse ad Romanos testatur. Loca omnia euangelio Christi replens & illuminans. Sic beatus Andreas retia sua in capturã laxans, totam Achaiam intra eorum ambitum & sinum conclusit. Ioannes insuper Apostolus & euangelista, totam Asiam intra suorum retium complexum, constrinxit, & ad Christum conuertit. Sic & cæteri apostoli cũ magno fructu laxarunt retia sua in capturam spiritualium piscium, & ecclesiæ nauiculam illis impleuerunt. Elaborent igitur omnes concionatores ipsorum exemplo, proximorum saluti prospicientes, ut post copiosam piscium multitudinẽ in retibus suis

Quõ apostoli laxarunt retia sua in capturam hominum.

ad capturam piscium laxatis comprehensam, perducantur ad portum felicitatis æternæ. 584

Post litteralem expositionem, decet nō tantum ea pauca nostri ingenij, sed & aliorum singularia recensere dicta, eaq; in medium adducere circa misticum & spiritualem totius euāgelij sensum. Quoniam in hoc euangelio, non tantum facta sed & factorum significationes cōsiderare debemus: Id.n. non sine magno misterio factum esse constat. Quoniam stagnum Genezareth siue mare, mundum significat multum tribulationū procellis & tēpestatibus periculorum plenum. Nam sicut illud fluit & refluit, sursum deorsumq; iactatur & fluctuat, eijcitur in littus, sterile est & periculosum, monstris plenum, uentosum, elementum barbarum, & multum amarum: Ita plane in hoc mundo nihil stabile est, nihil perpetuum. Ille nascitur, ille deperijt. Hic euehitur in rota fortunæ, iste plane per pceps corruit. Mundus quoq; bonos omnes cum ipso ululare recusantes, euomit. Sterilis.n. est, curis & erūnis plenissimus. Periculosus, totus laqueis inuolutus, abūdans malis tum hominibus tum dęmonijs. Ibi dici non potest quantum sit uentorum hoc est tentatronum, quanta amaritudo ut nullum sincerum gaudium inueniatur. Duæ naues quas uidit in stagno Christus, Synagogam iudæorum & ecclesiam gētium pulcherrime significant. Ex quibus colligendi erant fideles, & cōgregandi in unam ecclesiam catholicam. Quando quidem mare mundi huius transfretare proprijs uiribus non ualemus (contra Pelagianos oppositū asserentes) naui indigemus, quam nobis dedit Deus, & ea in paradiso quidem fuit innocentia, quam Eua cōfregit. Deinde lex naturæ mox Synagoga extitit usq; ad Christum, qui

Mare quō mundo cōparatur.

Duæ naues in stagno quid significant.

deniq; nauiculam dedit ecclesiam. In eam congre gati sunt gentiles & iudæi: quoniam qui operatus est Petro in apostolatum circuncisionis: operatus est & mihi inter gentes (inquit Apostolus) & Iacobus & Cephas, & Ioannes qui uidebantur columne esse, dexteras dederunt mihi, & Barnabe societatis, ut nos in gentes ipsi autẽ in circuncisionẽ; tantum ut pauperũ memores essemus. Quod etiã sollicitus fui hoc ipsum facere.

Galat. 2.

Piscatores autẽ sunt pdicatores & ecclesiæ doctores qui nos per rete pdicationis & fidei cõprehendunt. Et quasi littori sic terrę uiuentium aducunt, qui de culmine pdicationis descendere tenentur ad suę fragilitatis considerationẽ, & retia lauare. i. maculas peccatorũ quæ sępenumero in concionibus contrahuntur, aqua cõtrictionis delere. Qm̃ concionatorum uerba crebro maculantur a tẽporali cupiditate, a gloria inani, ab adulatione fallaci. Ille igitur retia lauat, qui temporalę lucrum, uel curiositatem, uel humanum fauorem a doctrina & a sua prædicatione excutit.

Piscatores & retia lauare quid significãt.

Ascendit autẽ dñs in unam nauim quæ erat Simonis. Neq; etiam temere (auctore Ambrosio) sibi nauiculam Petri Christus elegit, quæ adhuc fluctuat secundum Matthæum. Sed secundum Lucã magnis repletur piscib⁹: ut & principia ecclesię fluctuantis, & posteriora exhuberãtis cognoscamus. Nauis. n. Petri ipsa est ecclesia Christi, qui eam illi cõmendauit regendam. Et bene dicit, qui ascendit in unam nauim, unitatem declarare uolens ecclesiæ, extra quam nemo saluabitur. Namq; una illa ecclesia est quæ a spiritusancto sanctificatur, mouetur, uiuificatur, & regitur: sicut est una fides, unum baptisma. Sic enim de illa sponsus clamat:

Vnitas nauis, unitatem ecclesie signat.

Vna

Vna est columba mea, perfecta mea:una est matri fuæ,electa est genitrici suæ. Frustra igitur sperât recentiores hæretici spm̄ sanctum gubernaturū, etiā eo℞ nauim scissam & ruptam undiq;, & tot hęresibus dissipatam. Tantum.nulle gubernat nauiculam Petri ecclesiam catholicam. Isti omnes dispergunt & sectas faciunt, quod non est opus spiritus sancti, sed diaboli, qui malignantium regit ecclesiam. De hac nostra autem ecclesia inquit apostolus. Solliciti seruare unitatē spiritus in uinculo pacis. Etiam olim in exordio ecclesiæ nascentis una tm̄ erat nauicula, siquidem multitudinis credentiū erat cor unum & anima una. Pręclare uero Ephesios suos & in illis nos quoq; docet Paulus q̄uo uiuendum sit in unitate ecclesię catholicę cum ait, Veritatem aūt facientes in charitate, crescamus in illo per omnia qui est caput Christus, ex quo totū corpus compactum est, & connexum per omnem iuncturam, subministrationis scd'm operationem in mensuram uniuscuiusq; membri augmentū corporis facit in ædificationem sui in Charitate. Ecce q̄uo oporteat esse unitatem membro℞ in corpore ecclesiæ xp̄i, & administrationem in illis, opemq; mutuam. Verum id non faciunt hęretici q se segregant, & subinde noua molliuntur, non conformantes se cęteris membris. Sed hæc non aliunde accidunt, nisi quia non sedent in nauicula Petri, & sunt extra ecclesiam xp̄i, sedentes in nauicula Iudæ proditoris, & in ecclesia malignantium. Non turbatˀ aūt ista quæ Petrum habet. Turbatur quæ habet Iudam, q̄m non habet firmamentū ecclesiæ xp̄m. Ecce geminam uidit Christus nauiculam, & unam tm̄ ingressus est, ut unitatem commendaret, & sectiones condemnaret. Sedit igitur xp̄s in nauicula

Cant.6.

Ephe.4.

Acto.4.

Ephe.4.

Contra nouos hæreticos.

Petri,cui ille commendaturus erat ecclesiam.Et licet nauiculę plures sint,plures et ecclesiæ,& earũdem rectores plures ac gubernatores:illi tñ omnes in unam tm̃ uocati sunt partem sollicitudinis. Petrus autem uniuersam ecclesię curam suscepit.

Deinde rogauit eum a terra reducere pusillum. Nam dñs cum esset populo prædicaturus, uoluit a terra abduci,ut sic declararet eos qui doctrinam suam sequi uellent, sese abstrahere debere a terrenis affectibus,a concupiscentijs,ab auaritia, a uoluptate carnis,& similibus. At qui pusillum tm̃ a terra reduci postulat nauim, eo ipso quoque docere nos uolens ꝙ nullus tantæ sit fœlicitatis prędicatorum,qui semel statim & primo quod aiunt impetu possint hoïes a rebus terrenis reuocare. Quis.n. subito adeo mundum relinquat? Sic nimirũ condescendere moribus hominum potuit Paulus cũ diceret Corinthijs. Non potui uobis loqui quasi spi-

1.Cor.3. ritualibus,sed quasi carnalibus. Tanꝗ paruulus in Christo lac uobis potum dedi, non solidum cibũ. Ita & Petrus noluit graue iugũ imponere christianis. Omnia igitur hæc cum modestia ferre, ordinatio bona est. Pusillanimitatis.n.foret,non posse sustinere diuitias. Impatientiæ uero,non posse sustinere paupertatem. Concionator itaꝗ auditores suos a terra,& a cupiditatibus terrenis, paulatim reducere tenet. Christus quoꝗ in naui sedens, deducta paululum a terra,populum docet,dicens il-

Paulatim reducendi sunt homines de mala in bonũ.

Eccli. ult. lud sapientis. Appropinquate mihi indocti,& congregamini in domo disciplinę. Sed quę nã est hæc domus disciplinæ, nisi nauicula Petri, & ecclesia xp̃i,extra quam nulla est sana doctrina,nulla salus neꝗ ulla beata ueritas? In illa etiam sedent doctores,qui cum xp̃o & ab ipso edocti, docent. Vt aũt

cessauit loqui, dixit Petro. Duc in altum, & laxatē retia uestra in capturam.

Huiusce uerba xp̄i quę dixit Petro, in se quidem exigua uidentur, sed multa in uirtute complectunt. Duc inquit in altum, ait Ambrosius. Et si alijs imperatur ut laxent retia sua, soli tñ Petro dicitur, duc in altum. Et bene apostolica instrumenta piscandi retia sunt, quæ non perimunt captos, sed reseruāt. Et de profundo ad lumen extrahunt, & fluctuantes de infernis ad superna pducunt. Sic omnes apostoli uerbo dei homines cœperunt ne pirent. Sed tñ Petrus ex omnibus unus peculiarem adhuc habuit piscandi commissionem, quemadmodum in euangelio Matthæi clarius scribit, dicente dño ad eum. Vade ad mare, & mitte hamum, & eum piscē q primus ascenderit tolle. Et aperto ore eius inuenies staterem, illum sumens, solue pro me & te. s. exigentibus censum. Tunc. n. uel solus xp̄s tenebatur soluere tributum, uel omnes apostoli simul. Si tm̄ Christus, cur soluit Petrus? Et si omnes apostoli tenebant, cur exactor nō petijt tributum ab eis? Et si non tenebantur, cur xp̄s dixit Petro, solue pro te & me? Sed ut uerum fatear, dicendum est q̄ Petrus non tenebatur nec cęteri apostoli cum essent sub xp̄i familia. Soluit autem Christus primo pro se, quia erat princeps, & caput apostolorū. Soluit etiam pro Petro in signum futuri pontificij, quia futurus erat pastor, princeps apostolorū, & caput ecclesiæ. Cum ergo dixit xp̄s, duc in altum, hoc uni dictum est Petro. Et cum subdit, laxate retia uestra in capturam, idque multis loquutus est dñs. Quod est euidens signum, dñm singularem prerogatiuam dedisse Petro. Dicunt etiam doctores, & qui in arte piscatoria sunt experti, q̄ ubicunq; prq

Quid est dicere, duc in altum.

Marc. 17

Cur xp̄s soluit tributū pro se & Petro.

fundi sunt gurgites, ibi & pisces plurimi sunt. Ideo Christus (spiritualiter loquẽdo) Petro commisit, & successoribus suis, ut nauiculam ecclesię in altũ ducerent secularis dignitatis, ita. s. ut Imperatores, Reges, & principes conuerterent ad fidem, & caperent retibus p̃dicationis suæ. Qũo deinde Constantinum, Theodosium, & alios complures Cęsares conuerterunt ad fidem. Nauiculam quoque duxerunt in altum secularis sapientiæ, dũm doctos & sapientes mundi huius cœperũt in fide Ambrosius. n. nomne nauim duxit in altum qñ Augustinũ in mundo doctissimum retibus suis attraxhit ad fidem. Et Paulus, qñ Dyonisium ariopagitam conuertit. Petrus proinde, nõne in altum duxit nauim qñ Clementem conuertit. Atq; hoc deinceps sequuti sunt prædicatores alij omnes, qui nauim adduxerunt in altum, humani conuictus, qñ magnæ auctoritatis homines conuerterunt, ad fidem. Cornelium centurionem & Eunuchum Candacis reginę. &c. Et si quæras cur cõciones apostoloꝝ, & sermones concionatoꝝ retia uocant; respondet Ambrosius quia quemadmodum retia huc atq; illuc undiq; contexta sunt, ita uerboꝝ ac diuinarum scripturarum cõciones, complexiones quędam sunt quę tam magnos q̃ paruos pisciculos capere possunt, sicut etiam in euangelio scribit. Simile est regnum cœlorum sagene misse in mari.

Ducere nauiculam in altum, quo spiritualiter intelligitur.

Respondit ei Simon. Pręceptor: ecce quo honore xp̃m habet Petrus & q̃ efficax fuerat uerbũ domini in corde Petri, ut statim illum pręceptorẽ uocaret. Et uere quidem ille pręceptor est, qui p̃cepta nobis dedit euangelica. Per totam noctem laborãtes nihil cœpimus. Nox multipliciter sumit in scripturis. Interdum pro tenebris ueteris testamenti,

Quid sit piscari in nocte.

nondum exorto sole iustitię. Tunc.n.tm̃ exercebãtur ceremonię, nec ulla habebat̃ sanctimonia sacramentoꝝ, quæ nos nunc habemus. Quod aũt tẽpus illud ante xp̃i aduentum nomine noctis significetur, magnus apostolus testis adest qui dicit. Nox p̃cessit, dies aũt appropinquauit. Cur autem hac ipsa nocte nihil sit captum, quantumuis longa piscatione, idem testat̃ dicens. Nihil ad perfectum adduxit lex. Et licet Abraam, Melchisedech, Moyses, Dauid, & alij q̃ plures pisces uere magnifici fuissent, sola tñ gratia dei, non obseruatione legis, magnifacti sunt. Per noctem etiam pct̃m mortale intelligi potest, quod opus hominis plane sterile facit. Sic.n. peccator indignus est pane quo uescit̃, dicente Christo. Siquis in nocte ambulat, offendit̃ facile, quia lumen in eo non est. Magnum quippe damnum pct̃m est quod omnem hominis laborẽ perdit & interimit. Nec illum tm̃ quem operatur in peccato mortali constitutus, sed & cætera opa bona quę antea fecerat. Sicut dñs per Ezechielem dicit. Si auerterit se iustus a iustitia sua et fecerit iniquitatem sc̃d'm omnes abominationes quas opari solet impius, nunquid uiuet? Omnes iustitię eius quas fecerat, non recordabunt̃. In pręuaricatione, qua p̃uaricatus est, & in peccato suo quod peccauit, in ipsis moriet̃. Ecce q̃ horridam nobis noctẽ ingerit mortale crimen, in quo non tm̃ opus meritorium nullum fieri potest, sed & qd̃ antea factum est, hic perit. Hæc nocẽtissima nox est, de qua Iob. Noctem illam tenebrosus turbo possideat. Expectet lucem, & non uideat. Idem quoq Paulus docet in nocte peccati, ut nihil operemur boni cum ait. Quem fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? Nam finis illoꝝ mors est.

Roma.13

Nox pro ueteri testamento.

Nox pro peccato.

Ioan. 11.

Ezec.18.

Iob.3.

Rom. 6.

Et licet Petrus tota nocte nihil cœperit piscium, iam tñ magna fiducia dicit ad dñm. In uerbo tuo laxabo rete. Nisi enim dñs custodierit ciuitatem, frustra uigilant qui custodiunt eam. Sic etiam nisi dñs cor illustrauerit auditorum, doctor in nocte laborat? Nisi in uerbo grę supernę laxata fuerint instrumenta disputationum, lectionum, & concionum, frustra uocis suę, pdicator iaculum mittit: qa fides populorum, non sapientia uerbi compositi, sed diuinę uocationis munere prouenit. Discant igitur concionatores non laxare retia sermonis in fabulis hominum, sed ut hic Petrus in uerbo xpi. Agnoscant insuper quandiu sibi non magis placent sacrę litterę, quam alia scripta: Certum esse eos non habere grãm dei ad prædicandum. Sed qui in ueritate uerbi dei laxant retia sua, pisces capiunt plurimos, omnipotenti deo. Curet itaque quilibet cõcionator uerba scripturę simpliciter & in propria forma citare, sciens uerbum illud sanctum, spũs sancti plus operaturum in cordibus hominũ, quam si uel sua uel aliorum hominum uerba recitet. Sic enim &

Pulchra documẽta concionatoribus data.

Hiere. 23 Hieremias discrimen ponit prophetarum. Propheta qui habet somnium, narret somniũ, & qui habet sermonem meum, loquatur sermonem meum uere. Id etiam uerbum dei commẽdat Dauid in psalmo dicens. Ignitum eloquium tuũ uehementer & seruus tuus dilexit illud. Et dñs per Hieremiam pphetam. Nunquid non, inquit, uerba mea sunt quasi

Hiere. 23 ignis? Et quasi malleus conterens petram? Nihil ualidius, nihilque potentius est uerbo dei scd'm spm̃.

Matt. 7. sanctum intellecto. Ideo xps in euangelio. Omnis q audit uerba mea & facit ea assimilatur uiro sapienti, qui ędificauit domum suam supra petram. Et alio in loco. Beati qui audiunt uerbum dei & custo.

diunt illud. Rursus. Verbum meũ qui audit, & credit ei qui misit me, habet uitam æternam. Et iterũ. Qui ex deo est, uerba dei audit. Recte igit Petrus quanuis adhuc recens & neophitus in fide, dicit. In uerbo tuo laxabo rete. Adeo ille feruebat in fide et ante fidem, unde tot & tantos pisces comprehendit, ut solus rete extrahere non posset. Luc. 11. Ioan. 5. 8

Laxato itaq; reti, concluserunt magnam multitudinem piscium. Vbi pulchre in persona Petri ait Ambrosius. Et ego dñe scio quia nox mihi est, qñ non imperas. Nemo adhuc nomen suum dedit, ad huc noctem habeo. O fructuosa humilitas, qui nihil ante cœperant, magnam in uerbo dñi concludunt piscium multitudinem. Non hoc humanæ facundiæ opus, sed supnę uocationis munus. Cedũt disputationes hominum, fide sua plebs credit. Discant hinc concionatores nõ extolli si quos uideãt uerbis oris sui conuerti, & fieri meliores. Neq; .n. loquacitas eorũ id operat, sed gratię dei. Multos igitur pisces conclusit Petrus. O salutarem & fœlicẽ capturam, capi & concludi in reti apostolico. Sic omnes tum plati, tum prędicatores rete Petri ejce re debent in uerbo Iesu xpi, ut complures capiant pisces, hoc est multas conuertant animas hominũ in mari mundi huius natantium. Concionator non extollatur in conuersione peccatorum.

Rumpebatur aũt rete prę multitudine piscium. Sed ut inquit Beda, rete rumpit: quia nunc ad confessionem fidei ẽt cum electis reprobi intrant. Qui ipsam etiam ecclesiam hęresibus scindunt. Et si Petri rete rumpit, nõ quidem pp ipsum Petrum qm̃ sic constans est promissio xpi. Ego pro te rogaui Petrę, ut non deficiat fides tua. Sed pisces in causa sunt q rumpit, qm̃ in eo manere nolunt: quemadmodum rete scisum est in circuncisione, pp quorũ- Luc. 22.

dam Iudæorum infidelitatem. Nauigans.n. in Iudæa
Rom. n. Petrus paucissimos reti suo conclusit Iudæos, sed multitudo gentium ingressa est. Et tñ in finem reliqui e Israel salue fient. Sic itaq; rupturam retis intelligere possumus de hæreticis q latera matris ecclesiæ contundunt, atq; scandalis & erroribus scindunt, ut Beda, & Augustinus testant. Rursus. Scindunt rete illud non raro pdicatores suis malis exēplis & uita peruersa, qui ut Gregorius ait: Quod uerbis prædicant, moribus impugnant. Rumpunt quoq; retia qui piscant in nocte, carentes diuinarum scripturarum lumine, & uersantes in tenebris ignorantiæ & errorum, alios seducentes ne conuertant. Vt his temporibus recẽtiores hæretici. De quibus Paulus. Volunt esse legis doctores, non intelligentes, nec quæ loquunt, neque de quibus affirmant. Quisquis itaque esse cupit bonus xpi piscator, uideat ut instrumenta armaq; piscationis suæ, bonā habeant doctrinam, & sanam. Et si scissum habet rete, declinet ad portum, & descẽdens resarciat illud cum Ioanne & Iacobo. Decet.n. ut pdicator sit iustus & sapiens, atq; omni errorum contagione immunis. Rete quoq; sit integrū & non scissum, exemplorum scandalo & malignitate uitæ, ac ignorantia. Et si sic fiet, facile capientur.

Scindunt retia, hæretici, concionatores mali, & ignorãtes.

1. Tim. 1

Sed de piscibus nonnulla differenda sunt. Ex quibus quidam reperiunt, qui nolũt ueritatem audire, ueraces ac eruditos concionatores odiunt, cõcionesq; contemnunt. Isti nunquā capient reti fidei, & uerbi dei. Nimium enim implicati sunt reti diabolico. Sunt alij quoq; nimium magni, unde & rumpunt rete. Atq; isti sunt qui magna potentia freti mandatis xpi & ecclesiæ, parere recusant, adeo ut et contemnāt. De qbus propheta. Confregerũt

Duo genera piscium rumpentium retia

Hiere. 5.

iugum,ruperunt uincula. Quamobrē & dominus non multos ex potentioribus conuertit: sed ex ſapientibus mundi huius Nicodemū tantum & Gamaliele̅. Ex diuitibus,Zacheum & Ioſeph ab Arimathia. Ex principibus,Centurionem & regulum. Et hoc eſt ꝙ dicit Apoſtolus. Videte uocationē ue [1.Cor.1.] ſtram fratres,quia non multi ſapientes ſecundū car nem,non multi potentes,non multi nobiles,ſed q̃ [Paucos ſapientes & potētes elegit xp̃s.] ſtulta ſunt mundi elegit Deus,ut cōfundat ſapientes. Et infirma mundi elegit,ut confundat fortia. Multi quidē iam ſunt piſcatores,ꝑdicatores multi ſunt in eccleſia ſicut dominus per prophetā dicit. Ecce ego mittam piſcatores multos,& piſcabūtur [Hier.16.] eos. At hoc unum mirabile eſt,ut ait Ambroſius, rumpuntur retia,nec labitur piſcis. Nonnulli.n.diſrumpunt rete per ſectas & hęreſes, quo rupto iſti uticꝫ excidunt reti eccleſiæ Chriſti. Vnde Ioannes ait. Ex nobis prodierunt,qui non erant ex nobis. [1.Ioan.2.] Nō ergo remanent piſces iſti in reti. Verum quidē hoc eſt,quia hæretici non manent in hoc reti. Nihilominus quidā etiam aliȷ̄ permanebunt in illo uſcꝫ ad conſumationem ſeculi,quādo tandem ſegregabuntur mali a bonis. Ideo mali piſces non ſemper excidunt reti ex quocūcꝫ peccato,ſed quo ad intellectum uerborum Ambroſiȷ, ſenſus hic eſt. Quod [Sciſſo reti, cur piſces non excidunt.] piſces etiam ſciſſo reti non excidunt.ſ.electi, quos Deus conſeruat inter ſcandala perſecutorum, & peruerſorum hominum.

Annuerunt itacꝫ ſocȷ̄s ſuis qui erant in alia naui, ut uenirent & adiuuarent eos. Sed quę eſt illa nauis alia,niſi forte Iudea? Facta eſt.n.Iudea ſanctificatio eius. Sic ergo & iſti ex ſynagoga uenerunt ad nauiculam Petri.ſ.eccleſiā, ut implerent nauim utrācꝫ. Oēs.n.curuant genua in nomine Ieſu. Beda etiam

hanc partem euãgelij ferme ad hunc sensum exponit: nisi q per alteram nauiculam significari putat ecclesiam ex gentibus collectam, qm̃ scit dominus qui sunt eius. Estq apud illum infinitus electorũ suorum numerus. Quando igitur nõ tot fideles inueniebantur apud iudęos quot nouerat ille prędestinatos ad uitam, quęsiuit etiam corda gentilium, quæ uelut alteram nauiculam piscibus sic diuina gratia repleuit & perfudit.

Ex his uerbis obseruandum est, q cum p̃latus, uel concionator unus extrahendo, reti non sufficit, potest ille etiam alios extra suam nauiculam aduocare, sicut coadiutores & prædicatores q̃ plures constitui uidemus. Quoniam & Petrus hic socios suos ex altera naui ad se uocauit. Propter qđ multi pręlati, & ecclesię pastores non tantũ inexcusabiles sunt, sed & mortaliter peccãt, qui rete hoc, nec digito quidem minimo tangere uolunt, nec quicq in eo trahere. Totum autem illum trahendi laborẽ in alios reijciunt. Atque interim auidissime pisces, quos non ceperunt, deuorant. Hi nimirum isti sunt qui nec prędicant, nec quicq aliud agunt circa curam animarum. Tantũ census quęrunt, & ecclesiarum redditus, curandi autem animas laborẽ omnẽ mercenarijs relinquunt, iniquissime quippe & iniuste. Melius & rectius faciunt, qui in partẽ sollicitudinis quosdã aduocant, ut hic Petrus socios suos, & Christus duodecim uocauit apostolos, atq deinceps septuaginta duos discipulos. Idipsum sane iniquũ non est, coadiutores aduocare. Nutu igitur socios suos uocat Petrus, quia ob nimium stuporẽ loqui non poterat. Venerunt autem illi & utranq nauiculam impleuerunt. Harum impletio nauium adhuc semper & usq in finem seculi crescit. Nosq

Cõtra malos p̃latos non habentes curam animarũ.

adeo omnes quotquot prędicamus hanc nobis sumimus implendam. Sed quid est quod dicitur in euangelio, impleuerunt ambas nauiculas ita ut pœne mergerentur? Nisi (ut refert Ambrosius) quod in multitudine tanta plures futuri sunt mali, quoniam (teste Apostolo) oportet hæreses esse, ut qui iusti & probati sunt, manifesti fiant. Beda uero & alij sic intelligunt, quod quamuis non submersæ sint naues, in graui tamen periculo extiterunt, iuxta uaticinium Pauli dicentis: In nouissimis diebus erunt tempora periculosa: & homines seipsos amantes. &c. Sed nōne illud his temporibus fit, quando recentiores hæretici nauiculam hanc Petri ita huc atque illuc agitarunt, ut periculum sit de mersione, nisi Christus fauore suo eam sustentaret? Ideo certum est illud, fluctuat, & nō mergitur illa rates. Fides quoque ista Petri antiquissima non deficiet, sed magis triūphabit. Hæreses tandem omnes deficient, sicut & nulla hactenus hæresis per mille quingentos annos præualuit aduersus ecclesiam Christi.

1. Cor. 11.

2. Thim. 3.

Quo nauiculæ pœnè mergebantur.

Videns autem hoc Petrus, tanquam peritus piscator colligere poterat id naturaliter fieri non posse: ideo procidens ad genua Iesu dixit. Exi a me domine, quia homo peccator sum. Quos inquit Ambrosius in uerbo capit, uerbo credit, negat suam prædam, negat suum munus. Exi inquit a me domine. Admirabatur. n. dona diuina, & quo plus mirabatur, præsumebat minus. Sic Moyses etiam fecit dum dn̄m in ardenti illo & in cōbusto rubo cōspiceret. Sic admirabundus obstupuit Petrus in mōte Thabor. Et cum dn̄s de passione & morte sua diceret, sic ille cognoscere etiam Christi proditorem optauit, ut eum occideret. Quando itaque peccator erat Petrus, utique dn̄o indigebat ut iustificaretur. Vnde

Exo. 3.

Humilitatis amore

ait Petrus. Exi a me.

& Augustinus dicit. Vt piscator loquitur Petrus, dñm & Deum salutis secũ habebat, & ei dicebat. Exi a me domine, ac si infirmus medico curanti diceret. Exi a me, quia ęgroto. Dño autẽ dixit hoc Petrus humilitatis amore. Atq; idipsum ipsius exemplo etiam omnes facere debent pdicatores, qui cũ reti suo multos ceperint homines, superbire nõ debent, sed dare gloriam Deo, & pcidere ad genua Christi, & ei totum attribuere, sibi autem nihil, nisi defectum ascribere. Cõfortauit autem dñs Petrũ, & non corripuit eum, ut alias. Adhuc.n. incipiens & neophitus erat ĩ fide, cuiusmodi homines lenius semper sunt tractandi. Sic & Beda ait. Confortat dominus timorem carnalium, animosq; fragilium consolando erigit, ne quis uel de suę cõscientię culpę tremens, uel de aliorum innocentia stupens, sanctitatis iter formidet aggredi. Noli timere inquit dñs ad Petrum. Ne uerearis pusillanimis, infirmus, indoctus. Ego te magnum adhuc faciam, qm̃ homines capies. Super quo ait Ambrosius. Noli timere indulgenti dño, peccatũ fatere. Noli timere etiam quæ tua sunt dño deferre, quia quę sua sunt, ipse nobis concessit. Ecce q̃ mitissimus & liberalissimus est ille qui tot hominibus potestatem dedit, uiuificandi homines. Ex hoc inquit iam homines eris capiens, & hoc ad ipsum Petrũ specialiter pertinet. Exponit.n. ei dñs quid hæc captura piscium significet: q uidelicet ipse sicut nunc per retia pisces, sic aliquando per uerba fit captura hominũ. Deinde hic prædicatores admonentur. Hic concionatores docentur, qualem habere debeant affectũ.s. capiendi homines & acquirendi Deo. Neq;.n. animus eorum pręcipuus esse debet in bonis temporalibus, sed in animarum salute.

Nota pulchram sententiã Bedæ & Ambrosii.

Et nota duplicem Petri reperiri piscationẽ. Hanc primam de qua Lucas. Alterã uero quam recitat Ioannes. Vtriusq; quoq; nõ unam sed geminã esse significationem, Augustinus pulcherrime testatur, dicẽs. Hæc prima piscatio de qua Lucas, designat quõo animarum curratores piscari hic soleant animas, ut easdẽ in nauiculam adducant ecclesiæ. Illa porro apud Ioannẽ hoc repræsentat, quõo tandem pisces boni capientur, & ad finẽ mundi eligẽtur in uitam ęternam. Siquidem quia ultima illa fuit piscatio, Christus cõmemoratur stare in littore felicitatis ęternæ, post resurrectionem iam suam, glorificatus. Vbi & pisces in idem littus attrahũtur. Rursus, prima piscatio facta est, in terris nauigante Christo, & absolute laxari iussit retia, quoniam hic in ecclesia boni & mali sunt pisces, quemadmodum zizania cum tritico crescit. In die autem nouissimo rete illud tantũ in dexteram iacietur ad eos q̃bus dicet dominus. Venite benedicti patris mei, possidete. &c. Rũpitur hic rete, quoniam multi sunt in eo magni & mali pisces. Neq; pauci reperiuntur, q̃ per hæreses se inde p̃cipitant in mediam maris uoraginem. Illic autem boni tantũ erunt, qui rete nõ rumpunt. Hic mersionẽ minantur naues, quoniam illa ecclesiæ nauicula multos sustinet impetus, ad hæc plurimum in ea est indigestę plebis, quę uitam & ordinem bonorum non seruat. Illic uero absterget Deus omnẽ lachrimam ab oculis sanctorum, & amplius nõ erit neq; luctus, neq; clamor, sed nec ullus dolor. Ideoq; pisces sub aqua trahuntur ad littus. Siquidem iusti & uiri sancti post mortẽ absconditi latent in somno pacis, donec perducantur ad littus resurrectionis. Hic nauiculæ duæ sunt ex iudæis & gentibus collectæ, illic una tantum; quo-

Duplex piscatio, duplex earũ intellectus

Cõparatio inter primã & secundã piscationem Petri.

niam & ouile unicum erit in uita æterna. Ideoq́ illic pisces magnos tantum ceperunt, quoniã sancti omnes reges magni sunt, & sacerdotes: dicẽte domino in euangelio. Qui fecerit, & docuerit sic hõ-
Matth 7. mines, magnus uocabitur in regno cœlo℞. Ex quibus omnibus patet discrimen inter primam & secundam piscationem. &c.

De tertia apostolorum uocatione. Cap. XXX.

Mbulans autẽ Iesus iuxta mare Galileæ, iterum uidit duos fratres, Symonẽ qui uocatur Petrus, & Andream fratrem eius, mittẽtes rete in mare. Erant.n. piscatores.

Postq́ Christus hos fratres primo ad sui cognitionem uocauit, de qua supra Ioãnes testatus est, deinde ad sui familiaritatem, ut paulo ante loquutus est Lucas, nunc uocat eos ad apostolatũ. Non φ hic apostolos constituerit ipsos, sed quia officiũ apostolatus tantum promisit eis, inquiens. Venite
Matth. 4. post me, faciam uos fieri piscatores hominum. Tãtum uoluit, constituitq́ apud se facere illos piscatores. Neq́ statim id fecit, sed uocauit solum ut sequerentur se. Nec ita relinquerent ut antea fecerãt. Sed facti sunt discipuli & sequaces domini inseparabiliter, quousq́ constituerentur apostoli, quemadmodum tandem facti sunt, ut legitur in decimo Matthæi. Ait ergo euangelista. Ambulans autem Iesus iuxta stagnum uel mare Galileæ siue tyberia-
Tertia apostolorũ uocatio hic describitur. dis quod idem est. Et quia pulcherrimas & delectabiles aquas habebat, & copia pisciuni redundabat, ideo multitudinem incolarum circa se continebat. Quod & dominus iccirco frequenter trãsnauigabat; sicut in euangelio legimus, ut populis

circumiacentibus miracula sua ostenderet, atq; uerbo prædicationis eos ad uiam salutis inuitaret.

Exiuit itaq; dominus ad stagnum seu mare, nō sine rationabili causa, & non temere, cuius exitus causa fuit, quoniā in his quæ patris sui erant oportebat ipsum esse. Illius autem uoluntas erat, ut uniuersum redimeret genus humanū, illustraretq; luce euangelice legis: quæ omnia se solo facere potuisset, si uoluisset. Sed placuit sibi auxiliatores adiungere, qui in plantanda, ædificandaq; ecclesia adiutores sibi essent, iuxta illud apostoli Pauli dicentis nomine aliorum apostolorum Dei sumus adiutores, Dei agricultura estis, Dei ædificatio estis. Quando igitur operis suscepti adiutores habere uoluit, eosdem ut quæreret, conduceretq;, ipsum exire oportuit. Quod sane hic eum fecisse apertum est. Non siquidem ignarus. Agnoscebat.n. fratres illos iam in mari esse, iam ad officium apostolatus idoneos esse, non solum tunc temporis, sed ab initio, ut inquit Chrysostomus. Prædicationis suę uocauit Apostolos dominus, ut sic nihil uerborum & factorum Christi eos lateret, & cum gaudio dicere possent, sicut Petrus ante cōcilium iudęorum dixit. Non possumus quæ uidimus & audiuimus, non loqui. Egressus inq; est ad stagnum siue mare Galileæ dominus, non temere utiq; nec fortuito, sed illa diuina quam habebat præscientia. Ambulans ideo iuxta mare, uidit duos fratres. Vidit inq; non tantum oculis carnis, sed antiquę misericordię suæ, Sapiente dicente. Respectus in electos illius. Et Dauide canente. Oculi domini super iustos, & aures eius in pces eorum. Fratres hi duo, Andreas & Symon erant, qui etiam Petrus dictus est. Non tamen adhuc iam in hac uocationes, sed aliquanto

1. Cor. 3.

Cur Xps exiuit ad mare Galilea, ut uocaret apostolos.

Act. 4.

Sapien. 4.

Psal. 33.

post, cũ pręmissum illud nomē indidit dominus ei, ad confessionem suam, de qua alibi dicemus. Mittentes rete in mare. Erant. n. piscatores. Magna hęc & eximia fuit operis illius significatio, ad quod uti uoluit dñs eorum ministerio. Quemadmodum. n. in stagno iam hic ejciebant retia sua, ita quoq; uoluit eos rete uerbi diuini & sermonis sancti ex varijs scripturarum locis hinc inde contextum, ejcere in mare mũdi huius, sicq; capere pisces, hoc est homines, ut hoc modo ad uitam piam deoq; beneplacitam peruenirent. Siquidē hoc illud rete est, quo prædicatores isti hominum piscatores, pisces extrahunt de mari mundi huius, perducentes eos in portum felicitatis æternæ. De quibus dixit dominus per prophetam. Mittam piscatores multos & piscabunt eos, ut supra dictũ est. Externũ itaq; illud piscatorũ officiũ, alterius adhuc futuri officij signũ euidens erat. Homines aũt piscium appellatione intelligi, testem habemus prophetã Abachuch dicentem. Facies homines quasi pisces maris.

Hiere. 16.

Abacu.

Sed hic non immerito q̃runt diuinarũ litterarũ uetustissimi scriptores, cur dñs noui testamenti concionatores elegerit, non Imperatorũ aut Regũ filios: non potentes uel diuites, nõ doctores aut scribas, sed homines simplices, & imperitos, ac facultatibus pauperis, & piscatores officio, cuiusmodi fuerunt Andreas, Petrus, Ioannes, Iacobus, & alij. Respondet primo Hieronymus dicens. Piscatores & imperiti mittuntur ad prædicandũ, ne fides credentiũ nõ uirtute Dei, sed eloquẽtia atq; doctrina fieri putaretur. Dicit insuper Beda. Ad noui testamenti gratiam in mũdo p̃dicandã, nõ filij regũ, nõ scribæ primo, eliguntur. Nimirũ ideo, quia ut ait Apostolus, Quę infirma sunt apud homines, fortia sunt

Cur eligũtur paupe res & simplices ad euangelizandum.

1. Cor. 1.

apud

apud deum. Et deus quidem quæ stulta sunt mun- 1.Cor.1.
di elegit, ut confundat sapientes. Infirma quoq;, ut confundat fortia. Et ignobilia mundi & cõtemptibilia elegit deus: & ea quæ non sunt, ut ea quæ sunt destrueret, ut non glorietur omnis caro in cõspectu eius. Profecto si per potentes & optimates fidem suam in mundum hunc disseminasset, poterant inde gloriari isti & extolli, quasi per eos idẽ præstare non potuisset. Nunc autem humilient ões & docti & sapientes, cogitent quoq; salutem nostram a simplicissimis & indoctis hominibus toti orbi annunciatam esse, quod illi sane nisi diuina uirtute adiuti, præstare nequaq; ualuissent. Hac igit̃ de causa, neq; diuites neque nobiles, neque potentes, nec doctos, ad id mũeris elegit deus, sed simplices & pauperes. Alij insup id cõfirmãtes addũt xpm pauperes ad apostolatũ elegisse, potiusq; diuites: qm̃ facilius dñm pauperes sequunt̃ q; diuites, ut clare liquet per illud Christi dicentis. Si quis uenit ad me, & non odit patrem suum & matrem, uxo- Luc.14.
rem & filios, fratres, & sorores, adhuc autem & animam suã, non potest meus esse discipulus. Id autem q; difficile admodum sit diuitibus, perspicuũ est omnibus, & ex se manifeste constat. Qm̃ expedite euãgelico officio uacare minime possunt, quã uis remuneratio magna & merces eximia maneat iam parata, dicente dño in euangelio Marci. Amẽ dico uobis, nemo est qui reliquerit domũ, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrẽ, aut filios, Marc.10.
aut agros, propter me, & propter euangelium, qui non accipiat centies, tm̃ nunc & in tpe hoc, & in seculo futuro uitam æternam. Magna qdem hæc est merces, sed diuitibus ad merendũ operosa admodum, & laboribus plena. Cuius rei exemplum sa- Matt.19

tis magnum de se adolescens ille præbuit: qui cum interrogasset dñm dicens: quid faciens uitam ęternam possidebo: respondit ei de præceptis legis. Ille aũt subiunxit. Omnia hæc custodiui a iuuentute mea. Quid adhuc mihi deest? Et ait illi Iesus. Si uis perfectus esse, uade & uende omnia quæ habes, & da pauperibus, & ueni sequere me, & habebis thesaurum in cœlo. Cum audisset aũt adolescens uerbum, abijt tristis. Erat.n. habens multas possessiones. At Iesus dixit discipulis suis. Amẽ dico uobis, quia diues difficile intrabit in regnum cœlorũ. Et iterum dico uobis. Facilius est Camelum per foramen acus transire, quã diuitem intrare in regnum cœlorũ. Neq; id mirum cuiq; uideri debet, diuitias magnum esse impedimentũ in euangelica doctrina, qñ socrates omnia bona tpalia contempsit uirtutis amore. Simul & discipuli pithagoræ q iussu magistri sui in communi uiuebant, nihil proprium habentes. Pariter & Crates ille Thebanus aurum abiecit in mare, eo q in disciplina philosophica ipsum impediret. Quam plurimum ẽt nos in uia salutis offendant diuitiæ, parabola illa euangelica satis ostdit, ubi spinis cõparanẽ diuitię, q̃ suffocãt uerbũ dei. Et alia qdã, q̃ ex multis ad nuptias iuitatis, unũ ad negociationẽ suã abijsse cõmemorat. Alibi quoque legiẽ q cũ pr̃familias ad cœnã magnam plurimos iuitasset, excusantibus se oĩbus dixit qdã. Iuga boũ emi quinq; et uado pbare illa. Rogo te, habe me excusatum. Sed qd tm̃ immorari, tot exempla in mediũ adducere? Nonne tota undiq; plena est scriptura, q̃uo diuitiæ hoĩes reuocant a regno dei?

Quo diuitiæ plurimum impediunt euangelicã doctrinã.

Matth. 13.

21.

Luc. 14.

Pręterea quia non mea interest summũ ecclesię pastorem cæterosq; reuerẽdissimos. patres redarguere, sed in summa reuerentia eos habere, inter

quos, licet multi imperiti, cupidi, & mali reperiant: quãplurimi tñ integerrimi uiri in diuinis scripturis peritissimi ac sanctissimi patres inueniunt: decet tñ interdum (ut res expostulat) contra malos mores & ecclesiæ abusus paululũ insistere: ut exemplo xpi discant hi penes quos stat electio episcoporum, prępositorũ, & prædicatorũ, aliorumq́ gerentium curam animarũ, ne ita temere (psonarum etiã habito respectu) diuites, potentes, & nobiles eligant. Nihil aut certe parũ attendentes doctrinã, sufficientiam, mores, cęteraq́ ad huiusmodi officia pertinẽtia. Quod nunc proh dolor in magna Christicolarũ parte, fieri cernimus. Vnde uix dici potest quantũ detrimenti fidei nostræ, & ecclesiæ sanctæ accesserit. Nã laborante & ægrotante capite, quõ non cætera membra languent? Sunt. n. multi q huius rei causam in curiam referunt Romanã, & forte id uerum est. Quamobrem ad uos dirigo sermonẽ o sanctissimę pastor, equissimi patres, si quo Christianæ reipublicæ iam iam ut uidetis dirruendæ, amore detinemini. Si xpm diligitis, si Christi legem non despicitis, ea diligentius currate. Vestrę namq́ fidei prudentię, & integritati, eiusdem dignitatem, christicolarũ salutem, uitam, libertatem, decus, & amplitudinem, cuncta deniq́ commissa & credita animaduertite. De salute uestra, & aliorũ, cogitate, Vobis consulite, uniuersę religioni prospicite, miseram nostram condictionẽ cognoscite, tetras hæreticorũ procellas quæ undiq́ impendent circumspicite. Ocio indulgere desinite, prauos sacrarũ scripturarum corruptores exterminate. Causam horũ malorum agnoscite, scandala subterfugite, in sanctissimos primitiue ecclesiæ mores respicite. Vetustissimas consuetudines, legesq́ obseruate, de qui

Cõtra abusus & malos mores ecclesiæ.

Exhortatio ad prælatos ecclesiæ.

bus nonnulla dicemus. Nam in primitiua ecclesia & deinceps per multos annos Eps ciuitatis eligebatur a toto populo uel clero, qui omni uirtute, in-
1.Timo.3. tegritate, prudentia, doctrina florebat. De quibus uirtutibus pulcherrimę loquit̃ apostolus ad Thimoteum. Deinde a summo pontifice confirmabat̃. Et non eligebatur puer, non idoneus, non imperitus, nec fauore, aut pecuniis, uel symonia. Pręterea, Episcopus tm̃ unius ecclesiæ cathedralis pastor erat. Puto enim (saluo semper meliori iudicio) q̃ nõ sit minus inconueniẽs ut unus Episcopus duas uel plures possideat ecclesias, quã uir unus, duas habeat uxores. Rursus. Ecclesia dotatur multis tẽporalibus bonis & decimis: quæ quidẽ bona, per manus Episcopi, alias pauperibus erogabant̃. Puellæ pauperes nuptui tradebantur de bonis ecclesię. Iccirco, seculares diuites & potentes libentissimę bona propria & diuitias immensas, possessiones, & domus, ecclesiis relinquebant, inspectis operibus bonis, qbus pastores insistebant, Nunc aũt huiusce bona (ut in plurimũ) dispensant̃ in conuiuiis & põpis, circa equos & canes, & his attrociora. Ecclesiæ quoq; beneficia non conferebant̃ secularibus qui dirimunt omnia bona sua, ex qbus etiam nutritur tota familia. Ecclesia aũt ruinam & detrimentum patit̃. Nec ibi celebrantur missæ nisi semel in anno. Nec ibi extant capellani qui curam gerant animarũ sed pauperrimi presbyteri. Ideo tota ecclesia ruit. Taceo de beneficiorũ uenditione, quę alias negociatoribus non tradebant̃, nec p̃sonis imperitis, sed hominibus suis benemeritis, qui habitũ religiosum ferebant, & honeste gradiebant̃. Nunc autem cum seculariũ habitibus, cum ense & pugione, uerbis & moribus inhonestissimis incedunt.

Nec tunc temporis, reges, imperatores, principes, duces, nobiles, & optimates ciuitatum conferebāt sacerdotia, seu beneficia, uenatoribus nimirū suis, aucupibus, & qui theloneis præfecti sunt. Sed peritissimi sacerdotes, confessores idonei, concionatores non tm̄ sapientes, sed & morigerati constituebantur. Cuius oppositū his temporibus, ut in plurimum fit. Sed qd plura dicam? Necessariū admodum foret hmōi abusus in omnibus oium hominū ordinibus reformare. Id autē fiet quando placuerit deo, qui curam gerit ecclesiæ suę.

Christus aūt ad apostolatum electurus nonnullos, neq; diuitias, nec nobilitatem, neq; potentiam respexit, ut possit hic uere dici quod Petrus ait. In ueritate comperi, quia non est personarū acceptor deus. Grauiter. n. prohibitus est nobis ille personarum respectus, teste Iacobo. Fratres mei nolite in personarū acceptione habere fidem dn̄i nostri Iesu Christi. Et inde. Si personam accipitis, pct̄m operamini, redarguti a lege, quasi transgressores. Paulus insuper dixit non esse acceptionē personarū apud deum. Ideoq; homines in electionibus suis siquidem personam inspicere minime debēt, hoc est externā condictionem, sed interim cōsiderare eos oportet, eruditionem, doctrinas, honestatem, diligentiam, probitatē, & alia id genus. Hoc. n. Moysen fecisse legimus iuxta consiliū Iethro dicentis sibi. Prouide de omni plebe uiros sapientes & timentes deum, in quibus sit ueritas, & q oderint auaritiam. Et constitue ex eis tribunos, cēturiones, quinquagenarios, & decanos. Ecce qūo & Moyses cōdictionem & dispositionē illorū respexit. Verū hic dn̄s homines indoctos & rudes, piscatores nimirum elegit, exemplū nobis præbens ut sequamur,

Acto. 10.
Iaco. 2.
Rom. 2.
Collo. 3.
Quid sit considerandū in electionibus canonicis.
Exo. 18.

non attendentes personas hominum. Rursus. In eo quod imperitos illos homines ad tã sublimem excelsi muneris functionem elegit, eũ immitari nõ debemus. Ipse.n. indoctos illos, doctos reddere, & ex malis poterat facere optimos. Nec quicq̃ illã suam electionẽ, minus bona electorũ dispositio impediebat. Nouerat siquidẽ pręficere eis magistrũ, ex quo ẽt scientissimi fierẽt, iuxta illud quod dixit
Ioan. 14. eis. Paracletus ille quẽ mittet pater in nomine meo docebit uos omnia, & suggeret uobis omnia, quęcunq; dixero uobis. Nec dissimile est qđ in Paulo operatus est: quem si purus homo elegisset, minus
Act. 9. recte fecisset: utiq; lupũ ouibus p̃ficiens. Sed si ille malus erat & psecutor ecclesiæ, poterat eum dñs facere agnum, & ex persecutore uas electionis.

Hic ostendit (ut etiam nonnulli doctores asserunt, quantũ sit immensum discrimen inter electionem dei et hoĩum. Homo.n. cum alterũ hominem eligit, ut prius ipsius bonitatẽ agnoscat, operæprecium est. Vel saltem ut parũ credat esse in eo bonum, gratia cuius eligit. Diuersum aũt accidit in electione diuina, ubi non est opus adesse bonitatẽ.
Differentia inter electionẽ dei & hominum. Sed ipsa dei electio, rem bonã efficit. Nos eligimus quia res est uere uel apparẽter bona: Deus aũt sua electione facit rem esse bonã, iuxta illud apostoli. Quos uocauit, illos & iustificauit. Et quos iustificauit, eos & magnificauit. Iustificatio per grãm,
Roma. 8 magnificatio per gloriã. O igit fœlicem, uereq; beatum hoĩem quem hoc modo elegit dñs secundum æternã illam p̃destinationem, electione finalis gratię. Non quõ elegit Iudã, de quo dixit. Nonne duodecim uos elegi, et unus ex uobis diabolus est? Sed
Ioan. 6. sicut Petrũ & Andreã, hic elegit per grãm, & ad gloriã in futuro. Et quemadmodũ de se, suisq; simi

libus loquutus est Paulus dicens. Elegit nos deus *Ephe.1.*
ante mundi constitutionē. De qbus quoq; Dauid.
Beatus quem elegisti & assumpsisti, habitabit in
atrijs tuis. &c.

Ex his omnibus (ut ad primū oppositum redeamus) clare liquet q; semper deus incipiendo ab origine mundi usq; ad finē seculi, sicut sacræ testant̄ historiæ, infirma mundi elegit, ut fortia quoq; cōfunderet. Quid.n.erat illud immēsum chaos uilissimū & informe quod primū creauit deus, dicēte Moyse. *Gene.1.* In principio creauit deus cœlū & terrā. Ex quo tam pulchrā & admirabilem fabricam fabricatus est, cœlis, syderibus, necnon & elemētis ornatam. Vbi tot uegetabilia, sensibilia, & rationalia uiuūt. &c. Nonne ēt deus per Noe hominibus despectissimum semen filij sui seruare uoluit? Abraā quoq; ignobilissimū constituit patrē omnium electorum: ex quo descenderūt patriarchæ & pphetæ, ac cæteri uiri sancti. Nōne insup Moyses profugus ouiū pastor, qui uix poterat loqui ob oris & linguæ impedimentū, fuit dux & rexit populū dñi? Et qs Dauid filius Abisai pauper, qui tñ fuit electus in pphetam a deo et regē, de cuius stirpe descēdit xps? Nōne etiam fere oēs prophetæ, pastores erant uilissimi & despectissimi, qui tñ diuino lumine afflati, xpi aduentum uaticinati sunt? Alia quoque pdicebant, quæ uētura erant. Sed quid hic moror? Duo enim sunt creaturarum gradus & ordines, uidelicet spiritualiū & corporalium. Primus gradus & ordo creaturarum spiritualiū, talis est. s. Seraphin, Cherubin, Throni, Dominationes, potestates, principatus, Virtutes, Archangeli, Angeli, Animæ rationales. Gradus uero & ordo creaturarum corporalium, talis est. Cœlū empyreum, Christalinū, Fir-

Quō deus, infirma semper elegit.

Duplex ordo creaturarum corporaliũ & spiritualium. mamentũ, Cœli planetarũ, Ignis, Aer, Aqua, Terra, Animalia sensitiua, Vegetabilia, Corpora pure naturalia. Volens igit̃ deus incarnari, oĩum creaturarum spũalium & corporaliũ, infirma & inferiora elegit. Puta, animã rationalem cũ corpore pure naturali, ut fortia quæq; confunderet. Non. n. naturam Seraphinorũ, uel Cherubinorũ assumpsit. Nõ cœlum empyreum, seu Christalinum, sed his omnibus inferiora. Non miremur igit̃ si Christus elegit & hos despectissimos & simplices ac paupes idiotas uocauit dicens. *Venite post me, faciam uos fieri piscatores hominum.* Nimirum huiusce uerba subdit dñs, quia post xp̃m uenire debent omnes animarũ curatores, ipsumq; seq, iuxta illud Iob. Vestigia eius

Iob. 23. sequutus est pes meus, uiam eius custodiui, & nõ declinaui ex ea. Sic Paulus xp̃m sequutus est, et ad sequendũ illum, alios quoq; hortatus est dicens.

1. Cor. 11 Fratres, immitatores mei estote, sicut & ego xp̃i.

Eccli. 31. Cum interim alij concupiscentiã suam, complures etiam pecuniam, tm̃ sequantur, contra illud Sapiẽtis. Beatus uir qui post aurũ nõ abijt, nec sperauit in pecuniæ thesauris. Venite inquit dñs post me: significare uolens p̃cedere se oportere tam uita quã

1. Cor. 3. doctrina. Quia quicunq; aliud fundamentũ ponit præter id quod positum est nihil ædificabit. Iccirco etiam in multis alijs locis præcepit dominus ueniendum esse post se, qa quicunq; post ipsum non

Marc. 18. ambulat, procul est a uia recta. Si qs (ait ille) uult

Luc. 9. uenire post me, tollat crucem suam & sequat̃ me. Et alio in loco. Qui uult uenire post me abneget se

Quõ omnes tenentur sequi Christum. metipsum. &c. Præclare igitur dominus ait: Venite post me. Siquidem quicunq; ingrediuntur & ueniunt aliunde fures sunt & latrones. Omnes igit̃, tum prædicatores, tum Episcopi, tũ parochi, præ

omnibus & super omnia Christũ ante oculos habere debent, & animarũ curam, ut sic ueri sint hominum piscatores. Et huiusmodi quidem de qbus dominus ait: Vt sagena in mari missa capiant omnis generis pisces. Impletamq; illam attrahant ad littus, bonos collecturi in uasa sua, malos autẽ eiecturi. Quod demũ per angelos, cõstat esse futurũ. Inde sequitur. *At illi continuo relictis retibus, sequuti sunt eũ.* Admirantur hanc discipulorum fidem Gregorius & alij dicentes. Nulla Petrus & Andreas Christũ miracula facere uiderant: nihil ab eo de pmio æternæ retributionis audierant, & tamen ad unum domini præceptum ea pauca quæ possidere uidebantur, obliti sunt. Et quanta nos eius miracula uidemus, quot flagellis affligimur, quãtis minarũ asperitatibus deterremur, & tamẽ uocantem sequi contemnimus. In cœlo iam sedet q de conuersione nos admonet. Iam iugo fidei colla gentiũ subdidit, iam mundi gloriam strauit, iam ruinis eius crebescentibus, districti iudicij sui diem appropinquantẽ denuntiat, & tamẽ superba mens nostra nõ uult hoc sponte dimittere, quot quotidie perdit inuita. *Gregorij sententia.*

Dices forte, pauperculus fuit Petrus piscator, nihil habuit diuitiarũ, uictum manu & arte quærebat, quo facilius qui parum habuit, quicquid habuit, relinquere potuit. Sicut & socij sui Ioannes & Iacobus, de quorum inopia, inferius dicemus. Respondit Hieronymus ut in antiquis codicibus habetur. Omnia inquit relinquit, qui uoluntatem habendi deserit. Et hæc est perfecta, & Deo beneplacita paupertas, abijcere animũ, uoluntatẽmq; suã, cohercere in eo, ne quid singulare priuatim possideat: quemadmodum religiosi id facere tenentur, qui paupertatem uouent domino. Quorũ q̃ plu-

res ore sed non corde, dictis & nō factis uouere ui
Responsio Hierony. & Greg. dentur. Huic autem Hieronymi responsioni fauet Gregorius in hac homelia dicens. In hac re fratres carissimi affectum potius pensare debemus q̃ censum. Multum reliquit, qui quantumlibet parū, totum tamen deserit. Certe nos & habita cū amore possidemus, & ea quę minime habemus ex desiderio quærimus. Multum ergo Petrus & Andreas dimisit, qui cū re possessa, etiam cōcupiscentijs renunciauit. Tunc.n. demū illud acceptabile Deo & gratum est, qui animum non bona respicit, nec quantum sibi offeratur, sed quo magno & feruenti animo considerat.

Dicit ergo euangelista. Relictis retibus sequuti sunt dn̄m. Vnde Hieronymus. Duo hic cōmemorat Matthæus, alterum quia reliquerunt retia, alterum, q & insuper dn̄m sequuti sunt. Illud primū, multi etiam uiri clarissimi strenue p̄stiterunt, ut Socrates, Bias, Thales, Crates, & alij q̃ plures, qui etiam aurum proiecerunt in mare. Sequi aūt dn̄m Christianę perfectionis est: & ad bonos fidelesq tantum pertinet, iuxta illud Iob. Viam eius custo-
Iob.23. diui, & non declinaui ex ea. Sic sequuti sunt domi-
Dan.3. nū tres illi pueri in fornace ignis Babylonicę captiuitatis, cū dicerent. Sequimur te in toto corde, & timemus te, & q̃rimus faciem tuam. Rursus. Videmus q̃ exiguo precio regnum cœlorum sibi isti cōparauerint apostoli.s. retibus antiquis & fractis, q̃ etiam regni cœlorum proprietas est quā designauit Gregorius dicens. Regnum Dei tantum ualet quantum habes. Tantum habes quantū ualet, nec plus nec minus. Valuit nāq Zacheo dimidium sub
Luc.19. stantiæ. Valuit Petro & Andreæ, dimissis retibus
Matt.10. & naui. Valuit uiduæ duobus minutis. Valuit alte-

ri,calicē aquæ frigidæ. Clamat ergo Christus. Venale habeo.s.regnū cœlorum. Et si quæras ab eo, quantum ualet? Respondet. Tantum ualet,quantum habes. Vsq; adeo exiguo precio dat Deus hominibus pijs uitam æternam. Vt liquet de latrone in cruce,qui non habuit nisi uerbum bonum ex corde bono,quo meruit audire: Hodie mecū eris in paradiso. Quoniam apud Deum nunq; uacua est sine munere manus,modo cor bona repletum sit uoluntate. Deinde sequitur. *Et procedens inde uidit alios duos fratres, Iacobum Zebedei, & Ioannem fratrem eius in naui, cum Zebedeo patre eorum reficientes retia sua,& uocauit eos. Illi autem statim relictis retibus & patre secuti sunt eum.* Sup his uerbis Chrysostomus ait. Vide q; etiam diligēter inopiam horum fratrum euangelista signauerit. Inuenit inquit eos suentes retia sua. Tanta erat eorū paupertas, ut uetera & prærupta contexerent, & emendarent,quia noua & meliora emere uel habere nequibant. Et quod ad maiorem pietatem eorū pertinet,in tanta paupertate sic patri suę succurrebant,ut secum baiularent in naui,non ut istos ille adiuuaret in opere, sed ut isti illum consolarentur sua p̄sentia. Nec sane parua hæc sunt dogmata uirtutis,facile omnem tollerare paupertatē,& de iustis laboribus uiuere: mutua sibi charitate cōnecti, habere secum inopem patrē, atq; in eius obsequio laborare. Sed spiritualiter loquendo,quiescendum est interdum a piscatione,& cessandum a p̄dicatione,ut retia reficias. Si refecisti retia & collegisti diuinarum scripturarum auctoritates, quibus auaritiam iugulasti, quiescas a prædicatione paulisper, ut iterum reficias retia,& colligas alia tam ueteris q; noui testamenti dicta,quibus aliquem uitiosum hominem capias, & uitium eius iugules & extin-

Regnum Dei quantū ualet.

Quō spūaliter reficienda sūt retia.

guas. Et uocauit eos. s. Iacobum Zebedei, & Ioannem fratrem eius. Erant. n. sicut alij piscatores. Et dixit eis, quemadmodũ dixerat alijs. Venite post me. Sed quid est ire post Christum, nisi ut dictum est ferre crucem Christi, & persecutiones pati propter ipsum? Faciam uos inquit ipse fieri piscatores hominum. O quàm admiranda est ista piscatio. Pisces enim cum capiuntur, mox moriuntur. Homines cũ capti sunt uerbo prædicationis, potius uiuificãtur. Illi autẽ statim relictis retibus & patre suo Zebedeo, secuti sunt eũ, fide, corde, & corpore prõpto.

Theophil.

De prædictis quattuor discipulis a piscatione uocatis, sic Hieronymus ait. Mistice autẽ hac quadriga piscatorum uehemur ad ęthera cœli, ut Elias. His quattuor angulis prima ecclesia constituitur. His quattuor litteris hebraicis tetragramaton nomen domini agnoscitur a nobis. Quibus simili exẽplo præcipitur ut audiamus uocem domini uocantis: & obliuiscamur populum uitiorum, & domũ paternę conseruationis, quæ est stultitia Deo, & rete arenarum, in quo nos uelut culices pœnę lapsos tenebat. Simon. n. obediens: Andreas uirilis: Iacobus supplantans: Ioannes, gratia latine sonat. Quibus quattuor nominibus in imaginẽ Dei conuertimur. Obedientia ut audiamus: Virilitate ut pugnemus: Supplantatione, ut perseueremus: Gratia, ut cõseruemur. Quæ quattuor uirtutes cardinales dicunt. Per prudentiam. n. obedimus: per iustitiam uiriliter agimus: per temperantiam serpentem calcamus: per fortitudinem, gratiam Dei meremur.

Hi quattuor disci-pulis, quattuor uirtu tes signãt.

Est insuper pulcherrime considerandũ, quod quem admodum piscatores interdum piscantur & nõ capiunt pisces, ita sępissime concionatores nullũ fructum suę cõcionis afferunt: ut. s. populi auertantur

a uitijs,& ad uirtutes conuertantur. Id autem multis de causis prouenire potest. Primo, quia pis.ar-tur tempore noctis.s.in tenebris ignorantiæ absq; diuinarum scripturarum hominic. Ideo Petrus dominum alloquens aiebat. Præceptor, per totam noctem laborantes nihil cepimus. Secundo, dum piscantur in loco non apto: ubi uidelicet pisces nō reperiuntur. Ideo Christus ad Petrum. Duc in altū. Et ad alios. Laxate retia uestra in capturam. Illi.n. concionatores in altum laxant retia in capturam, qui diuinis scripturis innituntur secundū ueras sanctorum patrum expositiones, nec non & quattuor primorum conciliorum sanxiones, tantum animarum salutem circunspicientes. Tertio, quia piscantur in sinistra parte nauigij, i. ob uanam gloriam, & pecuniarum amorem. Propter quod Christus aiebat. Mittite in dexteram nauigij rete, & inuenietis. Illi quippe prædicatores mittunt rete in dextera nauigij, qui ad honorem Dei prædicant, pure ac simpliciter propter zelum animarum: ut quilibet dicat cum Petro. Domine, in uerbo tuo laxabo rete. Quarto, ex eorum defectu, quando uidelicet piscantur cum instrumento non congruo. i. cum retibus fractis. Illi autem retia sua frangunt, quæ ea q̄ uerbis prædicant, moribus impugnant, & male uiuendo lacerant. Illi uero retia sua reficiunt, qui uitam suam bonis actibus cōponunt: exemplo Apostoli dicentis. Castigo corpus meum & in seruitutem redigo, ne forte cum alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Deinde subdit euangelista. *Et circuibat Iesus totam Galileam, docens in Synagogis eorum, & prædicans euangelium regni: & sanans omnem languorem, & omnem infirmitatem in populo. Et abijt opinio eius in totam Syriam, & obtulerunt ei omnes male habentes uarijs languoribus. & tor-*

Ioan. ulti.

Piscatores spūales cur pisces non capiunt.

1.Cor.9.

mentis comprehensos, & qui dæmonia habebant, & lunaticos & paralyticos, & curauit eos. Vocatis apostolis, subdit euã gelista adunationem populi ad Christum, quantũ ad multitudinem sequentium eum: quia doctrinã suam nõ tantum exemplis & bonis operibus. Sed & miraculis approbabat. Quæ quidem miracula, non diabolico opere, nec ui naturæ, sed tantum uirtute diuina fieri poterant. Pro quibus nõ est ignorandum aliqua posse cognosci tripliciter a nobis. Primo per innatam ipsorum terminorum agnitionem: quemadmodum sunt propositiones imediate & per se note. Quibus, cognitis terminis, statim assentimus. Vt, omne totum est maius sua parte: & de quolibet dicitur esse uel non esse. Secundo, non nulla sunt cognoscibilia demonstratiuis, & naturalibus rationibus: Vt Deus est primũ mouens imobile, infinitę uirtutis, & summę simplex. Tertio, nõ nulla inueniuntur, quę neutro istorum cognosci ualent: Vt illa quæ nostri intellectus facultatem excedunt. Talia namq; non poterant a turbis agnosci, nisi per euidẽtissima miracula, cuiusmodi erant illa quæ prædicabat Christus, pertinentia ad fidem nostram. Ideo circuibat Iesus cum discipulis suis totã Galileam, eundo de ciuitate in ciuitatem, docens in Synagogis eorũ. i. in domibus deputatis cultui Dei & actibus religiosis. Licet. n. iudęi nõ haberẽt nisi unũ tẽplum in hierosolymis, in quo secundũ legem sacrificia Deo offerrebãt: singulę tamẽ urbes Synagogã habebant, in quã iudęi conueniebãt horis statutis ad Deum laudandũ, ad legendũ in lege & prophetis, ad docendũ & orandũ. In his p̃dicabat Christus euãgeliũ regni. i. doctrinã nouę legis & gratiæ. Euãgeliũ. n. latine idem est q̃ bonũ nuntium. Quod Eusebius de euangelica pręparatione

Tripliciter nõnulla cognoscibilia sunt.

Quid euãgelium.

pulcherrime describit dicens. Euãgelium dicimus quod æternorum & incorruptibiliũ bonorum, q̃ certe suprema & maxima sunt, & ex antiquissimis p̄dicta tẽporibus. Nuper uero, splendore sui orbẽ illustrantia, cunctis hominibus annũtiat. Quod nõ cecas, caducasq; huius seculi diuitias, nec breuẽ hanc calamitosamq; uitã, nec instabilia corporis cõmoda, sed animarum, q̃ intellectuales substantiæ sunt, a q̄bus etiã corporũ bona, quasi umbrã cõsequentia dependent. Summã ꝓpriamq; nobis felicitatẽ affert. &c. Hoc igitur euangeliũ regni p̄dicans Christus. s. aperitionẽ regni cœlestis. Et q̄a humani intellectus facultatẽ excedebat, quãobrẽ doctrinã illã, & infallibilẽ ueritatẽ, potentissimis miraculis cõfirmare opus erat. Sicut inde cõfirmata etiã fuit apostolorum doctrina, dicẽte Marcho. Illi aũt ꝓfecti p̄dicauerũt ubiq; dño cooperãte & sermonẽ cõfirmãte sequẽtibus signis. Sanabat igitur Xp̄s oẽs infirmitates & passiones tam corporis q̃ animæ, nec nõ & oĩum infirmitatum genera. Qua ꝓpter abijt opinio. i. fama eius in totã Syriam, q̃ est regio spaciosa cõtinens palestinã, in qua iudęi habitabãt, & ꝓuincias nõnullas alias, circa eam. Syriæ. n. q̃ttuor sunt termini. Primus ad orientem ubi est Eufrates. Secũdus ad occidentẽ, ubi est mare magnũ Achõ. Tertius ad septentrionẽ, ubi est Armenia & Capadocia. Quartus ad meridiẽ, ubi Ægyptus & Sinus Arrabicus. Nõ solũ igitur in Iudęa, sed & in ꝓuincijs uicinis abijt fama ꝓpter crebra ipsius miracula. Dicitur etiam ꝙ rex Abagarus q̄ Xp̄o scripsit epistolã, regnabat ad plagã orientalem illius ꝓuincię iuxta Eufratẽ. Quo circa ꝓpter famã Xp̄i obtulerunt ei oẽs male habẽtes: uidelicet uarijs lãguoribus intus latentibus, & tormentis foris apparẽti-

Quid sit euangeliũ secundum Eusebiũ.

Marc. 16.

Syria magna quatuor habẽt terminos.

bus cõprehensos, & q dæmonia habebant, & lunaticos. Lunatici.n. dicunt qui singulis uexant lunationibus, & mente laborant. Accidit dum luna est plena. Lunatio autẽ est tẽpus quo luna recedit a sole, & rursus sequitur eum. Et curauit eos. Ideo subdit euangelista. *Et sequute sunt eum turbe multe de galilea, & decapoli, & de hyerosolimis, & de iudea, & de trans iordanem.* Sequebãtur Xp̃m turbe multe de Galilea q interpretatur transmigratio. Et de Decapoli, q̃ dicitur decem ciuitatum regio. Et de Hyerosolimis, quæ interpretatur pacifica. Et de Iudea, q̃ dicitur cõfessio. Et de trans Iordanẽ: qui nuncupatur riuus iudicij. Per hæc.n. palã insinuatur q illi uere Christum sequuntur, qui de uitijs ad uirtutes transmigrant: & qui decalogum obseruant: Qui etiam cũ alijs pacifice morantur: necnon & qui peccatũ humiliter cõfitentur, sicut qui diuina iudicia formidãt. Hi oẽs uere sequuntur Xp̃m. Sed qm̃ multi diuersarũ regionũ sequuti sunt eum, ita etiã uarijs de causis. Alij nãq ut cęlestiũ misteriorũ instruerentur. Et hi de trans iordanẽ ueniunt. Alij, ut curarent ab infirmitatibus: qui de Decapoli proficiscuntur: ut curentur per obseruantiam decem mandatorũ Dei.

Varij, uarijs de causis xp̃m sequuntur. Alij propter affectionem, ut famelici, qui de iudea ueniunt, ut confitendo peccata & laudes agendo, doctrinis euangelicis satientur. Alij propter miracula Xp̃m sequuntur, ut curiosi optantes si uerum est quod dicitur experiri: q & ipsi de Galilea gradiuntur: quæ rota curiositatis interpretatur: de quibus dicitur. Viri galilei quid admiramini. &c. Alij propter inuidiam, ut iudei obseruantes eũ. Hi nãq obseruatores & inuidi de Hierosolymis proficiscũtur, de quibus dicitur in euangelio Matthęi. Hierusalem quæ occidis prophetas. &c. *Matth. 23.*

Sed

Sed ut clarius loquar, omnes qui Christum sequuntur, in triplici sunt differentia. Quidam.n.sequuntur eum fide tm̄,sine operibus bonis:ut recentiores hæretici:de quibus apostolus. Confitent se nosce deum,factis aūt negant.Ad instar dæmoniorum.Nam dæmones credunt & contremiscūt. Fides.n.sine operibus informis,uacua,et mortua est. Quidam uero xp̄i uestigia sectantur fide & operibus,sed sine perseuerantia : quia cito facileq; recedunt a uia dei:iuxta illud Iosue. Cito deseruerunt uiam per quam ingressi sunt patres eorū. Alij autē sequuntur xp̄m fide & operibus,nec non & per finalem perseuerantiam : ut hi quattuor apostoli a Christo uocati:& alij q̄ plures.Consideremus igitur fratres uocatorū obedientiam, quæ commēdatur q̄a prompta,ad instar obedientiæ Abraę in sacrificium Isaac:eo q continuo & statim reliquerunt omnia temporalia simul,pariter & partem,et sequuti sunt xp̄m.Et quemadmodum Chrysosto. ait:In hoc docuerunt nos apostoli, q nemo potest terrena possidere, & perfectę ad cœlestia properare.Aer.n.inter cœlū & terram constitutus,ostēdit q inter cœlestia & terrena nulla potest esse cōiunctio.Cœlestia namq; q̄a spiritualia & leuia, sursum ducunt. Terrena quia ponderosa & grauia, deorsum deprimunt. Sed quemadmodū supra dictum est:noluit dn̄s primos ecclesię fundatores,sapientes,potentes,uel nobiles eligere:ne fides euangelij,& uirtus fidei,& opera diuina, eorū sapiētiæ seu potentiæ,uel nobilitati ascriberentur. Sibi autē id reseruauit xp̄s,qui sua innata potētia, sapientia, & bonitate, nos redemit. Si.n.uir maxime eruditus, seu potens,uel nobilissimus eligeret, fortasse ideo electum esse dicerent;quia potentia uel nobi-

Titum. 1. *Iosue. 2.* *Triplex genus sequentium Christum* *Chrysost.* *Cur xp̄s pauperes elegit.*

litate, seu excellenti doctrina pollebat. Volens igitur xps refellere superbiam mundi, relictis sapientibus (ut inquit Gregorius) insipientes, relictis fortibus, debiles: relictis diuitibus, pauperes elegit: prædicatores infirmos & abiectos, quibus potentes, nobiles, & sapientes, uocauit ad fidem. Ad prędicandum namq; xpm tales uenire debuerant, qui nihil propriæ laudis habebant. Vnde Chrysosto. clamat. O beatos piscatores, quos dñs inter tot doctores legis & scribas, inter tot seculi sapientes ad diuinæ prędicationis officium, & ad grãm apostolatus primos elegit: Et digna sane dño nostro atq; conueniens prędicationi eius fuit talis electio, ut in prædicatione nominis sui, tanto maioris laudis admiratio nasceretur, quanto ẽt ea mundi infirmi & humiles seculi prædicassent. Qui non per sapientiam uerbi mundum caperent, sed per simplicem fidei prædicationem. De errore mortis, genus liberarent humanum.

Hos piscatores commendat Chrysosto.

Et licet multa de huiusmodi uocatione iam dicta sint, pauca tñ adhuc hæc quę sequuntur, libenter audiamus. Non ergo nobiles mundi aut diuites elegit xps, ne suspecta fieret pdicatio eius. Non sapientes seculi, qui per sapientiam mundi persuasisse humano generi crederent. Sed elegit piscatores illiteratos, imperitos, indoctos, ut apta & manifesta esset gratia saluatoris. Humiles quidem in seculo, & in artis officio, sed pcelsos fide ac deuotos mentis obsequio. Ignobiles seculo, sed nobiles Christo. Non scriptos in senatu terreno, sed scriptos in aluo senatus in cœlo. Despectos terræ, sed acceptissimos cœlo. Pauperes mundo, sed diuites deo. Scit.n. deus quos elegit, qui occulta cordis nouit, eos utiq; qui non sapientiam seculi quærerent,

De electione horum apostolorũ alia pulchriora.

sed dei sapientiam desiderarent. Nec diuitias mundi cuperent: sed thesauros cœlestes optarent. &c. Attendant hæc nobiles, potentes, & sapientes: superbi huius mundi, & cognoscant ignobiles & impotentes, necnon & idiotas sibi prȩferri, & ex hoc confundantur & erubescant, & a sua superbia resipiscant. &c.

De filio uiduæ suscitato a Christo. Cap. XXXI.

POST *hæc, ibat Iesus in ciuitatem quæ uocatur Naim, & ibant cum eo discipuli eius & turba copiosa. Cum autem appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebatur filius unicus matris suæ. Et hæc uidua erat, & turba ciuitatis multa cum illa.* Luc.7.

In hoc euangelio, quinq; præcipue sunt consideranda. Primo funera quȩ laudabiliter fiunt in exequijs mortuorum. Dicit enim euangelista. Ibat Iesus in ciuitatem quæ uocatur Naim. Ciuitas quidem parua prouinciȩ Galileæ, duobus miliarijs distans a monte Thabor, non longe a ciuitate Endor (ut inquit Beda). Et ibant cum illo discipuli eius quos nouerat, elegerat, & uocauerat. Et turba copiosa. Quotidie etenim creuit, fama & magnificẽtia xp̄i: ita q; frequenter multa milia comittabantur eũ, diuersis ex causis, ut supra dictum est. Præcipue tñ confluebant ad eum, propter incomparabilem excellentiam atq; frequentiam eius in faciendis miraculis. Nãq; p miraculosos effectus cor hoīs maximopere attrahit, concutit, uincitur & mouet. Non igitur temere uel immerito Lucas hic commemorat in comitatu & apostolos fuisse, & turbam plurimam. Id.n.eo disposuit dñs, ut plures essent tanti miraculi testes: sicq; conuerterent ad fidem. Disci-

Naim ciuitas q̃ sit.

pulos quoq; ideo hic secum duxit, ut in eo id cernerent magisterium: quo ipsi quoque deinceps uterentur, post illius passionem & mortem, uniuersum mundum edocturi.

Cum aũt appropinquaret dñs portæ ciuitatis, efferebatur mortuus filius unicus matris suæ. Fiebat ex consuetudine Iudæorũ qui sepulchra sua extra urbem & menia habebant. Sic enim xp̃s quoque extra ciuitatẽ sepultus est in horto. Habebant insuper antiqui laudabilẽ morem cõducendi funera ad sepulturam. Nam Ægyptij, una p̃fecti sunt, quum Ioseph & fratres eius defunctum patrẽ suũ Iacob duxerũt ad sepulturam. Ita.n. habet scriptura. Ierunt cum eo oẽs senes domus pharaonis, cunctiq; maiores natu terræ Ægypti, & habuit in comitatu currus & equites: factaq; est turba nõ modica. Quo exemplo nos docemur iniquũ non esse sepulturam parentum & amicorũ honorare. Nec malum fore si quis corpus suũ de una ciuitate in aliam, deuehi sinat. Quemadmodũ nobiles nõnulli, nunc facere solent: cũ decedunt in aliena ciuitate, iubent corpora sua ferri in propriam patriã ad sepulchrũ patrum suorũ. Exemplo Iacob qui uia admodũ longa uoluit se ex Ægypto aduehi in terram Chanaam, ibiq; sepeliri cũ maioribus suis. s. Abraã, Sara, Isaac, Rebecca, & uxore Lia. Ioseph quoq; moriturus, adiurauit fratres suos, & dixit, Post mortem meam uisitabit uos dñs, & ascendere faciet de terra ista ad terram quã iurauit Abraã, Isaac, & Iacob. Asportate tunc ossa mea uobiscũ de loco isto. Quod & fecit Moyses, qñ commigrans ex Ægypto abstulit secum ossa Ioseph. Igit̃ licet ossa mortuorũ deferri ex una regione in aliã, etiam longinquã, ibiq; sepeliri cum patribus suis.

Funera sepultura laudabilia.

Gene. 50.

Gene. 49.

50.

Ossa mortuorum licet deferri de aliena ciuitate in patriam.

Quamobrem pium est sepelire mortuos. Honestũ quoq; & laudabile deducere funus ad sepulturã, quo uirtutis & laudis genere, commendant duo Iudæi. Alter princeps, alter legis doctor in sepeliẽdo Christum. Angelicũ namq; opus est commitari mortuos, sicut anima Lazari ab angelis delata est in sinum Abraæ. Et si quispiam dicat: Cur cadaueribus cũ ossibus putridis pompam exhibeamus: Dico una cum Echio q non est respiciendũ corpus putridum, mortuũ, exanime, exangue, & uiribus destitutum omnibus. Sed considerandum est corpus esse hominis qui similis nobis fuit. Corpus inq̃ baptismate ablutum, cuius os sacrosanctum corporis xp̃i sacramentum suscepit, cuius lingua deum adorauit, oculi respexerunt in cœlũ, aures audierunt sanctum euãgelium Christi, manus quoq; expandit ad deum patrem cœlestem, cuius etiã corporis labore meruit uitam æternã, in quo & resurrecturus est in die nouissimo, & recepturus clarificationẽ gloriæ sempiternæ. Vnde Augustinus. Neq; contẽnenda, nec abijcienda sunt corpora defunctoꝝ, maximeq; iustoꝝ & fidelium, q̃bus tanq̃ organis & uasis, ad omnia opera bona sanctus usus est spiritus. Quare laudant formicæ, quę (ut oculis intueri possumus) mortuas formicas sepeliunt, instinctu naturæ. Præterea, deducere funera ad sepulturam argumentũ nobis certum est fidei nostræ, quam de resurrectione cõceptam habemus. Sed & eadem re mouemur ad pn̄iam peccatorum, ad emendationem uitæ, dum cogitamus eadem nocte quoq; calcandũ esse uiam, ignotam que, ut nos quoq; exanimes sineq; uiribus & spiritu, hic iaceamus. Facies namq; hominis mortui discoperta fert ad sepulturã: qua facie homines mo-

Angelicũ opus commitari mortuos.

Luc. 16.

Soluitur obiectio contra funera defunctorũ.

ueantur, ut amaritudine mortis considerata, relin quant peccata. O faciem miserandam: O uultum luctuosum: O tristem & lugubrem aspectũ. Quantum deinceps sit laude dignũ sepelire mortuos, dicemus infra in decolatione Ioannis baptistę: qñ discipuli sepelierunt corpus eius. &c.

2. Consideratio. Secundo, considerande sunt causæ, quibus dñs misertus est huic uiduæ, cum subditur. *Quam cum uidisset dominus misericordia motus super eam, dixit illi. &c.* Fuerunt namq; multæ atque fortissime rationes compatiendi uiduæ illi. Primo, qa in maximo fuit constituta dolore pp mortem unici filij sui. Quemadmodum.n.nil charius unico filio, sic dolor de morte ipsius intensissimus extat. Propter qd Hieremias ait. *Hiere.6* Luctum unigeniti fac tibi planctũ amarum. *Zacha.12.* Zacharias quoque. Dolebunt super eum.s. xp̄m, sicut doleri solet super unigenitum. *2.Reg.1* Sic Dauid dixit dilexisse se Ionathã, ut mater filium amat unigenitum. Erat.n.mortuus ille filius unicus matris suæ uiduę. Quæ luctu fletuq; suo animũ Christi percutit. Et quis dubitat multũ contristatã fuisse uiduam hanc, quę filium unigenitũ amiserat, baculum senectutis, lumen oculorũ suorum. Commouit itaque cor matris exacerbatũ, ipsum dñm ad misericordiam. Secundo, qm̄ talis amor ad unicũ filium maximus consistit in uidua, qa uiri est destituta solatio. Iccirco dolor ipsius de unigeniti morte uehementissimus est. Tertio, qm̄ filius uiduæ defunctus fuit in adolescentia sua, ideo plus fuerat cõdolendum. Adolescentũ.n.mors miserabilior est: quia in flore ętatis suæ extant, & magno labore, sollicitudineq; parentum ad illam ætatẽ, producti sunt. Quarto, qa uidua erat. Persona multũ miserabilis, quemadmodũ orphanus, pupillus, ac pere-

Quattuor de causis, Christus misericordia motus est, super uiduam.

grinus & pauper. Vnde fertur in psalmo. Dñs custodit aduenas, pupillum & uiduam suscipiet. Et Sap. Viduę preces non despiciet dñs, si effundat lo- Eccli.35.
quellam gemitus. Ideo Iob. Viduæ non sunt uacuę Iob.22.
dimittendę, lacerti pupillorum fouendi. Et Salomõ Prouer.15.
in prouerbijs. Viduæ terminos, firmos faciet dñs. Præterea: mandat dñs omnibus hominibus in lege ut non noceant uiduis dicens. Viduę & pupillo non nocebitis. Si læseritis eos, uociferabũt ad me, Exod. 22
& ego exaudiam clamorem eorum, & indignabit̃ furor meus, percutiamq; uos gladio: & erunt uxores uestrę uiduę, & filij uestri pupilli. Rursus, idem Zacha.7
dñs per Zachariam clamat. Viduam, pupillũ, ad- 4.Esdr. 2.
uenam, & pauperem, nolite calumniari. Et per Es- Isa.1.
dram. Viduã iustifica, pupillo iudica, da egenti, tue Isa.10.
re orphanũ, nudum uesti. Quare, dñs per Isaiam. Viduæ causa non ingredit̃ ad infideles principes. Et infra. Viduæ preda sunt iudicũ iniquorum: qui & pupillos dirripiunt. Exempla ẽt plurima habemus in scripturis de uiduis, quarũ deus præcipue curã gerit. Præcepit.n. Elię ut pasceret uiduã sareptanã tpe penurię, una cum filio suo: quem etiã mortuũ suscitauit Elias. Tempore ẽt Elisęi uiduæ ex uxori- 3.Reg.17.
bus prophetarum creditor uult tollere ipsius duos filios in seruos, qa non esset soluenda debita mortui uiri. Cuius oleũ propheta multiplicauit: ut uasa ob 4.Reg.4.
lata a filijs omnia impleret, donec deficiẽtibus uasis oleũ staret. Vnde uidua oleũ uendidit, & creditori satisfecit. De reliquo uero, cũ filijs uiuere iubetur. Quid de sanctissima illa Iudith uidua dicemus cuius oratione & ieiunio ciuitas Bethulię liberata Iudith.8
est a ruina, qm̃ caput amputauit Holosphernis. Legit̃ quoque de Anna prophetissa uidua quæ ad octoginta quattuor usque peruenit annos. Vixerat

enim cũ uiro suo annis septem a uirginitate sua. Et
Luc. 2. hæc non discedebat de templo, ieiunijs & oratio-
nibus seruiens deo. Cui Iesus paruulus prębuit se
uidendũ. Et non immerito qdem, qm̃ uiduę priua-
tę sunt solatio uiri, consolanť a deo. Commendat
insuper dñs uiduam quę duo minuta obtulit in ga
Mar. 12. zophilatiũ, qđ est quadrans, de qua subdit. Vidua
hæc pauper, plus omnibus misit, q miserunt in ga-
zophilatium, quia de penuria sua, omnia quæ ha-
buit misit totum uictum suum. Cęteri uero ex eo
quod abundabat illis miserunt.

Pręterea apostolus Paulus non tm̃ continentiã
uidualem, at uiduas plurimũ commendat, doce'tque eas qd agere debeant, & qualiter sint honorã
dæ, dicens ad Corinthios. Mulier alligata est legi,
1. Cor. 7 quanto tempore uir eius uiuit. Quod si dormierit
uir eius, liberata est a lege. Cui aũt uult, nubat tm̃
in dño. Beatior tñ erit si sic permãserit, scd'm meũ
consilium. Et ad Timotheũ. Viduas honora, quæ
uere uiduę sunt. i. q̃ caste uiuunt. Si qua aũt uidua, fi
lios aut nepotes habet: discat primũ domũ suam
regere, & mutuam uicem reddere parẽtibus. Hoc
1. Timo. 5. est enim acceptũ coram deo. Quæ aũt uera uidua
est & desolata, speret in deo, & instet obsecratio-
nibus & orationibus nocte ac die. Nam q̃ in deli-
tijs est uiuens, mortua est. Et hoc pręcipe, ut irre-
prehensibiles sint. Et infra. Vidua eligať. s. honora-
bilis, non minus sexaginta annorũ, quę fuerit unius
Documẽta data uiduis ab apostolo. uiri uxor, in operibus bonis testimoniũ habens. Si
filios educauit, si hospitio recepit, si sanctorũ pe-
des lauit, si tribulationẽ patientibus, subministra-
uit. Si omne opus bonũ subsequuta est. Hæc sunt
enim pulchra documenta apostoli Pauli, quę dan
tur uiduis. De iunioribus autẽ uiduis & discolis,

ita subdit Apostolus. Adolescentiores aũt uiduas deuita. Cum.n.luxuriatæ fuerint, in Christo nubere uolunt, habentes damnationem, quia primã fidem irritam fecerunt. Similiter autẽ & ociosæ uiduæ discunt circuire domos non solum ociosæ, sed & uerbosæ, & curiosæ, loquentes quæ non oportet. Volo autem iuniores nubere, filios procreare, matresfamilias esse, nullam occasionẽ dare aduersario, maledicti gratia. Iam.n.quædam conuersæ sunt retro post Sathanam. Rursus. Apostolus Paulus, iubet uiduas pauperes adiuuari & sustẽtari, cũ subinfert. Siquis fidelis habet uiduas, subministret eis ut nõ grauetur ecclesia, ut his quæ uere uiduæ sunt, sufficiat. Cui fauet id quod Iacobus ait. Religio mũda & imaculata apud Deum & patrem hæc est. Visitare pupillos & uiduas in tribulatione eorum. Postremo, asserit dominus in euangelio semen seminatum in terram bonam, aliud attulisse fructum centesimum, aliud sexagesimum, aliud trigesimũ. Fructus.n.centesimus (ut doctores asserunt) debetur martiribus, uirginibus, & doctorib9. Sexagesimus autem uiduis: trigesimus uero coniugatis. Ideo uiduarum statum illo coniugatorum excellentiorẽ esse censemus. Quinto, etiam id miraculum efficere uoluit Christus.s.adolescentem resuscitare, qm̃ turba ciuitatis multa, erat cũ illa. Vt uiso miraculo, multi fierẽt Dei laudatores & testes. (Et siquidẽ rectẽ.) Nam quia uacabant pietatis officio, meruerũt uidere miraculum. Prosequi.n.funus ad sepulchrum, & interesse obsequijs mortuorum, pietatis officiũ est & misericordiæ, & opus laudabile quidẽ, ut supra dictum est. Sic faciebat Dauid in exequijs Abner. Ita.n.scribitur in libris Regũ. Rex Dauid sequebatur pheretrũ. Et hæc est gratia ad quã monet nos

De iunioribus uiduis

Iacob.1.

Exequijs mortuorũ interesse, laudabile est.

2.Reg.3.

Eccle.7. Sapiens,in ecclesiastico dicens. Mortuo nõ prohibeas gratiam.s.funus ad sepulchrum eius.

Tertia cõsideratio. Tertio,considerandus est mortuorum fletus,an.s. flendum sit super mortuis,per id quod subditur. Noli flere. Visa itaq; uidua, misericordia motus est dominus,& dixit ei. Noli flere. Quasi dicere uellet. Desiste mortuũ flere,quem mox uiuum resurgere uidebis. Neq;.n.ideo iam flere prohibuit dominus,quasi fletus pro mortuis iniustus esset & iniquus. Quẽadmodum his temporibus hęretici lutherani fatentur. Siquidẽ si tam uetus quàm nouũ testamentũ scrutari uolumus, inueniemus flendum nobis esse pro

Eccle.22. 38. mortuis. Ecce.n. Sapiens ait. Supra mortuũ plora, quia defecit lux eius. Et inde. Fili in mortuum produc lachrimas: & quasi dira passus incipe plorare. Sed quid multis indigemus scripturarum testimo-

Gen.25. nijs? Tantũ exempla sanctorum respiciamus. Abraã enim fleuit super Saræ uxoris mortem. Mortuo quoq; Iacob,procidit Ioseph in faciem suam,plo-

50. rans & osculans eum. Omnisq; Ægyptus defleuit illum septuaginta diebus. Et rursus. Cũ sepelissent eum,planxerunt eum septẽ diebus: Adeo ut Chananei magnum illum esse Ægyptiorum planctũ pro-

Deut.34. fiterentur. Moysen insuper mortuũ in cãpo Moab

Flere mortuos decet. planxerunt filij Israel triginta diebus. Præterea,legitur in secundo Regum,Dauidem planxisse Saul & Ionathan occisos,luctu maximo,ita ut etiam pręciperet iudęis hoc ipsum docere filios suos, dicens.

2.Reg.1. Filiæ Israel flete super Saul. Doleo super te frater mi Ionatha. In eodem etiam scribitur. Cumq; sepelissent Abner in Hebron,leuauit rex Dauid uocem

3. suam, & fleuit super tumulum Abner. Fleuit autẽ & omnis populus, plangensq; rex & lugẽs Abner ait. Nequaquã ut mori solent ignaui,mortuus est

Abner. Iudam quoque Machabeum occisum, planxit omnis Israel maxima cum tristitia per aliquot dies. Constat proinde Christũ ipsum fleuisse, atque adeo infremuisse spiritu, super mortuũ Lazarum: ita ut iudei hinc argumentum sumerent magnę dilectionis & ardentis amoris. Flendum est itaque super mortuis, maxime parẽtib⁹, amicis, & cognatis nostris, & super cæteris hoĩbus bonis defunctis. 1. Mach. 9. Ioan. 11.

At contra dicta instant recentiores hæretici his debilioribus argumentis. Christus hic in euangelio uetuit flere uiduam etiam super unigenito. Paulus insuper ait. Nolo uos ignorare fratres de dormientibus, ut non contristemini, sicut & cęteri qui spem nõ habent. Chrysostomus deinde lugere ait & lamentari eos qui ab hac uita decedunt, ex pusillanimitate contingit. Legitur etiam in concilio Tholetano prohibitum fuisse a papa Anastasio, super defunctis lugere. Respondendum est primo quod hic dominus uiduam flere prohibuit, eo quod illi filiũ a morte resuscitaturus erat. Et si hæretici mortuos resuscitare possent, priusquam sepelirentur, sicut hic dominus fecit, possent & ipsi fletum prohibere. Ad reliqua obiecta dicendum est planctum non absolute prohiberi, sed illum tantum qui ex diffidẽtia & desperatione prouenit. Sicut id manifeste patet ex uerbis apostoli, ut egregie superiori loco testatus est Chrysostomus inquiens. Intelligendũ hoc esse, si fiat ex desperatione future resurrectionis. Nõ ergo absolute dixit Paulus, nolle se tristari fratres de dormientibus, sed addidit, declarans seipsum: sicut alĳ qui spem non habent. Illi. n. sic dolent sup mortuis, quasi eos in perpetuum amiserint. Postremo Chrysostomus cõcludit. Ex charitate & unanimitate bonę uoluntatis, uel etiam humanę conditio- Obiciũt hæretici. Soluuntur obiectiões.

nis respectu,non prohibemur flere super mortuos.
Chrysosto. sententia. Sicut legimus multos sanctos uehementer lachrimas profudisse,super aliorum funera. Sunt tamen nõ nulli qui nõ mortuũ lugent quasi tantũ ei faueant, sed proprium incõmodum lugent:quod accidit ex morte sua. Quanuis & hoc interdum in bono fieri possit:ut cũ tota natio principem amisit, & super eius morte turbatur,etiam propter se,eo quod magnanimus princeps erat,qui & fideliter subditos regebat. Ita domus turbatur cũ amittit patrẽfamilias habentem filios quos suis laboribus nutriebat. Sic tota iudæorum congregatio planxit super Iudam
1.Mach.9. Machabeum iam ocisum,dicens. Quõ cecidit iustus qui seruauit Israel. Dixit ergo dominus uiduæ (ut ad primum propositum redeamus) Noli flere. Non quod super mortuis flendum non sit, sed quia ipse ille erat,qui hunc defectum,omnemque dolorẽ mitigare ei & sedare poterat: ueteremque luctum in gaudium, defunctum ei resuscitando filium. Poterat utique alacriter dicere,Noli flere.

4. consideratio. Quarto,consideranda est huius adolescentis admirabilis resurrectio,cũ subditur. *Et accessit, & tetigit loculum. Hi autem qui portabant, steterunt. Et ait. Adolescens, tibi dico surge. Et resedit qui erat mortuus, & cœpit loqui, & dedit illum matri suæ.* Triplicem esse tactum, diuinæ testantur historię. Videlicet corporalem, spiritualẽ,
Triplex tactus. & mixtũ. Tactus simpliciter spiritualis,est in quo tangens & tactum omnino spiritus sunt. Vt cum Deus qui spiritus est tangit spiritualem conscien-
Apoc.3. tiam nostram,sicut ipse testatur in Apocalipsi. Ego sto ad ostium & pulso. Siquis audierit uocẽ meam & aperuerit mihi ianuam intrabo ad illum, & cenabo cum illo, & ipse mecum. Dixit quoque Apostolo
Act.9. 7. Paulo. Durum est tibi contra stimulum calcitrare.

Dixit insuper Stephanus iudęis, spirituali tactui resistentibus. Dura ceruice & incircuncisi cordibus & auribꝰ, uos semper spiritui sancto restitistis. Tactus purę corporalis exigit ut tangens & tactum sit corpus. Vt in miraculis Christi, quando tangendo corpora omnes curabat infirmitates. De quo tactu, dicit Lucas euangelista. Omnis turba quærebat eum tangere, quia uirtus de illo exibat, & sanabat omnes. Lnc.6. Tactus tum spiritualis tum corporalis, est cū Deus qui spiritus est, corpora nostra tangit, ea aduersitatibus & infirmitatibus affligendo: Quemadmodum tetigit oculos Thobię, & Iob dicentem, Manus domini tetigit me. Quibus etiam Iob.19. modis tangit malos, hic & in futuro. Dicit ergo euangelista. Accessit autem dominus & tetigit loculum. Ecce quomodo dominus nō solo uerbo miraculum facit, sed & loculum tangit. Vt discamus ꝙ corpus eius uiuificum sit, quia quando caro sua unita est uerbo, omnia uiuificanti, ipse quoqꝫ largitur uitam, propulsata morte. Cuius exemplo notare merito deberent recentiores hæretici quanta sit efficatia sacramenti corporis Christi. Tactu.n. suę mundissime carnis dedit uim regeneratiuam aquis per uerbum uitę in baptismate. Tactu suę sanctissime carnis, leprosos mundauit. Tactu fimbrię uestium suarum mulierem infirmam, pristinę restituit sanitati. Quinimo, & quotquot tangebant eū salui Marc.6. fiebant. Vt euidens esset Christum esse uerū Deum & hominem. Hi autē qui portabant, steterunt. Et dominus ait. Adolescens tibi dico surge. Qui portabant considraturi erant quidnam facturus esset dominus, quando matrem adeo humaniter consolatus fuerat. Et dominus quidem tanꝗ ille qui potestatem haberet uitę & mortis, (dicēte Anna Sa-

muelis matre, cū exaudita esset oratio sua. Dominus uiuificat & mortificat, deducit ad inferos & reducit) pręcepit adolescenti, ut surgeret. Ex quo imperio multum potentię accessit huic miraculo, longeq; plus maiestatis, quam in illa resuscitatione, tum Eliæ, tum Elisei exhibitum fuerat. Christus namq; hoc totum quod fecit, propria sua fecit auctoritate. Cæteri tantū per orationes & inuocationes nominis Dei, multis gestibus suam declarantes imbecillitatem, dum se per modum crucis reponebant super mortuos, neq; tamē idipsum sine misterio. Si quidē eo significare uoluit, spiritus sanctus eum qui redempturus esset orbem in cruce, potestatem habiturum uiuificādi homines. Dixit ergo dominus. Adolescens tibi dico surge. Loquens cū mortuo, tanquam cū uiuente & audiente. Quo etiam probat uerbum suū quod dixerat iudęis. Sicut pater suscitat mortuos & uiuificat: sic & filius quos uult uiuificat. Quotquot.n. nobis uerę mortui sunt, coram Deo non aliter habētur ac si dormirent. Ideoq; ille eos tam facile ex morte resuscitat ad uitam, quam facile nos, dormientem excitamus. Ecce quam hic dñs potentissimus est, qui tribus uerbis mortuū uiuificat. Adolescentem illum uocat, sermonem suū ad eum conuertit dicens, tibi dico: imperat, & addidit, surge. Ecce quō nō est impossibile apud Deum omne uerbum. Ecce qualiter omnipotens sermo Dei a regalibus sedib⁹ uenit. Ecce quō uocat Deus ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt.

Imperādo & nō orando, xp̄s miracula faciebat.

Ioan. 5.

Luc. 1.

Sapien. 18.

Roma. 4.

Et resedit qui erat mortuus. O quam statim uita uoluit parere domino suo, uerbo nimirum omnipotenti. Neq; resedit tantum, sed etiam cępit loqui, ut miraculum magis euidens esset. Et dedit illum dominus matri suę. Sic Thabita quoq; suscitata a Pe-

tro,respexit eum,& resedit. Solent hic nonnulli septem resurrectiones mortuorum ante Christum ostendere. Surrexit enim filius uiduæ Sareptanæ: 3. Reg. 17.
filius Sunamitidis. Et qui proiectus est in sepulchrũ 4. Reg. 4.
Elisei, ad tactum ossium illius: contra maledictos 13.
hæreticos, qui nihil honoris reliquijs tribuunt. Resurrexit & filia Iairi, & hic adolescens in Naym. Marc. 5. Ioan. 11.
Lazarus quoque Magdalenæ frater. Et illi qui sub Matth.
passione Christi surrexerunt, & in sancta ciuitate apparuerunt multis. Octauus iam tandem est ipse Christus, qui resurrexit a mortuis, ita ut amplius nõ moriatur, neq; mors illi sit dominatura magis. Et ita resurrectio nostra in die octauo, hoc est nouissima perpetuo durabit.

Septem resurrectiões ante xpm.

Quinto, considerandus est timor, quo correpti omnes magnificabant Deum cum subiungitur. *Accepit autem omnes timor, & magnificabant Deum, dicentes. Quia propheta magnus surrexit in nobis, & quia Deus uisitauit plebem suam.* Cum miraculum id admirabile ual de uidisset turba, quæ partim Christum erat comitata: partim funus conduxerat, præ admiratione, timore correpta est ob magnitudinem facti, laudantes magnificabant dominum, dicentes. Quia propheta magnus surrexit in nobis. Et uerę equidem dicebat. Nam propheta dicitur, qui diuina reuelatione futura prępnoscit, & ueraciter alijs pręnuntiat. Talis autem erat Christus, qui discipulis suis sępius passionem suam & resurrectionem prædixit. Ascensionem quoq;, & alia q̃ plura in euangelijs conscripta. Subuersionem etiam urbis Hierusalem a Romanis postea factam, prænuntiauit. Signa insuper extremi iudicij ac tribulationẽ tempore antechristi toti mundo superuenturam, nunciauit. Quæ omnia suo tempore plene cõplebun- Deut. 18.

tur. Prophetam eum uocabant, & forte illum in lege promissum, quem suscitaturus erat eis Deus, de quo dicitur in euangelio, q̄ satiata illa hominum turba ex quinque panibus & duobus piscibus, in admirationem tanti signi adducta, id publicum protulit præconium. Hic est uerę propheta, qui uenturus est in mundum. Et duo discipuli euntes ipsa die resurrectionis in Emaus loquentes de Christo, dixerunt. Qui fuit uir propheta potens in operę & sermone, coram Deo & omni populo. Quinimo & ipse Christus in euangelio se prophetam esse testatur, cum ait apud Lucam. Non capit prophetā perire extra Hierusalem. Et apud Matthęum. Non est inquit propheta sine honore, nisi in patria sua. At hic in loco propheta magnus appellatur a populo, communiq; celebratur præconio. Alius enim quicunque propheta solus erat, & purus homo, prophetico spiritu illustratus. Hic autem uerus Deus & homo prophetarum dominus, ac cæterorum omnium prophetarum conditor & illustrator. Proinde, magnus erat propheta, ob eminentiam prophetice cognitionis, quæ excellentior fuit in eo, q̄ in quibusuis alijs prophetis. Magnus itidem doctrinæ exhuberantia, & excellentia. In eo namq; omnes thesauri sapientiæ & scientiæ reconditi erant. Deniq; idem magnus erat miraculorum uirtute. Nam uitæ & mortis habebat imperium. Mortuos ad uitam cum uoluerit reuocans. Mirabilia quoq; ; alia efficiens opera, quibus magnitudinem sue potestatis palam insinuauit. Hic autem talis ac tantus propheta surrexit in populo Israel, & in Iudea admirandus apparuit, quando per assumptionem nostræ mortalitatis

Ioan. 6. *Luc. 24.* *Luc. 13.* *Matth. 13.* *Quo Christus fuit propheta magnus.*

talitatis illic conuersatus, & cœlestis uitæ doctrinam tradidit, sua prædicatione, uirtuteq; diuinitatis suæ manifestauit se omnibus, per miraculorum operationem. Tunc etiam (ut hic profitetur turba) deus uisitauit plebem suam suæ misericordię benignitate: quoniam ipse ut cœlestis medicus mundum ægrotum tunc uisitare uenit, & totum genus humanum ab antiquo languore per aduentum suum eximere dignatus est.

Sed totum hoc euangelium spiritualiter exponendo, per adolescentem hunc, peccator quilibet pulcherime intelligi potest, cuius anima lętali crimine mortua iacet, cum sit a deo separata, q est fons uitæ, iuxta illud Ezechielis. Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Et is quidem per peccatum mortuus iamq; efferebatur extra portas hoc est peccatum quod in corde gestabat per uerba, opera effert in mundum, tanquam per portas suæ ciuitatis. Quattuor portatores huius defuncti, quattuor sunt passiones animi. s. gaudium, tristitia, spes, & timor. De quibus Bernardus. Peccatores amant quod non decet, timent quod non oportet, dolent uane, & uanius gaudent. Feretrum in quo mortuus effertur, male secura desperati peccatoris, conscientia est. Istius autem mortui peccatoris sic extra portam ciuitatis delati, mater est sancta ecclesia, quæ fonte baptismatis nos Christo regenerauit. Et hæc pio ac materno affectu deplorat filium suum mortuum, quoniam eum quem deo genuit ad uitam, dolet uinculis peccatorum esse constitutum, & coram deo mortuum. Est enim quisq; fidelium uelut unicus filius matris suæ. s. ecclesię sanctæ singulari amore ab ea dilectus, quæ est ut Rachel plorans filios suos, & noluit consolari, quia non sunt in statu uitæ spiritualis. Sed per mortem peccati, in interi-

Spiritualis huius euangelij expositio.

Quæ porta, qui portatores, & quid feretrum, quæ mater huius spiritualiter defuncti.

tum deciderunt. Et hæc mater nostra spiritualis uidua est: qa quandiu uersatur in uitæ præsentis incolatu & agone ac malitia, sponso suo Christo, priuata uidet quantum ad corporalem psentiam, uisibilem, & conuersationem in terris. Qm ille per gloriosam ascensionem suam abijt in regionē longinquam accipere sibi regnū, & reuerti ad iudicium. Quanuis nunq̃ huic matri nostræ desijt uirtus diuinitatis eius, eam protegens, & uera corporis eiusdem presentia admirabilis sacramēto eucharistiæ obtecta, abscōditaq;. Deinde Christus ob lachrymas & preces ecclesiæ sanctę matris nostræ, quas fundit dolens mortem filiorum suorum, et orans pro eorum conuersione, misericordia mouet super eam. Et accedit, tangit loculū. Et statim accedente dño res melius habere incipit, Feretrū aūt ille tangit flagello tribulationis, uerbo suę prędicationis, & grã inspirationis suę. Sic Iob ait in persona perturbatorum.

Iob. 19. Miseremini mei, miseremini mei saltem uos amici mei, qa manus dñi tetigit me. Ad mortuū igitur spiritualiter saluator accedit et appropinquat, cū aliquam gratiam præuenientem, uel desideriū proprie salutis ei donat. Loculum tangit, qñ conscientiam & cor durū peccatoris, ad pñiam emolit, peccatoremq; ad sui cognitionem reducit, clamans. Adolescens tibi dico surge. Ac si dicat. Surge q dormis et exurge a mortuis, & illuminabit te xps. O uocem pręclaram, o uocem potentē, o benignam tū & clementissimam Christi uocē, q̃ excitat peccatorem ut surgat, sedeatq; per contritionem & pñiam, quam rectã eligit in corde suo peccator, dicens cū filio prodigo. Surgam, & ibo ad patrem. Mox ēt confiteri incipit & loqui non tacens peccata sua. Ait enim. Pater peccaui in cœlū

Quō Christus accedit ad peccatorē & clamat.

Luc. 15.

& coram te,iam non sum dignus uocari filius tuus &c. Ad hanc confessionem susceptũ illum dñs tradidit matris suę ecclesię catholicę,dum in sacramẽto pœnitentiæ,dicit illi sacerdos. Absoluo te ab omnibus peccatis tuis. Ipseq́ adeo restituitur sacramentis ecclesiæ, cui unitur.

Legimus p̃terea tres mortuos resuscitasse dominum,singulos certis circũstanrijs. Si q̃dem filiam Iairi resuscitauit in domo, puellam adhuc existentem,annorũ forte duodecim. Adolescens autẽ hic eccitatur ut nonnulli putant annorũ uigintiduo. Ideoq; resuscitauit eum dñs iam elatũ ad portam ciuitatis. Lazarus iam senior ex monumento fetidus prodijt resuscitatus. Neq; omnino temere aut sine rationabili causa, qm̃ hi tres mortui in suis corporibus resuscitati, tipice resuscitationem animarũ pulcherime significant. Nam peccatores in triplici discrimine reperiunt. Quidam enim uoluntate tm̃ peccant. Quidam ẽt opere complent. Alij assuescunt peccare, ita ut ex peccatorũ sordibus feteãt. Primi generis peccatores designant per filiam Iairi. Itaq; pc̃m̃ mors animæ est, & cum primũ homo interius consensit per pc̃m̃, anima iam mortua est,& tñ adhuc in domo detinet,quia nondum erupit in opus. Atq; huiusmodi pc̃m̃ facilioris curationis est. Sicut aũt peccatum illud sola uoluntate committit,ita eadem sola deponitur. Quemadmodum si uirgo tm̃ uoluntate peccauit,rursus per pœnitentiam deus uirginale acq̃rere potest. Si aũt opere peccauerit, amplius iam non potest illud assequi. Ita qui tm̃ corde peccant. Sed ut saluator huiusce peccatores per grãm suam uiuificari posse ostẽderet, suscitauit archisynagogi filiam adhuc intra domũ paternam iacentem:quasi neq̃tiam de-

Marc.5. *Luc.7.* *Ioan. 11.*

Triplices peccatores per tres mortuos figurantur.

Isa.1. lictū in secreto cordis latentem. De qua dñs per Isa
Hiere.4 iam prophetam dicit. Auferte malū cogitationū
uestrarum ab oculis meis. Et per Hieremiam. Vsque
quo morabuntur in te cogitationes noxie? Rursus
Dauid in psalmo de huiusmodi peccatore mortuo
primi generis ait. Iniquitatem meditatus est in cu-
bili suo.

Secundi generis peccatores Alij uero peruersæ cogitationi inherentes post
consensum peccati labunť in opus exterius, q per
hunc nostrū adolescētem designanť, qui extra por
tam delatus est mortuus. Vt qđ latebat in secre-
to, iam appareat in publico. Et peccata sua erube-
scendo non abscondant, sed audatiores in malū fa
cti, ea imitanda alijs proponāt, de qbus Isaias. Pec
Isa.3. catum suū sicut Sodoma prędicauerunt nec abscō
Hiere.3. derunt. Et rursum ad hmōi peccatricem animam
loquiť dñs per Hieremiam. Frons meretricis facta
est tibi noluisti erubescere. De his aūt duobus pec-
Iacob.1. catorum generibus, Iacobus ait. Concupiscentia cū
conceperit, parit peccatum. Peccatū uero cū con-
sumatum fuerit, generat mortem. Prudenter itaq;
dñs peccatum cordis uoluit pudica illa duodeni
puella significare, & peccatum operis exprimere
Paulo robustiore adolescente, qui iam portatus e-
rat extra menia ciuitatis portæ animarū ipsi sunt
sensus externi, per quos anima a morte uulnerať,
Hiere.9 dicente propheta. Ascendit mors per fenestras ue-
stras: ingressa est domos uestras. Sed ut istis secun
di generis peccatoribus (si resipiscant, ostendať e-
tiam esse uia ad salutem, xp̄s iuuenem extra portā
ciuitatis delatū suscitauit. Quo designaret & eos
q peccatum exterius perpetrant, etiam per pœni-
tentiam uiuificari posse.

Tertij deniq; generis peccatores q assueuerunt

in peccatis,in illis indurati, per Lazarũ significantur,iam in sepulchro repositũ, obuoluto iam lapide consuetudinis praue, & fetore inueteratũ mali exempli,ita ut iam inde offendant homines.Isti nimirum q non solum cogitando,& interiori consensu,nec solũ illicita exterius ꝑpetrando peccãt. Sed ipsa etiam consuetudine peccandi,se quasi sepeliẽdo obruũt,& ex frequenti iteratione peccati labũtur in consuetudinem, ac assuefactionem peccãdi, & inde contrahunt quandam animi obduratione, ęgre ꝑfecto resuscitari possunt. Sicut in resurrectione Lazari infremuit spiritu dñs,& fleuit,respiciẽsque in cœlũ clamauit.Lazare ueni foras. Vsqueadeo difficultatem ostendens eoꝝ q in peccatis assuescunt resuscitari posse. Est.n.peccatoris sepulchrum ipsa ꝑdita consuetudo & animi obduratio contra quam sapiens ait. Qui mentis est dure,corruet in malũ.Et alibi. Cor durum male habebit in die nouissimo.Et iterũ in prouerbijs. Impius cũ in profundũ peccatoꝝ uenerit,contemnet,sed sequitur eũ ignominia & opprobrium. Et infra. Adolescens iuxta uiam suam ambulans, etiam cũ senuerit,non recedet ab ea. De his deniq; assuetis in peccatis,loquit Hieremias. Si mutare potest ethiops pellem suam,& pardus uarietates suas, ita & uos poteritis benefacere cũ didiceritis malũ. Tales erant & adulteri illi duo, quoꝝ alteri dixit Daniel. O inueterate dierum maloꝝ iam uenerũt peccata tua quæ operabaris prius. Nos tñ hic de nemine desperare debemus, qa quemadmodum xp̃s Lazarum adhuc fetidũ,iamq; quattriduanũ resuscitauit:ita quemlibet assuetum in peccatis, ut resurgat ꝑcipere potest. O igit dñe Iesu Christe rogamus te per immensam clementiam tuam,nostrũ quoq;

Tertij generis peccatores.

Prouer. 28

Eccli. 3.

Proue. 18.

22.

Hiere. 13.

Dan. 13.

digneris tãgere loculum grã sancta tua, quatenus resurgentes a peccatis, uiuamus iustitiæ per grãm tuam. Sicq; per absolutionem sacerdotis restituamur matri nræ ecclesię sanctę, hic per grãm, & in futuro per gloriam. Postremo subditur. *Et exijt hic sermo in uniuersam Iudeam de eo, & omnem circa regionẽ. Et nuntiauerunt Ioanni discipuli eius de omnibus his.* Hic tangit̃ utilitas ex dicto miraculo subsecuta in absentibus. Et primo existentibus in Iudea. Secundo, existentibus in regione uicina. Dicit ergo. Et exijt sermo .i. fama huius facti in uniuersam Iudeam de eo, & in omnem circa regionem .s. maritimam, Tiri, & Sidonis, Samarie, & Gerasenoꝶ. Et nuntiauerunt Ioanni discipuli eius de omnibus his. Nam pro magistro suo zelantes, xp̃o inuidebant. Ideo nuntiauerunt hæc omnia ei non simplici corde, sed inuidia stimulante, ut infra plenius dicetur.

Discipuli Ioãnis inuidebant Christo.

De quæstione Ioannis baptistæ: & de ipsius commendatione. Cap. XXXII.

Matt. 11.

CVM *autem audisset Ioannes in uinculis opera Christi, mittens duos de discipulis suis, ait illi. Tu es qui uenturus es, an aliũ expectamus?* Narrat Marcus euangelista Ioannem fuisse carceri mãcipatum, eo ꝙ adulterium Herodis grauiter arguebat, q fratris sui Herodiadẽ uxorem sibi iunxerat. Et dũ ita in carceribus tenebat̃ uinctus, discipulis eius quemadmodũ & ante, & post hęc uincula sui magistri, plurima ducebant̃ inuidia, magnaq; superbia aduersus Christum, qm̃ paulatim iam eius augebat̃ plusq; Ioannis gloria. Vnde fiebat ut xp̃m etiam non uerum crederent esse Messiam, ut Hieronymus ex gemina nitit̃ proba

Marc. 6.

re ratione. Nam ad dñm uenerunt dicentes. Quare nos & pharisæi ieiunamus frequenter, discipuli autem tui non ieiunant? Sed & Ioannes euangelista refert xp̃i discipulos uenisse ad Ioannem, eiq; dixisse. Rabbi, q erat tecum trans Iordanem, cui tu testimonium phibuisti ecce hic baptizat, & oẽs ueniũt ad eum: qa postea subdit euangelista. Iesus plures discipulos faciebat, q̃ Ioannes. Cum ergo iam uiduæ filiũ Christus in Naim ex morte resuscitasset, eaq; statim per uniuersam Iudęam fama disperge retur, uenerũt ad eum discipuli Ioannis, idipsum illi ex inuidia annuntiantes. Quæ omnia cum audisset Ioannes in uinculis, misit duos ex suis ad Christum quærens. Tu es qui uenturus es, an alium expectamus?

Matt. 9. *Ioan. 3.*

Quõ discipuli Ioan. ignorabãt Christum.

Sed nunqd Ioannes dubitabat Iesum esse Messiam, quẽ in utero adhuc matris agnouerat? Iuxta illud Helisabeth uerbũ. Ecce ut facta est uox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in utero meo. Cui reuelauerat spiritus sanctus super quem uideris spm̃ descendentem & manentem sup eum, hic est qui baptizat in spiritu sancto. Nunqd ipse non credebat eũ esse xp̃m in lege promissum, quem baptizauerat, sup quem spm̃ sanctũ descendentem uiderat, & quem uoce patris testãte audierat esse filiũ dei? Quin & ipse Ioannes testatus erat, q dñs maior erat, q baptizaturus esset in spiritu sancto & igni; & iã dixerat, ecce agnus dei, ecce q tollit peccata mundi. Nonne etiam uenientibus ad se discipulis, & multũ conquerentibus q xp̃s tam multos baptizaret, idem respondit. Illum oportet crescere, me aũt minui? Nonne insuper ille inq; multis iam modis xp̃o testimonium dederat, cum esse q expectatus tot fuisset retro seculis

Quot modis Ioãnes xp̃m agnoscebat.

Mesſiam? Quemadmodum & Ioannes in euangelij ſui ſtatim exordio, & apud eundem Chriſtus dicit, Ioannem teſtimonium dediſſe ueritati. Nunqd igitur dubitabat eum eſſe Chriſtum, & uerũ Meſſiam in lege promiſſum? Minime profecto. Sed ſi ſcire uolumus cur Ioannes miſit diſcipulos ſuos ad xp̃m, & ad quid, duplicem rñſionem audiamus.

1. Reſpõſio Gregorij. Primo reſpondet Gregorius in homelia præſentis euangelij ꝙ Ioannes id non requirit, quia eum eſſe mundi redemptorem dubitet, ſed ut ſciat, ſi is qui per ſe in mundum uenerat, per ſe etiam ad inferni clauſtra deſcendat. Ac ſi dicat. Manda mihi, quia ad inferna deſcenſurus ſum cito: utrum te etiam inferis debeam nuntiare, an alium ad hæc ſacramenta miſſurus es. Sic nanque exponit Hieronymus. Tu es qui uenturus es an alium expectamus. Hoc eſt, manda mihi qui ad inferna deſcenſurus ſum, utrum te & inferis debeam nũciare, qui nuntiaui ſuperis, an non conueniat filio dei ut guſtet mortem & alium ad hæc ſacramenta miſſurus es. Hoc omnino eſt quod dixit Gregorius. Sed in hoc differunt, quia ſecundum Hieronymũ, Ioannes, non quaſi ignorans interrogat. Et hoc melius ſonat.

Hierony. & Beda idem ſentiunt.

Aliter reſpondet Hylarius dicens. Ioannes non ſuæ ſed diſcipulorũ ignorantiæ conſulit, quos mittit ad Chriſtum, ut per hanc occaſionem uidẽtes ſigna atq; uirtutes eius, crederent in eum. Et magiſtro interrogante ſibi diſcerent, ut poſt mortẽ ſuã quam uicinam cognouit, Chriſto adhærerent, in quem habuerunt emulationem, & aliqd mordacitatis zelo ſui magiſtri. Vnde Auguſtinus qui in eadem eſt ſententia, ait. Ite, dicite illi (inquit Ioannes) non quia ego dubito, ſed ut uos inſtruã, qđ ego ſo-

Ideo dicere. Ab ipso audite. Audistis præconē, confirmamini a iudice. Chrysostomus insuper idē affirmat dicens. Ioannes in carcere sciens se esse iam in exitu cōstitutum, uolebat discipulos suos Christo adiungere, tanq̃ si prouidus pater moriens, filios suos consignet fideli tutori. Optabat.n.uiuens plenam fidem uidere discipulorum suorum, & absq; ulla dubitatione Christo credentes. Quemadmodū pater moriens, si uiderit filios suos bonis moribus ornatos & omni sapientia pfectos, quasi securus moritur, nihil de cętero timens. Ita Ioannes discipulos suos perfectos in fide Christi, ut iucundius moreretur esse optabat. Magis autē non sicut pater filios suos cōmendauit Christo quasi tutori, sed uelut pedagogus alienos filios quos ad tempus accepit ut erudiret, eruditos, uolebat Christo reddere, tanq̃ proprio patri. Ideo interrogat per discipulos suos non ut ipse instruatur, sed ut discipuli uisis operibus & miraculis, crederent in eum. *Secūda responsio Hylarij, Augustini, et Chryso.*

Ex his omnibus euidenter colligere possumus Ioannē misisse discipulos suos ad Christum hac de causa, ut dum adhuc erat in uita, discipuli sui ex testimonio Christi, ipsum esse Christum & uerum Messiam in lege promissum agnoscerent & crederent; Neq; alium ulterius expectarent. Verebat.n. ne post mortē suam quæ uicina erat, illi ut pote nimio affectu addicti, crederēt ipsum fuisse Messiam ac domino maiorem atq; sanctiorē. Sic.n.dum adhuc uiueret, non modico erga eum amore & affectu tenebantur, ut crederent ipsum, Christum esse, & omnium maximum. Neq; ipsi de se dicenti, non sum ego Christus, crederent. A quo errore uolens eos liberare Ioannes, misit ipsos ad dominum sciscitaturos non esset Messias, an alius adhuc esset *Quō discipuli Ioānis mittuntur ad xp̄m ut instruerentur.*

expectandus. In quo plane discipulis suis declarabat se non esse Messiam. Nam si fuisset, nõ misisset ut interrogarẽt alium, an esset Messias: an alius expectandus. Sed & eum ad quem illos mittebat se maiorem esse & sapientiorem, palam insinuabat. Quærit igitur nõ quasi dubitans, sed informationẽ nuntiorꝝ desiderans. Vnde & Christus multoties interrogauit q̃ utiq; non ignorauit, ut cum dixit de Lazaro, Vbi posuistis eum? Et ad Philippum. Vnde ememus panes ut mãducent hi? Et ad iudęos. Cuius est imago hæc, & superscriptio? Quãdoq;.n. interrogat homo ut instruatur, interdum ut instruat, crebro ut experiatur si aliquid sciat quod quærit. Aliquando ut alterius ignorantiam monstret. Ioãnes q̃siuit ut discipuli sui instruerentur. Ideo dixit. Tu es qui uenturus es, an alium expectamus? Idest tu es ille uenturus secundum dicta prophetarꝝ, & expectationem iudęorꝝ ad salutẽ mundi, ad regnãdum in æternũ, tam expectatus, tam desideratus. *Et respondens Iesus, ait illis. Euntes renunciate Ioanni quæ audistis & uidistis. Cæci uident: claudi ambulant: leprosi mundantur: surdi audiunt: mortui resurgunt: pauperes euangelizantur, & beatus est qui non fuerit scandalizatus in me.* Ecce quid audierunt discipuli Ioannis a Christo. Nõ illud profecto, Ego sum Messias quẽ expectabant uenturum, neq; est alius expectandus. Non dixit Christus, Ego sum magnus ille propheta in lege ꝓmissus, qui redempturus est mundum. Nõ dixit quippe, Ego sum filius Dei sub carne uellatus, sed corã eis cęcos illuminauit, claudos erexit, leprosos mundauit, surdos audire fecit, mortuos suscitauit, uel iam suscitatos ostendit, ut iam filiũ uiduæ: & pauperibus euangelizauit, ac opera illa Ioanni renuncianda mandauit. Non tam propter Ioannem q̃

Quõ Xp̃s nõ uerbis, sed operib' respondet.

propter discipulorum eius cōfirmationē, ut ex rebus ipsis intelligerent eum esse Messiam, & eū de quo Esaias ait. Dicite pusillanimes, confortamini & nolite timere. Ecce Deus noster ultionē adducet retributionis, Deus ipse ueniet & saluabit nos. Tūc aperientur oculi cęcorum, & aures surdorum patebunt. Tunc saliet sicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorum. Et eum de quo idem, paulo post, ille testatur dicens. Spiritus domini super me, eo quod unxerit me dominus, ad annunciandum māsuetis misit me, ut mederer contritis corde, & pdicarem captiuis indulgentiam, & clausis apertionem. &c. Non ergo ad uerba interrogationis respondebat Christus (ut Hieronymus ait) sed tantū signa ante oculos eorum ponit, & miracula q̄ illis loquantur, & respondeant, ut sic doctrina sua magis extra omnē esset suspicionem. Quis.n.nescit testimoniū quod ab ipsis datur operibus & factis longe esse efficatius, certiusq́ue, q̄ illud quod solis pręstatur uerbis? Ad haec itaque opera Christus nuncios illos consideranda prouocabat dicens. Renunciate Ioanni quae audistis & uidistis. Cęci uident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt. Haec nimirum illa mirabilia admirādi Dei opera, & magna per se erant, & efficatia, quae probarent hunc illum esse uenturum, nec alium esse quem expectarent. Hic enim erat ille Deus, & per hunc Deus mirabilia opera tāta operabatur. Quāobrem Christus miracula sua, Dei digitum appellauit. Namque, ut nos aliquid digito monstramus, ita miracula Christi Deum ostendebant. Ideo in euangelio Lucae: Si in digito Dei inquit dominus eiicio dęmonia, profecto uenit in uos regnum Dei. Malefici quoque apud Pharaonem dicebant. Digi-

[Margin notes: Esa.35. — 61. — Opus Xp̄i est digitus Dei. — Luc.11. — Exo.8.]

tus Dei est hic. Digito igitur miraculorum suorum Christus declarat discipulis Ioannis se, & Deum esse, & Messiam illum in lege promissum. Ite igitur & renunciate Ioanni quæ audistis & uidistis, oculata fide, Quasi diceret. Videtis me, agnoscite me, uidetis facta, agnoscite factorem. Cęcos illumino, mortuos suscito, pauperes ad fidem conuerto, & cætera facio, quæ me facturum prophetæ nunciauerunt. Ea opera quę ego facio, testimonium perhibent de me. Vnde si mihi nō creditis, operibus credite. Fiat collatio operum quæ me uidistis operari cum prophetarum oraculis, ut & me illum de quo dixerunt, esse euidentissime cognoscatis.

Enumeratis his miraculis, ad extremum Christus illud quoq; adiungit. Pauperes euangelizantur, hoc est euangelice suscipiuntur, ac uerbi Dei p̄dicatione docentur. Nam pauperes qui euangelizantur intelligendi sunt apostoli, euangelium prędicantes. Pauperes enim contemptibiles, & piscatores erant, de quibus Iacobus in canonica sua. Nōne Deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide, & hæredes regni, quod repromisit Deus diligentibus se? Ex quibus uerbis adiscere debemus iuxta pulcherrimam Hieronymi sententiam, nullam inter nobiles & ignobiles, inter diuites & egenos, in prædicatione esse debere distantiam: nec prædicatoris esse ut blandiatur diuitibus, ueritatem celans, cum tamen omnibus in cōmune dicere debeat, quæ & diuinam gloriam, & animarum contingunt fęlicitatem.

Pauperes qui euāgeliZātur apostoli nimirum.

Iacob. 2.

Cōcionatoribus documentum.

Sed quoniam Christus hęc miracula non tantū corporaliter, sed & spiritualiter operabatur, ideo mistice exponendo hanc partem euangelij: Cæci uident, dum Christo desuper radiante homines ab

ignorantia,errore,uel infidelitate purgantur. Surdi audiunt, dum rebelles uerbo Dei obediunt. Spiritualiter namq; duritia obstinate mentis, surditas appellatur. Leprosi mundantur,dum a uitijs gulæ atq; luxuriæ homines expurgantur. Claudi ambulant, dum pigri & instabiles, ad diuina efficiuntur feruentes. Claudicatio enim obliquitas affectionis,accidia uel nutatio mētis accipitur: iuxta illud Eliæ, dicentis ad filios Israel. Vsquequo claudicatis in duas partes. Vnde Apostol⁹ admonet dicēs. Rectos facite gressus pedibus uestris, ut non claudicans quis erret,magis aūt sanetur. Mortui quoq; resurgunt,dum impij pœnitent ad euangelij Christi prædicationem. Sed & pauperes euangelizantur, dum infirma & abiecta mundi, & ea quæ non sunt prædicantur tanquam a Deo electa,ut fortia & superba confundantur. *Spiritualis intellectus euangelij.* *Hebre.12.*

Deinde subdit. Et beatus qui non fuerit scandalizatus in me. Quibus uerbis rursus suam declarat diuinitatem. Nisi enim Deus esset,beati nō forent qui in eo nō offenderentur. Vnde Chrysostomus, pariter & Hieronymus asserunt, Christū hisce uerbis latenter tetigisse,& inter nuncios percusisse Ioānis,eosq; occulte arguēdo momordisse. Nā cū illi scādalum ꝓpter ipsum paterentur, passionē mētis eorum ita detexit,ut null⁹ huius rei testis esse posset, nisi cōscientia ipsorum qui sibi ipsis cōscij erant. Nec tamen incongrue intelligi potest etiam de generali illo scādalo, quod omnes passuros Christus una nocte prædixit. Et sic iuxta Gregorium illis uerbis palam hic mortem suam contumeliosam cōfessus est quasi diceret. Mirabilia quidem operor,sed cōtemptum pati non recuso. Multos autem in Christo scandalum passuros, etiam Simeon ille pater *Scādalum discipulorū Ioānis xp̄s detexit.*

Luc.2. prædixerat. Ecce hic positus est in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel, & in signum cui cõtradicetur. Et Petrus de Christo loquens ait. Vobis credentibus honor, non credentibus autem lapis offensionis quē reprobauerunt ędificantes, hic 1.Pet.2. factus est in caput anguli. Et lapis offensionis & petra scãdali, his qui offendunt uerbo, nec credunt in quo & positi sunt.

Sed pro maiori notitia non est ignorandum ꝙ quemadmodũ in Christo erat duplex natura, una diuina, & altera humana: ita in eo fuerunt quædam altissima, ut pote pręmemorata miracula, & alia ꝗ plura diuinitatis insignia. In eodem quoqꝫ fuerunt quædam humilima & abiecta, quoniam ipse esuriuit, cum esset homo, lassus fuit, irrisionem sustinuit, & tandem amarissimam pertulit mortē. Quã obrem nõnulli magnalia Christi pręcipue considerantes, cõcesserunt eum esse uerum filium Dei, sed non hominem. Hi.n. ex magnificentia Christi scandalizati sunt. Alij uero tantum abiecta Christi animaduertẽtes, ut ꝙ mortalis fuit, ꝙ expauit, tristis fuit, & cruci affixus est, ipsum esse filium hominis, & non Dei, arbitrati sunt: qui ex ipsius humilitate scandalum passi sunt. Sicqꝫ nũc loquitur Christus, tanꝗ dicat. Beatus est q nõ fuerit scandalizatus in me, hoc est, ille qui uisis miraculis credit me esse Christum filium Dei, & deinde tormentis & aduersitatibus inspectis, non discedit a maiestate fidei, sed stabilis manet in fide & charitate, beatus est. Talis tẽpore passionis dicitur fuisse uirgo Maria, non autem Apostoli, quibus dixit Saluator. Omnes uos scandalum patiemini in me nocte ista. Prædictis igitur uerbis ut supra dictum est tetigit Christus Ioannis discipulos, qui scandalizati fue-

Duplex in xpo natura, duplicia opera arguit.

runt in eo. Ex quibus etiam manifeste cõstat Christum non directe respondisse ad uerba Ioannis interrogãtis, sed opera sua ei referri iussisse, quatenus ex illis miraculosis effectibus, Ioannes suis discipulis palam insinuaret Iesum esse Christum & uerum Messiam in lege promissum. *Illis autem abeuntibus, cœpit Iesus dicere ad turbas de Ioanne. Quid existis in desertum uidere? arundinem uento agitatam?* Christus Ioannẽ ex quattuor cõmendat. Primo a constantia fidei & stabilitate mentis, dum ait. Illis autem. s. discipulis Ioannis abeuntibus uidelicet a Christo, & reuertentibus ad Ioannem dixit ad turbas. Quid. i. qualem uirum existis in desertum, ubi Ioannes morabatur uidere. s. ante eius incarnationem. Arundinẽ uento agitatam? Idest hominem leuem, instabilemq;. Similem arundini seu calamo quem uentus in omnem partem impellit & faciliter mouet, quasi Ioannes ex animi leuitate, nunc dubitet de me, qui antea dixerat. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Existis inquam uidere arundinem uento agitatam? Quasi dicat. Nõ fuit mobilis Ioannes sicut arundo, ut leuitate mentis & fidei de domino ambigeret, quem antea prædicauerat. Sed ita constans, q nec timore nec fauore a ueritate declinabat. Non fuit arundo Ioannes, sed columna. Siquidem uentis non mouebatur, nec prosperis erigi, nec aduersis inclinari nouerat. Sed inter aduersa & prospera imobilis permanebat, seruans tam in aduersis patientiam, q̃ in prosperis humilitatem. Non quatiebatur timore, nec flectebatur adulatione. Sic inimicos & amicos diligebat, ita potentes & impotentes arguebat, ut arundo uento agitata Ioannes non esset: quem a statu suæ rectitudinis nulla rerum uarietas inflectere posset. Erat

Prima Ioãnis cõmendatio.

Q̃uo Ioannes non erat arũdo.

enim (ut inquit Salomon) iustus, quasi fundamentum æternum. De calamo, Chrysostomus ait. Calamus est uacuus, nullam habens in se uirtutem, ideoq; qualis uis uentus leuis flauerit super eum, huc & illuc flectit eum. Sic & homo carnalis in quo fidei nulla est medulla, & uirtus ueritatis non inuenitur in eo. Qualiscunque tentatio uenerit, curuat eum. Ideo Gregorius ait. Discamus ergo fratres arundinem uento agitatam non esse. Solidemus animum inter auras linguarum positum stet inflexibilis status nostrę mentis, nulla nos detractio ad iram prouocet, atq; ad remissionem inutilis gratię, nullus fauor inclinet, non nos prospera eleuent, non aduersa perturbent, ut qui soliditate fidei figimur, nequaquam rerum transeuntium, mutabilitate moueamur. &c.

Calamus assimulatur uiro carnali.

Secundo, cōmendat eum Christus ab austeritate uitæ, & pœnitentiæ: quia non fuit mollibus uestitus, nec delitijs usus. Vnde sequitur. *Sed quid existis uidere? Hominē mollibus uestitum? Ecce qui mollibus uestiuntur, in domibus regum sunt.* Homo mollib⁹ uestitus, homo delicatus, mollis, & effeminatus, & qui exteriore ornatu gloriam suā metitur, Ioannes nō erat. Mattheus. n. clare testatur eū habuisse uestimentū de pilis camelorū, & zonā pelliceam circa lūbos suos: Escā quoq; illi fuisse locustas, & mel syluestre. Qui sane uestitus tāto fuit homine dignissimus, de quo sic loquutus fuerat angelus dñi. Peribit ante illū. s. Christū, in spiritu & uirtute Elię, ad pparandā dño plebē perfectā. Namq; & de Elia legimus in libris

Cōmendatur Ioānes in austeritate uitæ.

4. Reg. 1. Regū, interrogasse regē Ochoziam cuius figurę & habitus esset uir ille qui occurrit uobis, & locutus est uerba hæc. At illi dixerunt. Vir pilosus, & zona pellicea accinctus renib⁹, Qui ait Elias Thesbites

est.

est. Merito itaq; Christum præcessit Ioãnes in spiritu, in uestitu, & uirtute Eliæ. Sed animaduertendum est Christum nos docere (ut inqt Gregorius in Homilia præsentis euãgelij) neminem existimare debere in luxu atq; studio preciosarũ uestiũ, pec catum deesse. Qm̃ si hoc culpa non esset, nullo mo do Ioãnem dñs de uestimenti sui asperitate laudasset. Si culpa hoc non esset, nequaq; Petrus apostolus per epistolam feminas a preciosarũ uestium appetitu compesceret dicens. Non in ueste preciosa &c. Quo habitu uestiebat diues ille, quem quotidie purpura indutũ fuisse & bysso, euangelica testatur historia. Quanuis in hac re quoq; & similibus, notabilis est regula, quam diuus August. assignat, dicens. In omnibus talibus, non usus rerũ, sed libido mentis in culpa est. Hierony. insuper hic docet ostendi rigidam uitam & austeram, ac concionatorem quemlibet, uitare debere aulas regũ, & mollia hominũ pallacia declinare. Ad instar Ioannis, q in deserto morabatur, ut austeram uitam duceret, tum ex loco, tum ex uictu & uestitu. Propter quod subdit. Ecce qui mollibus uestiunt, & delitijs utunt, nõ in deserto, sed in domibus regũ sunt, ubi uita delitiosa agitur. Et congrue dicit in domibus regũ, non pontificũ: ut palam insinuet, pontifices ac omnes ecclesiæ prelatos ueste simplici & religiosa indui debere, non molli, & preciosa.

Gregorius contra Incatum perfiuũ ornatum.

1. Petri. 3.

Tertio, commendat saluator Ioãnem ab excellentia personæ & claritate notitiæ cum subdit. *Sed quid existis uidere? Prophetam? Etiam dico uobis, et plusquã prophetam.* Ioannes, propheta qdem fuit: quia Christum præuidit & predixit, quẽadmodũ & alij prophetæ fecerunt. Sed non tm̃ propheta, uerũ & archipropheta appellat a dño. Eo q non tm̃ de præ-

senti, sed simul de præterito, pariter & de futuro uaticinatus est. Quũ enim dixit, Ecce agnus dei, ecce q tollit peccata mundi, de præsenti qdem prophetauit. Quum aũt subiunxit, Qui post me uenit, ante me factus est, de præterito spm̃ propheticum ostendit. Cognouit enim xp̃m priorem se quo ad naturam diuinam, tp̃e uero, posteriorem: secd'm humanitatem. Deinde quũ addidit, Ipse enim saluũ faciet populũ suum a peccatis eorũ: ex spiritu prophetico futura prædixit: salutemq́ uenturã omni populo credenti, annũtiauit exacte. Forte hęc fuit potissima ratio, cur dixit xp̃s: Quid existis uidere? prophetam? Etiam dico uobis, & plusq̃ prophetam. Sed præter hanc rationem, alij septem rationes assignant, qbus Ioannem fuisse archiprophetam, pulcherime ostendere nitunt̃. Primo, quia a deo per angelũ prophetatus fuit. Secũdo, qa in utero matris, prophetare cœpit. Tertio, qa filius prophetarum fuit. Quarto, quia xp̃m a se & ab alijs preuisum, digito demonstrauit, quod alij non fecerunt. Nam (teste Gregorio) prophetæ officium est uentura p̃dicere, sed non ea digito demonstrare. Quinto, qa maior cęteris prophetis. Nam prophetæ dñm uenturum prænuntiarunt, quem desiderantes non uiderunt. Huic autẽ præstitum est quod illi q̃sierunt. Sexto, quia priuilegiũ prophetandi pariter & baptizandi accepit primo, ut suũ & p̃phetarum dñm baptizaret. Septimo, quia proximior xp̃o fuit, & pœnæ cum ipso uenit: teste Chrysostomo, qui ait. Omnes qdem prophetæ ante faciem Christi transmissi sunt: solus aũt Ioãnes sic missus est ante faciem xp̃i, ut pœnæ cum Christo ueniret. Multæ qdem stellæ ante lucem præcedunt nuntiãtes lucis aduentũ, nulla tñ earum luciferi nomẽ ha-

Cur Ioan. dictus est archipropheta.

Ioãnẽ fuisse archipropheta͂ alijs rationibus ostẽditur.

bere meruit, nisi una tm̃, quæ cũ ipsa luce nobis apparet. Ita omnes prophetæ ante faciẽ Christi præcedunt ipsius aduentũ annunciantes, solus aũt Ioãnes precursor est appellatus, qa non solum aduentum eius annuntiat quinimo & illũ digito demonstrat, dicens. Ecce agnus dei &c.

Quarto commendat xp̃s Ioannem ab auctoritate doctrinæ & officij dignitate cum subdit. *Hic est enim de quo scriptum est. Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui preparabit uiam tuam ante te.* Angelus qdem Ioannes appellat̃, non natura, sed dignitate officij. Angelus enim idem est ꝙ nuntius, quẽ deus ipse misit ante faciẽ xp̄i præparare uias eius. *4. commẽdatio Ioannis.* Fuit enim ante Christũ annuntiatione, quũ sex septimanis ante sit annuntiatus Zachariæ, ꝙ̃ Christus Mariæ. Missus deinde est ante xp̄m in natiuitate, qa Ioannes æstate, Christus demũ hyeme natus est. Missus est insuper in morte ante xp̄m ad lymbum patrũ Christo enim magna miracula operante Herodes dixit pueris suis. Hic est Ioannes baptista, ipse surrexit a mortuis. Rursus, quattuor præcipue uias Ioannem pręparasse Christo dicit̃. Primo uiam cognoscendi eũ pp testimonium qđ illi exhibuit, dicente euangelista Ioanne. Hic uenit in testimonium, ut testimoniũ perhiberet de lumine. Secundo in baptismate uiam xp̄o parasse dicit̃. Hic enim est q primus baptizare cœpit, hominesꝗ *Ioan. 1.* baptizare paulatim in consuetudinem adduxit, ut ne deinceps baptisma xp̄i respuerent. Ideoꝗ clamabat, sicut apud Matthæũ scribit̃. Ego baptizo *Matth. 3.* uos in aquam in pœnitentiam. Qui aũt post me uẽturus est, fortior me est, ipse uos baptizabit in spiritu sancto & igni. Tertio in prædicatione pœnitẽtię. Sicut enim prędicare cœpit Ioannes, pœniten-

Quot uias prapara- uit Ioan. Christo. tiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorꝝ: ita & xp̄s cum audiſſet Ioannem uinctum, uenit in Capharnaū ibiq; incipiens prædicare dixit. Pœni tentiam agite. &c. Quarto, in confeſsione quoq; uiam xp̄o præparauit Ioannes. Erat enim (ut Marcus refert) in deſerto baptizans & prædicans baptiſmum pœnitentiæ in remiſsionem peccatorꝝ.

Marc.1. Et egrediebatꝰ ad eum omnis Iudeæ regio, & hyeroſolimite uniuerſi & baptizabanꝰ ab illo in Iordanis flumine, confitentes peccata ſua. Dixit ergo Chriſtus. Hic eſt enim. ſ. Ioānes de quo ſcriptū eſt

Malach.3. per Malachiam prophetam. Ecce ego deus mitto angelū, hoc eſt nuntium, uel angelum meum. i. hominem conuerſationis angelicæ. Erat qppe angelus, tū propter officij dignitatem, qa nuntius. Officium enim angelorꝝ eſt archana pandere. Nam ſicut angelus Gabriel natiuitatem ſaluatoris uirgini annuntiauit, Ioſeph, paſtoribus, & magis: ita Ioannes palam illū toti mundo reuelauit. Tum ſecūdo

Cur Ioan. dicitur angelus. propter uitæ angelicę puritatem, uirginitatem, & contemplationem, quam in ſolitudine duxit. Et ut ſummam uirtutem commendationis eius dn̄s breuiter complectatur, ſubinfert. *Amen dico uobis, non ſurrexit inter natos mulierum maior Ioanne baptiſta.* Nonnulli hanc particulam euangelij exponentes aſſerūt ſignanter xp̄m dixiſſe, inter natos, non natas, ne uirgini matri xp̄i preferri uel equari quo ad ſanctitatem quæ intelligiꝰ prelata eſſe omnibus ſanctis, &

1. expoſitio poſt xp̄m ſanctior fuit uniuerſis. Dicit etiam mulierum, non uirginū, ne Chriſto comparari uideaꝰ, qa mulier ibi, non ſolū ſexum, uerumetiam corruptionem ſignificat, ſcd'm quem modū beata uirgo mulier non fuit. Et ſi mulier interdū in euangelio nuncupatur ibi mulier pro femina et ſexu ponitur. Sed

hæc expositio (ut mihi uidetᷣ) non recte consonat li
terç. Nam (ut grammaticis placet) masculinum ge
nus concipit femininũ, quare cum inter natos di-
xit, tam de uiris q̃ de mulieribus intellexit. Alij ue
ro eandem particulam exponentes uim faciunt su-
per hoc uerbo, surrexit. Quod dici non potest, nisi 2. exposit.
de eo q prius cecidit, & postea surgit. Ideo id sal-
uatoris dictũ sic interpretant. Inter natos mulierũ
idest inter eos q in originali peccato concepti sunt
non surrexit maior Ioanne baptista. Christus autẽ
in peccato non cecidit, ergo ipso, Ioannes maior
non est. Cum igiᷣ beatissima uirgo Maria eodem
Ioanne baptista maior quoq; sit, ipsam in peccatũ
originale non cecidisse necessario constat. Quare
ex his uerbis, tam Christum quàm uirginem ma-
trem excludere debemus.

Potest etiam aliter exponi & forte melius, refer- 3. expositio
rendo commendationem, nõ ad omnes homines,
sed ad quemlibet prophetarum, ut sit sensus. Inter na
tos mulierũ, nullus propheta surrexit maior Ioan-
ne baptista. Constat namq; Christũ secundum Lucam
dixisse. Dico enim uobis, maior inter natos mulie- Luc, 7.
rum propheta Ioanne baptista nemo est. Quã par
ticulam tacuit Matthęus. Et licet secundum sensum lit-
teralem inter prophetas nullus sit Ioanne baptista
maior, non tñ cæteris prophetis & patriarchis, cũ
ctisq; hominibus prçfert hic Ioãnes, sed equatur,
uel nullus ei anteponit. Non enim statim sequit ut
si alij eo meliores non sint, ille maior sit alijs. Vnde
Chrysosto. Scriptura quidem non dicit Ioannem Quõ Ioan.
maiorẽ esse cçteris sanctis, sed cçteros sanctos non est maior
esse maiores Ioanne. Coequauit enim cçteris non prophetis.
prçposuit. Hoc testimonio de Ioanne prolato xp̃s
ostendit se esse deũ ac iudicem hoium, aliter nõ iu

Prouer.16. dicaret, nullũ prędictorũ Ioanne maiorem, quoniam teste Salomone spirituũ põderator est dñs. Propter quod stultum est disputare de comparatione sanctorum quis maior sit alio, nisi quantũ ex scripturis elicitur. *Qui autem minor est in regno cœlorum, maior est illo;*

Altera hęc particula etiam multipliciter exponitur.

1.expositio Primo, de sanctis & comprehensoribus in patria ut sit sensus. Infimus beatorum seu comprehensorũ in regno cœlorum.i.in patria, maior ac perfectior est Ioanne baptista. Quoniam clarius uidet & ardentius diligit deum quilibet comprehensor, quam aliquis purus uiator. Pręmium quippe excedit meritũ, nec potest perfectio uię equari perfectioni patrię. Nam secundum Dyonisium, supremũ ordinis inferioris infimũ superioris ordinis attingere minime potest, quamuis illius perfectionem multũ propinquet. Veruntamen Ioannes, & alij quamplurimi uiatores in dispositione propinqua aliquibus beatis maiores fuerunt, quoniam tanti meriti extiterunt, quod amplior eis fœlicitas debebatur, quam multis sanctis in patria. Sed quia tũc temporis quando Christus hæc protulit uerba sancti non

Ioan.3. erant in cœlo nisi solus xps secundum quod ait: Nemo ascendit in cœlũ nisi qui descẽdit de cœlo filius hominis qui est in cœlo: Ideo non de hominibus, sed de angelis rite intelligi potest: ut sit secundus sensus. Qui minor est in regno cœlorum.i.infimus angelo-

2.expositio rum, maior ac dignior est secundum naturam Ioãne baptista. Perspicuum est enim angelicam naturã altiorem, excellentiorem ac digniorem esse (quantũ ad essentialia) humana natura. Sicque his uerbis, xps excludit errorem dicentiũ Ioannem fuisse angelũ incarnatum. Ideo ueritas quæ Ioannem, angelũ appellauit id intelligi uolens rõne officij non naturę, asserit minimum angelorum maiorem Ioanne.

At quia multa est Ioannis cũ filio dei collatio, 3. expositio
Ideo scd'm Chrysosto. ut copia laudum Ioannis, Iudæis occasionem non daret pferrendi Ioãnem Christo, subdit distinguendo excellentiam xpi ab excellentia Ioannis dicens. Qui aũt minor est. s. ętate & multorũ opinione in regno cœlorũ, idest in ecclesia sanctorũ militante, maior est illo. s. dignitate & maiestate. Quod ad xpm refertur, q in ecclesia militante minor fuit Ioanne hominũ reputatione, & natiuitate posterior, atq; humilitate profundior, tñ maior est illo, quemadmodũ idem fatetur baptista dicens. Qui de cœlo uenit, sup omnes est. Et rursum. Illum oportet crescere, me aũt minui.
Non in dubiũ igit uertitur quis sit iste minor in regno cœlorũ, quia constat ipsum esse Messiam. Qui quanuis natura gr̃a, & dignitate sit maximus, est tñ officijs minor, iuxta illud euangelij. Quis maior est, q recumbit, an qui ministrat? Nonne q recumbit? Ego aũt in medio uestri sum, sicut q ministrat. Et rursus. Filius hominis non uenit ministrari sed ministrare, & animam suam dare in redemptionẽ pro multis. Est itaq; sensus scd'm litteram, q ille q in regno cœlorũ iam inchoato a diebus Ioannis baptistę est minor officijs, q officia minoris & humilitatis exercet est maior illo. Et si xps uerus Messias in lege pmissus maior est Ioanne baptista, non ne uirgo Maria deo fęta quæ dñm cœli & terrę peperit, surrexit Ioanne maior? De hoc nõ est dubiũ. Nam sicut ipse simpliciter est sup omnes natos & natas: sic post eũ, ipsa quæ est dei arca sup omnes est & natos & natas. Nam cętere mulieres etiam corrupte, solũ hominũ fuerunt arcę, ipsa uero intacta, illesaq; uirginitate arca dei & solius dei, qa solus deus iuxta Ezechielis uisionem ingressus est p Ezec. 44.

Quõ Christus est minor & maior Ioanne baptista.

eam. Et Ioannes solũ amicus sponsi, ipsa uero mater sponsi & in ecclesia illi proxima. Cum ergo dominus dicit, inter natos, etiam natas comprehẽdit quare id uerũ est de prophetis tm̃, & prophetis q̃dem ueteris legis, inter quos nullus surrexit maior Ioanne, quia ipsi solum prophetæ fuerunt, Ioannes autem archipropheta.

In commendatione etiam Ioannis sic pulcherime loquit̃ Bernar. Ioannes ubique maior in omnibus singularis, mirabilis sup omnes. Quis sic gloriose annũtiatus est? Quis sic specialiter in matris utero spiritu sancto legit̃ fuisse repletus? Quem legistis intra matris uterum exultasse? Cuius natiuitatem uidisti ecclesiam celebrare? Quis sic puer heremum concupiuit? Quis ita sublimiter legit̃ conuersatus? Quis pœnitentiam & regnum cœloꝝ primus ostendit? Quis regem gloriæ baptizauit? Cui se primum trinitas sic apte reuelauit? Cui tale testimonium phibuit dñs Iesus Christus? Quem sic honorauit ecclesia? Ioãnes patriarcha, immo patriarchaꝝ finis & caput. Ioannes ꝓpheta, immo plusq̃ propheta: quia quem uenientem nuntiat, digito demonstrat. Ioannes angelus, sed & inter angelos electus, saluatore attestante cum dicit. Ecce mitto angelum meum. &c. Ioannes apostolus, sed & apostoloꝝ primus & princeps, quia fuit homo missus a deo. Ioannes euangelista, sed & euangelij primus inceptor prędicans euangelium regni. Ioãnes uirgo, immo uirginitatis norma, pudicitiæ titulus, castitatis exemplum. Ioannes martyr, sed & martyrij lumen, inter natiuitatem siquidem mortemq̃ Christi constantissima forma martyrij. Ipse uox in deserto clamantis præcursor iudicis pręco uerbi. Ipse est Elias usque ad quem lex & prophetæ, lu-

Bernar. in commẽdatione Ioannis.

cerna ardens & lucens, amicus sponsi, sponsæ præparator. Silentio transeo cætera: sic nouem ordinibus angelorum insertus est, ut etiam ad Seraphin apicem transferatur. *A diebus autem Ioannis Baptistæ usq; nunc regnum cœlorum uim patitur, & uiolenti rapiunt illud.* Vbi nunc extant Lutherani, qui oblatrantes clamant, sola fide iustificamur, sola fide saluamur, sola fide quilibet regnum cœlorum acquirit, Christus satisfecit sufficientissime pro omnibus peccatis nostris, subijt mortē, omnia purgata sunt in sanguine Christi, sufficit credere, frustra sunt opa legis, &c. Sed si regnū cœlorum uim patitur, uiolentiaq; acquiritur, quō sola fide saluamur? Fides.n. nullam uiolentiam infert, sed opera uirtuosa quæ carni aduersantur. Facile est credere, difficile operari. Non igitur sola fide, sed fide & operibus bonis regnū cœlorum acquiritur. Quid est.n. dicere a diebus Ioānis Baptistę.i. ab exordio prædicationis eius regnum cœlorum.i. uita beata, gloria sanctorum uim patitur, nisi per uiolentiam quandam acquiri prædicatur? Nempe Ioannes primo sic legitur p̄dicasse, pœnitentiam agite, quia appropinquabit regnū cęlorum. Sed pœnitentiam agere est sibi ipsi uiolentiam nō modicā facere, affligendo & reprimendo seipsum. Non ergo sic intelligendum est quasi ante Ioannis prædicationem potuerit quispiam regnum cœlorū mereri sine tali uiolentia uel pœnitentia: sed quia ante non docebatur aperte, quod huiusce regnum taliter acquireretur. Iam enim uenerat Christus aperire illud.

Aduersus lutheranos

Quō regnum cœlorum uim patitur.

Deinde subdit. Et uiolenti rapiunt illud.i.q contra carnis cōcupiscentias cunctaq; uitia efficaciter pugnant, rapiunt illud pro pręmio sui certaminis, iuxta illud Apostoli. Bonū certamen certaui, cur- *2. Thim. 4*

sum consumaui, fidem seruaui. Ideoq; reposita est mihi corona iustitiæ, quem reddet mihi dñs. &c.

Galat.5. Violenti sunt ergo qui Dei amore, desiderioq; felicitatis æternæ, seipsos quottidie mortificant carnẽ suam cum uitijs & concupiscentijs crucifigentes, qui dicere possunt cum propheta. Propter uerba labiorũ tuorũ, ego custodiui uias duras. Et cum Apo

2.Cor.7. stolo. Nullã requiem habuit caro nostra, sed oẽm tribulationẽ passi sumus. Foris pugne, intus timo-

Hierony. res. Vnde Hieronymus. Grandis est uiolentia nos in terra genitos esse, & cœlorũ sedem quęrere, possidere per uirtutem quod nõ possumus per naturã.

Ambro. Ambrosius quoq;. Vim faciamus regno cœlorum. Omnis.n. qui uim facit, uehementi studio properat, non torpendi lentescit affectu. Et ideo uim facimus naturæ, ut non terrena, sed cœlestia intueatur.

Grego. Grego. insuper. Cum peccatores ad pœnitentiam redeunt, quasi in locũ alienum intrant, & uiolenter regnum cœlorũ rapiunt. Omnipotens.n. Deus ut rapiamus uult per pœnitentiam a nobis talem uiolentiam perpeti. Nam regnum cœlorũ rapi uult nostris fletibus, quod nostris meritis non debetur.

Bernar. Bernar. deinde. Quidam regnũ Dei mercantur, ut qui opera misericordię exercent. Quidam furãtur, ut qui occulte plorant, & pœnitentiam agunt. Quidam compelluntur intrare, ut qui nõ uoluntate sed necessitate quapiam sunt pauperes. Quidam rapiunt, ut qui propria uoluntate corpore & spiritu

August. pauperes efficiuntur. August. præterea. Si quæris quomodo regnum cœlorum rapitur, quibus meritis, quibusue auxilijs, audi. Res ista posita est in potestate facientis, quoniam regnum cœlorum o homo aliud non quærit precium, nisi teipsum. Tantũ ualet quantum habes. Da te, & habebis illud.

Quid turbaris de precio? Christus semetipsum tra didit, ut te acquireret regnum Deo patri. Ita temet ipsum da, ut sis regnum eius, ut non regnet peccatum in tuo mortali corpore, sed Christus in acquisitionem uitæ. Eusebius denique. Non sine uiolentia fieri potest, ut unusquisque iracundiam patientia, superbiam humilitate cõmuttet, amore paupertatis & indigentię affluentiam superet, uiolentiã sobrietate, luxuriam castitate cõmuttet, & homo subito in uirum alterũ transmutetur, & sic a talibus regnũ cœlorum per uiolentiam dirripitur. &c. *Euseb.*

Sed quid opus est, in testimonium ueritatis, tot sanctorum patrum auctoritatibus uti? Apostolus enim Paulus scribens Romanis, Corinthijs & alijs docet nos quanta uiolentia rapitur regnum cœlorum dicens. Humanum dico propter infirmitatem carnis uestræ. Sicut enim exhibuistis membra uestra seruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra uestra seruire iustitię in sanctificationem. Quem ergo fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorum mors est. Stipẽdia enim peccati mors. Et infra. Fratres debitores sumus non carni, ut secundum carnem uiuamus. Si enim secundum carnem uixeritis, moriemini. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis. Rursus. Obsecro uos itaque fratres per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuentem, sanctam, Deo placentem. Et ad Corinthios. Ego igitur castigo corpus meum & in seruitutem redigo, ne forte cũ alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Iccirco exhibeamus nos sicut Dei ministros, in ieiunijs, in uigilijs, in castitate, in multa patientia, in tribulationibus, in angustijs, in plagis, in carceribus, in labo- *Roma. 6.* *Roma. 8.* *Roma. 12.* *1. Cor. 9.* *2. Cor. 6.*

Galat. 5. ribus. &c. Ad Galathas proinde. Caro enim concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem. Hæc enim sibi inuicem aduersantur, ut nõ quæcunque uultis, illa faciatis. Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum uitijs & concupiscentijs.

Ecce qualiter docemur a Paulo nobis inferre uim ac uiolentiam non modicam, corrigereque corpus & carnem, ieiunijs, orationibus, abstinentijs, castigationibus, carceribus, laboribus, & huiusmodi. Ecce quomodo palam insinuatur opera bona, uirtuosa, ardua, & difficillima aggredi necesse esse, quæ carni & sanguini contrariantur, ut regnũ cœlorum acquiratur. Nimirum qui affligit propriam carnem, qui ad oris confessionem se præparat, qui conteritur, qui propositum dimittendi peccata habet, qui proponit ieiunare, remittere iniurias, restituere mala ablata, uiolentiam quandam sibi ipsi infert. Igitur regnum cœlorum uim patitur, & uiolenti rapiunt illud: per ueram cordis contritionem, & corporis pœnitentiam. Dominus enim præcipit, non mechaberis, non furtum facies. Spiritus uult, caro repugnat. Rursus. Christus mandat, diligite inimicos uestros, benefacite his qui oderunt uos. Sed huic præcepto, caro & sanguis aduersantur. Oportet igitur eis non modicam uiolentiam inferre, ut domino obediamus dicenti. Si uis ad uitam ingredi, serua mandata. Non ergo delitijs & amenitatibus, diuitijs & honoribus superna regna capiuntur, nec sola fide (ut impij lutherani fatentur) sed sudoribus & agonibus in expugnatione uitiorum, in acquisitione uirtutum. Nõ enim delicatis cibis & potibus, sed laboribus uitium superatur. Nec diuinis coronatur in castris, nisi qui

Auctor concludit propositum.

Contra lutheranos.

legittime certauerit,& in certamine uicerit. Aut regi post laborem, laboriosam non exhibuerit seruitutem. Hinc dominus in euangelio. Qui amat animam suam perdet eam. Et qui odit animam suam in hoc mundo, in uitam æternam custodit eam. Et alibi. Qui uult uenire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam & sequatur me. Ideo multi eunuchi spiritualiter se castrauerunt, propter regnum cœlorum. Inde sequitur. *Omnes enim prophetæ & lex usque ad Ioannem prophetauerunt.* Omnes quippe prophetiæ & lex quæ de Christo erant, usque ad Ioannem & Christum durauerunt, quia hi duo quasi contemporanei fuerunt. Ex tunc enim cessarunt legalia, & uaticinia prophetarũ. Non q̄ tunc lex & prophetia fuerit annihilata, immo impleta, & imperfectio ipsius ammota, quia tunc temporis incepit manifestari perfectio euangelicæ legis. Ioannes enim initium fuit euangelij, & terminus legis & prophetarum. Lex namq; & prophetia ibidem dicitur habere finem, ubi id quod figurauerat & prophetauerat adimpletur. Nam usque ad Ioannem lex & prophetę figurant & promittunt: sed ex tunc quæ antea figurata & promissa succedunt. Quem enim lex & prophetæ uenturum prædixerant, Ioannes uenisse ostendit dicens. Ecce agnus Dei. &c. Quid est ergo dicere, omnes enim prophetæ & lex usque ad Ioannem prophetauerunt: nisi Ioannes prophetiam clausit & ueterem legem? Sed quam prophetiam? Certe ueterem. Nam in Christo incepit lex noua, & noua prophetia. Et de prophetis nouę legis, Christus ait. Ecce ego mitto ad uos prophetas & sapientes, & scribas, & ex illis occidetis & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in synagogis uestris. Et de prophetia

Ioan. 12. *Matth. 19.* *Ioãnes initium euangelij, & finis legis.* *Matth. 23.*

Thessa.5. noua dicit Apostolus. Spiritum nolite extinguere, prophetias nolite spernere. Paulus insuper & Ioannes prophetæ fuerunt, & Agabus, quattuorque filię Chryso. Philippi. Vnde Chrysostomus concludit. Ergo finis promissionis Ioannes est. Si autem finis promissionis est, initium beatitudinis ipse est. Quæcunque enim promissa sunt, ex illo autem non promittuntur futura, sed ea quæ promissa fuerant adimplentur. Et quę sperauerunt antiqui patres nunc leti possident in cœlo. Deinde subdit dominus. *Et si uultis recipere, ipse est Elias qui uenturus est. Qui habet aures audiendi audiat.* Vltima cõmendatio Ioannis est, quod ipse est Elias. Non in persona, sed in spiritu. Non per essentiam, sed per similitudinem quandam, quemadmodum quidam dixerunt Christum esse Hieremiam: alij Eliam. Et Christus per similitudinem uocauit Iudam diabolum. Dicitur ergo Ioannes Elias, tum primo, quia uterque heremita, uterque simillibus uestibus utens, uterque præcursor, pręcoque iudicis, uterque ardentissimus iustitię zelator, rigorosus, strenuus, & imperterritus. Tum secundo, quia sicut Elias corripuit Achab & Iezabel, ac regem Ochoziam, sic Ioannes, Herodem & Herodiadem. Vnde de Ioanne prædixerat angelus. Ipse præcedet ante illum in spiritu & uirtute Eliæ. Tum tertio, quia quemadmodum Elias uenturus est in fine seculi ut secundum Christi aduentum præcedat. s. ad iudicium: ita Ioannes primum suum præcessit aduentum, iuxta illud Malachiæ prophetæ. Ecce ego mittam uobis Eliam Thesbiten antequã ueniat dies domini magnus & terribilis. Sed quia hæc uerba quibus dictum est Ioannem esse Eliam, prudentem intellectum prærequirunt, & non modicam intelligentiam: Ideo Christus adiecit.

[Margin: Quo Ioannes est Elias. — 3. Reg. 18. 19. — Malach. 3.]

Qui habet aures cordis audiendi.i.intelligendi, audiat.i.sapienter intelligat Ioannem esse Eliam in spiritu,non in persona.Rursus.Qui habet aures audiendi audiat & intelligat duplicem esse Christi aduentum.Primum in carne,quem præcessit Ioannes. Alterum uero ad iudicium,ante quem missurus est Elias. Et de unoquoq; loquitur Malachias.

De increpatione & condemnatione iudæorum infidelium.

Cap. XXXIII.

QVi autem similem estimabo generationem istam? similis est pueris sedentibus in foro qui clamantes coæqualibus dicunt. Cecinimus uobis & non saltastis, lamentauimus, & non planxistis. Pro huiusce euangelij clariori notitia, considerandum est,ut nōnulli doctorum, asserere uidentur, q pueri hebræorum ad exercendum se in ludis honestis inducentibus ad uirtutes, & retrahentibus a uitijs,talem ludum habere consueuerunt. Diuidebantur enim in medio ciuitatis in duas partes æquales: & illi qui ex una parte reperiebantur canebant carmen letitiæ & exultationis. Alij uero ex opposita parte,carmen lugubre deridentes repentinam huius præsentis uitæ transmutationem. Deinde sibi mutuo exprobrabant, & exultantes, alijs dicebant, quare sibi non congaudebant,& congratulabantur. Sed e contrario, alij quare sibi cōpatiendo non lamentabantur & condolebant.Id autem fiebat ad exprimendam uanam hominum lætitiam ex defectu cōpassionis & amicitiæ ad inuicem in hoc mundo. Quemadmodum uidemus frequenter fieri in eadē ciuitate, eademq;

Matth.11.

Ludus hebræorum.

domo, in qua nonnulli lętantur, & aliqui ex opposito triſtantur, quandoq; modicum ſibi inuicem compatiantur. Præterea, non eſt ignorandum, ut aliqui fatentur, generationem hebræorum quoſdam habuiſſe carnales & ſapientes mundo. Quoſdam uero ſpirituales & ſapientes Deo: ſed hi & illi pueri dicuntur. Hi pueri malitia, & ſenſibus perfecti: illi ſenſibus pueri, & malitia cani, quos damnat Paulus cum dicit. Nolite pueri effici ſenſibus, Hos autem cõmendat cum ſubdit. Sed malitia paruuli eſtote, ſenſibus autem perfecti.

Duplices pueri i ſcripturis.

1. Cor. 14.

His præmiſſis, hæc pars euangelij dupliciter exponitur. Primo de prophetis ueteris teſtamenti, qui pueri ob ſimplicitatem & puritatem appellabantur reſpectu iudæorum infidelium, qui carne & ſenſu pueri erant. Multi enim prophetarum ſedentes propter docendi & iudicandi auctoritatem in foro. i. in eccleſia ubi lex & iura prętmuntur: Et canentes præ gaudio æternorum bonorum, iudęos excitabant exultare pro ſpe futurorum, ſed letari noluerunt. Quamplurimi etiam lamentantes ob tormentorum cominationem eos excitare conabantur ad dolendum pro peccatis, & noluerunt. Icirco poterant eos rationabiliter arguere prophetæ dicentes. Cecinimus uobis & non ſaltaſtis ad laudes Dei aſſurgendo. Lamentauimus & non planxiſtis pœnitentiam agendo. Ideſt inuitauimus uos ad exultandum pro ſpiritualibus bonis, & non exultaſtis niſi in terrenis. Monuimus ad pœnitentiam, & non pœnituiſtis nec doluiſtis. Ecce quomodo in ſpirituali ludo pueri ad pueros clamabant. Pueri nempe malitia, pueros ſenſibus alloquebantur, ideſt prophetæ cum iudæis loquentes.

Prima expoſitio.

Secundo

Secundo exponitur de Christo & Ioãne magis ad literam Nam pueri sedentes in foro qui clamabant coequalibus, xps & Ioannes erant, iure dicti pueri ob omnimodam uitæ innocentiam puritatemq;. Sedentes autem ob stabilitatem & inconcussam in bonitate constantiam. Clamant uero p saluatorem prędicationem. Iste ad pœnitentiã uocans, ille ad euangelium pacis, grãm & fidem. Hic ad lachrymandum incitans, ille ad lętandum prouocans. Coequales illi Iudæis sunt, sensibus pueri, quos & euangelista socios et amicos appellat. Nã & dñs & Ioannes uolebant eos in consortium & amicitiam electorꝫ inserere. At quid clamantes dicebant? Cecinimus uobis & non saltastis, nuntiauimus uobis lęta, fœlicia & cœlestia, & nõ applausistis, non exultastis, non ad superna aspirastis. Et hic clamor saluatoris est, qui annũtiauit eis regnũ cœlorꝫ, pacem cum deo & remissionem peccatorum, & infirmos eorꝫ sanauit, quæ omnia, læta, fœliciaq; sunt, utendo etiam cum cæteris cibo & potu lætitiam futuri seculi, pulcherime figurabat. Alij aũt dicebant, lamentauimus uobis & non planxistis, nuntiauimus uobis pœnitentiam in præparationem remittendorꝫ peccatorum & superuenturæ irę mætũ, & non egistis pniam. Non res eripuistis, non contriti estis. Et hic clamor, Ioannis baptistæ est, qui pniam in austeritate uitæ eis prædicauit, cuius abstinentia a cibo & potu luctũ peccatorum in hoc seculo significabat. At ipsi pniam nõ egerunt, non resipuerunt, non se ad euitandas gehẽnæ pœnas afflixerunt, neq; se ante deum humiliauerunt. Et hoc est lamentantibus illis eos non plãxisſe Ioannes igiẽ prædicabat lamenta pœnitentiæ, Christus exultationem misericordiæ. Sed genera-

2. expositio.

Pueri, xps & Ioan.

Pueri quo contra pueros clamãt

tio Iudæorum peruersa non plorat cum Ioanne plorante, nec gaudet cum xpo gaudente Ioannes typus præsentis uitæ, Christus typus futuræ fœlicitatis. Vnde psalmus. Qui seminant in lachrymis, in exultatione metent. At increduli Iudæi, nec pp Ioānis austeritatem, nec propter Christi dulcedinem quam intuebantur, nec ad pœnitentiam, nec ad pietatem moti sunt, in malo perseuerantes.

Sed mistice loquendo, pueri sunt prædicatores ac diuinarum scripturarum doctores. Pueri per cōuersationis humilitatem, per simplicitatem & uitę puritatem, sedentes in foro, tanquam uenditores cœlestium, iudices animarum & precones regularium præceptorum, clamantes prædicando coequalibus scd'm naturam & speciem, nec non & scd'm capacitatem auditorum doctrinam contemperando, canentes misericordiam peccatorum, gratiam iustorum, gloriam beatorum exprimendo. &c. Deinde saluator applicando similitudinem ad propositum, subdit increpationis duplicem rationem, quia nō crediderunt Ioanni ad pœnitentiam exhortanti, nec saluatori ad misericordiam aduocanti dicens.

Venit enim Ioannes neque manducans neque bibens, & dicūt, dæmonium habet. Venit filius hominis manducans & bibens, et dicunt, ecce homo uorax & potator uini, publicanorum & peccatorum amicus. Augustinus ita super hoc euangelio dicit Ioannes dictus est non manducans neque bibens, quia illo uictu quo Iudæi utebantur, non utebatur. Hoc ergo dn̄s nisi uteretur, non in eius comparatione manducans & bibens diceretur. Ecce unus puerorum lamentantium .i. prophetarum ad pœnitentiam uerbo & exemplo prouocātium, & tn̄ non credunt ei Iudæi, sed dicunt, dæmoniū habet. Quasi dicant. More dęmonum non comedit, neque

Quomodo similitudo Christi applicatur cō tra Iudæos

bibit: Austeritatem eius dæmoni attribuendo. Dę moniaci enim possunt multa agere & pati, quæ nō possunt cæteri alij. Vel non est hic homo a deo, ita rigidus sibi & alijs, cum dñs sit suauis & mitis. Venit filius hominis.i. Mariæ uirginis manducans & bibens publicæ cum alijs hominibus.i. communē uitam inter homines ducens. (Id enim facere debebat cum esset mediator dei, & hominum. Itaq; huiusce uitam ducere debebat, ut uiuētes peccatores accessum familiarem ad xp̄m possent habere. Ecce unus pueroꝝ gaudentium.i. prophetaꝝ lætitiā promittentium) & nihilominus scribæ & pharisęi sensu & carne pueri dicunt. Ecce homo nihil habens diuinum, uorax per auiditatē; potator uini p̄ consuetudinem, publicanorum & peccatoꝝ.i. publicę & occultę peccantium, amicus. At cōtra eos Hieronymus ait. Si ergo ieiuniū placet uobis, cur Ioannes displicuit? Si saturitas uobis placet, cur nō placet filius hominis? Quorum alterum dæmoniū habentē, alterū uoratorē nūcupastis et ebriū. &c. *Hierony.*

Ecce pessima lingua quæ & manducantes iudicat, & non manducantes, & ex utraq; parte scindit, quia maledicit deum & homines, nec est enim qui se abscondat a furore eius. Abstinentia quidē Ioannis fuit alijs exemplum austeritatis & pœnitētiæ. Manducatio uero xp̄i, fuit alijs exemplum, gratiæ & misericordię, Comedebat enim cum publicanis & peccatoribus, non ut eoꝝ uitia am..et, sed magis ut sanaret, & eos alliciendo attraheret, ut ad pœnitentiam conuerterentur. Siquidem homines attrahebat, & uictus conformitate & familiaritatis amore. Homines autem mali, nec formidine pœnæ, nec uirtutis amore ad bene operandū mouentur, sed omne bonum in malum interpretā- *Contra detrahentes Iudæorum linguas.*

tur. *Et iustificata est sapientia à filijs suis.* Hæc est conclusio totius parabolę, ꝙ diuina sapientia quæ attingit a fine usq; ad finem fortiter & disponit oīa suauiter, per utranq; uiam trahens uos ad regnum cœloꝝ, iustificata est.i.facta est apud uos iusta a filijs suis.i.ex collatione ad iocum pueroꝝ uestrorū. *Quō iustificata est sapientia Christi.* Vel iustificata.i.laudata & uere cognita est sapientia & Christi doctrina, uel ipsemet xp̄s qui est sapientia increata patris, a filijs suis.i.ab apostolis, cæterisq; Iudæis fidelibus, qui auditis Christi sermonibus iustificauerunt deū,& ipsius eloquia probauerunt. Deinde subdit euangelista. *Tunc cœpit exprobrare ciuitatibus in quibus factæ sunt plurimæ uirtutes eius,quia non egissent pœnitentiam. Væ tibi CoroZaim, Væ tibi Bethsaida. Quia si in Tiro & Sydone factæ essent uirtutes quæ factæ sunt in uobis,olim in cilicio & cinere pœnitētiam egissent. Veruntamen dico uobis Tiro & Sydoni remissius erit in die iudicij quam uobis.* Post communem Iudæoꝝ increpationem quasi nominatim increpat dn̄s tres ciuitates Galileæ sitas in littore maris uel stagni Genezareth, quibus specialiter prædicauerat & miracula fecerat,nec tn̄ pœnitentiam egerant. Nam & doctrinam audierant,& miracula uiderant, & tn̄ credere noluerunt. Exprobat igitur eis dn̄s ad correctionem,& comminatur eis. Væ.i.æternam dānationem,iustitiæ Zelo,& ueritatis amore. Dicit ergo.Vę.i.ęterna damnatio manet tibi Corozaim. Vę tibi Bethsaida, de qua ciuitate fuerunt Petrus, & Andreas, Iacobus,& Ioannes. Quia si in Tiro & Sydone quæ fuerunt gentilium urbes idolatrię,& uitijs deditę,quę tm̄ legem naturalem habebāt, factę essent uirtutes.i.miracula & diuina prodigia necnon & efficacissimę prędicationes quę factæ sunt in uobis,olim pœnitentiam quam uos non fe-

ciſtis ipſi egiſſent, dolentes de peccatis in cinere, ex conſideratione mortis, & cilitio ex cõſideratione peccati pungentis. Vel in cilitio illud induēdo, & cinere illũ capitibus ſuis ſuperponendo, ut mos erat antiquorum. Quemadmodum niniuitę ad prędicationem Ionę, ut ex actis apoſtolorum conſtat: ubi fides atq; deuotio Tiriorum deſcribitur, qui crediderunt apoſtolis, & pręcipue Paulo. Ione. 4. Acto. 12.

Veruntamen dico uobis Iudæis quod Tiro & Sydoni licet non ſint conuerſi, remiſsius erit in die iudicij quam uobis quantum. ſ. ad pœnę illationem, quia minus punientur quam uos obſtinati Iudęi. Siquidem minus peccauerunt illi, quoniam ſolum naturalem legē tranſgreſsi ſunt. Non enim legem ſcriptam receperunt, neq; prędicatores habuerunt, neq; miracula uiderunt. Iudęi uero doctrinam audierunt, & miracula uiderunt. Et poſt tranſgreſsionem legis naturę etiam ſcriptam legem gratię & ſigna, paruipenderunt. Quamobrem ob nimiam ingratitudinem punientur iſti ſeuerius & illi remiſsius. Nam grauius eſt fidem auditam repellere, quam in gentilitate mori. Et eſt argumentũ quod cęteris paribus maior erit pœna Chriſti fidelium quam Iudæorum & infidelium, clericorum quam laicorum, ſapientum quam ſimplicium, pręlatorum quam ſubditorum. Nam cui plura dona elargiuntur, plura ab eo quęrent, potentesq; tormenta potenter patientur. Quoniam ſeruus ſciens uoluntatem dñi & non faciens plagis, uapulabit multis. Deinde ſeparatim exprobat ciuitati, Capharnaum, quæ diſtrictius alijs iudicanda, eo quod bona a domino acceperat crebriora cum ſubdit. *Et tu Capharnaum, nunquid uſque in cœlum exaltaberis? Vſque in infernum deſcendes. Quia ſi in Sodomis factæ fuiſſent uirtutes quæ factæ ſunt in te, forte manſiſſent uſque in hanc diem. Veruntamen di-*

Grauius peccant Iudæi quam gentiles, & Chriſtiani quã omnes alij.

q̃ uobis, quia terrae Sodomorum remissius erit in die iudicij quã
Cõtra Capharnaum *tibi.* Ad Capharnaum dirigit sermonem dñs dicens. Et tu Capharnaum principalis urbs Galileę, nũquid usq; in cœlum exaltaberis, sicut presumis? Id est, nunquid ad tantam sublimitatem ꝑtinges, sicut elatio tua conatur? Per talem.n. modum loquẽdi designatur magnitudo superbię, iuxta illud psalmi. Posuerunt in cœlũ os suum, &c. Usque in infernum descendes, ob superbiam & ingratitudinem tuam, dicente ꝓpheta Iob. Si ascenderit usq; ad cœlum supbia eius & caput eius nubes tetigerit quasi
Iob. 20. sterquilinium in fine perdetur. Cui simile est quod
Abdias. 1. ait Abdias ꝓpheta. Si exaltatus fueris ut aquila, & si inter sydera posueris nidũ tuum, inde detrahã te, dicit dñs. Nempe Capharnaum, Corozaim, & Bethsaida, urbes Galileę sitae in littore stagni uel maris Genezareth, primo receperũt doctrinã xp̃i, deinde ad uomitum redierunt. Quare non ueraciter pœnituerunt. Ideo subiungit. Quia si in Sodomis qui tñ fuerunt homines pessimi contra naturã peccantes, factae fuissent uirtutes quae factę sunt in te a meipso, forte ꝑmansissent usq; ad diem hãc. Id est habitatores pœnituissent, nec essent urbes ille submerse, uel potius combustę igne & sulphurae. Dicit autẽ forte, non quasi dubitãs, sed ut seruet sobrietatem sermonis, libertatemq; uoluntatũ designet. Et loquitur dñs ad Sodomam tanq; ad principaliorem urbem, illarum quinq; urbium.

Veruntamen dico uobis, quia terrę. i. habitatoribus olim Sodomorum remissius erit in die iudicij q̃ tibi. Et probabile quidẽ est, q; absolute loquendo minor erit damnatio Sodomorum, quã istorum, & q; minus grauiter peccauerunt q̃ isti prout supra dictum est. Merito igitur psalmographus ait. Ve-

nite & uidete opera dei, terribilis in consilijs sup filios hominū. Et alibi. Iudicia tua sicut montes dei, iudicia tua abyssus multa. Quis.n.inuestigare uel explicare ualet cur iustus atq; omnipotens deus coram illis miracula fecit, & illis nuntios suos, concionatoresq; misit quos nouerat non credituros, & hor̄ nullum fecit his quos nouerat credituros. Si uidissent aut audissent quod isti uiderunt & audierunt, quid fecissent? Oportet.n.cum apostolo exclamando dicere. O altitudo diuitiar̄ sapientiæ & scientiæ dei, q̄ incomprehensibilia sunt iudicia eius, et inuestigabiles uiæ eius. Quis.n.nouit sensum domini &c. Propterea, Christus cum ista dixisset in uocem confessionis, laudis, ac gratiarum actione erga patrem prorupit, prout infra subiungit euangelista.

Psal.65. *Psal.35.* *Rom.11.*

De confessione Iesu Christi filij dei erga patrem.
Capitulum trigesimum quartum.

I*N illo tempore, respondens Iesus dixit. Confiteor tibi pater domine cœli & terræ, quia abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.* In illo tempore.s.cum exprobrasset Iudęis obstinatis, respondens Iesus quasi tacitæ obiectioni, uel cogitationi quam uelut interrogationem uidit uidelicet cur non p̄dicauit credituris, sed potius non credituris. Vel cur populus iudaicus unius dei cultor filium dei in carnē uenientem tam obstinatæ reiecit quem populus gentilis ad idolatriam pronus tam facile recepit. Huic inq̄ obiectioni uel interrogationi respondens Iesus dixit. Confiteor tibi pater. Sed nota triplicem confessionem in scripturis

Triplex cōfessio.

Roma. 10 scilicet fidei,fraudis,& laudis. De prima dicit apostolus.Corde creditur ad iustitiam,ore aũt confessio fit ad salutem.De secunda loquitur Dauid. Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meã. &c. De tertia sapiens testatur. Cõfitebor tibi dñe rex,
Eccli. 5. & collaudabo te deum saluatorem meũ. Dauid insuper.Confitebor tibi dñe in toto corde meo,in consilio iustorũ & congregatione.Dicit ergo.Cõfiteor tibi confessione laudis & gratiarum actiones.Hoc est laudo te & gratias ago, & ad manifestandam iustitiam tuã, dico ac fateor tibi idest ad gloriam tuã, o pater mi naturalis:qui es aliorũ pater per creationem & grãm adoptionis,qui oraculo prophetæ ais ad me.Ex utero ante luciferum genui te.Et rursus.Filius meus es tu,ego hodie genui te.Domine cœli & terrę idest, cœlestium atq; terrestrium, uisibilium atq; inuisibilium dominator,
Hester. 13. de quo sanctissima Hester ait.Dñe rex omnipotẽs in ditione tua cuncta sunt posita. &c.Laudo igitur & glorifico te pater, quia abscondisti hæc mysteria fidei & sacramẽta nouæ legis & prędicationis meę notitiam a sapientibus & prudentibus in ocu-
Isa. 5. lis suis de quibus asserit Esaias.Vę inquiens qui sapientes estis in oculis uestris,& coram uobismet-
Isa. 45. ipsis prudentes.Et infra sapientia & scientia tua de-
Hiere. 10. cepit te.Qui tñ reuera stulti sunt, quemadmodum
Sapien. 1. Hieremias fatetur.Stultus factus est omnis homo a scientia sua.Et teste Salomone: In maliuolã animam non introibit sapientia. Est tñ triplex sapientia.Diuina, angelica, & humana: prima est filius
Prouer. 8. dei, de qua Salomon. Sapientiam possedit dñs in initio uiarum suarum, anteq̃ quicquam faceret a
Triplex sapientia. principio. &c.Secunda est angelus, de qua idem sapiens.Prior omnium creata est sapientia.Tertia

diuiditur in ſapientiam diuinam acquiſitam,humanam,& mixtam. Sapientia diuina creata eſt altiſſimarũ cauſarum cognitio,uel diuinarum ſcripturarum intellectus. Sapientia humana eſt tantum rerum humanarũ cognitio. Sapientia uero mixta eſt humanarum diuinarumq́ rerum cognitio, ſtudio bene uiuendi coniuncta. Sed de humana ſapientia loquitur dominus per Iſaiam. Perdam ſapientiam ſapientum,et prudentiam prudentum reprobabo. *Eſa.29.* Dicentes.n.ſe eſſe ſapientes (ut inquit Apoſtolus) ſtulti facti ſunt. *Roma.1.* Rurſus. Sapientia huius mundi,ſtultitia eſt apud Deum. *1.Cor.3.* Pſalmiſta quoq́. Dominus nouit cogitationes ſapientum,quoniam uanę ſunt. *Pſal.93.* Item. Nemo uos ſeducat per inanẽ philoſophiam. ait Apoſtolus. *Colloſ.2.*

Per ſapientes igitur & prudentes intelligi poſſunt omnes litterati huius ſeculi,philoſophi & legiſperiti,quos mundus reputat ſapientes. Vel per ſapientes & prudentes pręſertim ſignantur ſcribę & phariſei,qui ſe eruditos putabant, ſequentes literã occidentem, non ſpiritum uiuificantem. Dicuntur autem ſapientes quãtum ad notitiam diuinorum, prudentes quo ad humanarũ rerum notitiam. *Qui p ſapientes & prudentes intelligun tur.* Confiteor igitur tibi pater inquit Chriſtus, quoniã abſcondiſti hæc ab his ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis.i.humilibus per illuminationem internam,de quibus pſalmiſta. Declaratio ſermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis. Sapientia quoq́ in prouerbijs. Siquis eſt paruulus ueniat ad me. *Prouer.9.* Ad hos.n. quaſi ad ualles profundas deſcendunt a patre luminum riui bonitatis ac radij ſapientiæ, quos corda pompoſa nequeunt cõtinere,iuxta illud pſalmi. Qui emittis fontes in conuallibus,inter medium montium pertran

ſibunt aquę. Hinc dicit Apoſtolus. Videte uocatio nem ueſtram fratres, quia non multi ſapientes ſecundum carnem ſunt inter uos. Et rurſus. Nonne ſtultam fecit Deus ſapientiam huius mundi? Sapiẽtes ergo & prudentes in oculis proprij cordis propter ſuam ſuperbiam diuinę ueritatis illuſtratione priuati ſunt. Paruuli uero per humilitatem meruerunt a ſpirituſancto doceri ſicut apoſtoli alijq́ credentes, de quibus iam dicebatur. Iuſtificata eſt ſapientia a filijs ſuis. Propter quod Salomon loquitur. Vbi humilitas, ibi & ſapientia. Quia Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam.

1. Cor. 1. *Prouer. 11.*

Hęc uerba Chriſti nõ minus militant aduerſus recentiores hæreticos qui ſapientiſſimi ſibi uidentur, ſed ſtulti facti ſunt. Ideo ſunt in tenebris, eo quod lumine carent, quia uelut marcida poma decidunt a cõmuni ordinatione eccleſiæ catholicę, nouos ſibi ritus & ordinationes condere proprio ingenio & capite cupientes. Nã ipſi ſibi lucere optant, ſuo lumini innituntur, & coram ſemetipſis ſatis ſibi uidentur ſapere, apud hos nihil faciunt. Imo nec quicquam ualent Pontifices, Imperatores, Concilia, Auguſtinus, Hieronymus, Chryſoſtomus, & quotquot ſunt patrum, nullum iſti ex his lumen recipiunt, minuſquam deſiderant, oblatum quoque reſpuunt, & omnino nullum admittunt lumẽ quod Deus incendit ad illuſtrandas mentis noſtræ tenebras. Iſti nimirũ cęci, cęcorum ſunt duces, qui uno omnes caſu in foueam labuntur pręcipites. Hi ſunt qui ſe ſapientes putant, de quibus Paulus loquitur. Iſti ſunt magiſtri nouelli prurientes auribus, magiſtri mendaces pſeudo prophetę, qui introducunt ſectas perditionis, diſſectiones, quibus ipſi ſe multis modis ab eccleſia & ordinatione unitateq́ catholica ſeparant.

Contra recẽtiores hæreticos.

Nam primo statim exordio cepit Deus ecclesiam suam instituere in paruulis, humilibus & simplicibus hominibus, apostolis, quorum & posteri & filij atque nepotes, omnes pij sunt Christiani. At rursus diabolus antechristo suo Synagogam extruere parauit. Primos illius fundamenti lapides e contrario ponens, elatos & coram mundo prudentissimos. Verum boni subinde clamant ad dominum. Lucerna pedibus meis uerbum tuum, & lumen semitis meis. Atque ideo omnes qui in unitate sunt ecclesię catholicę cum Christo dicunt. Confiteor tibi pater, quia misteria maiestatis tuę fideique nostrę archana abscondisti a superbis istis lutheranis, & sapientibus mūdi huius, atque nobis misellis pascuę tuę ouibus reuelasti. *Duplex ecclesia X pi & ante christi.*

Deinde sermonem suum Christus paternę confirmat iudicio uoluntatis dicens. *Ita pater, quoniam sic placitum fuit ante te.* Sic quippe uisum est diuinę uoluntati ut sanctę legis nostrę misteria nō paterent istis stultę sapientibus, sicut testatur Apostolus cū ait, Quia in Dei sapientia non cognouit mundus per sapientiam Deum: placuit Deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes. Et infra. Quia qd' stultum est Dei, sapientius est hominibus. Et iustū id quoque est inquit origenes, ut qui noluerint esse paruuli, stulti fierent in ipsorum sapientia. Vel aliter illam particulam exponere possumus. s. de electis & reprobis, cur uidelicet iudei fuerint reprobati, gentiles uero electi, cum dixit. Ita pater, quoniam sic placitum fuit ante te. Nullam. n. aliam rationem reddere uoluit filius, quia pater illos reprobauerit & hos elegerit: nisi solum beneplacitum ipsius patris, in exemplum ne secreta Dei discutiamus, & in confusionem illorum qui de secretis Dei *1. Cor. 1.* *Quō de electis & reprobis exponitur hæc particula.*

Grego. rationem quærere uolunt. Vnde Grego. His domini uerbis exempla humilitatis accipimus, ne temere discutere superna consilia de aliorum uocatione, aliorumue repulsione præsumamus. Cum.n. præmisisset utrunque, non mox rationem reddidit, sed sic Deo placitum dixit, hoc uidelicet intendens quod iniustum esse non potest, quod placuit iusto. In cunctis ergo quæ exterius a Deo disponuntur, aperta causa rationis occulta est iudicio uoluntatis. Ideo

Chrysosto. Chrysostomus ait. Non dicit qua ratione sic ei placuit, sed tantum gratias agit patri, quia sic ei placuit. Sic & tu nunquã discutias consilia Dei in operibus eius. Quid fecit, aut qua ratione fecit. Sed quocunque modo rem suam uoluit ordinare, gratias ei agas. Sufficit tibi ad testimonium, ipsa Dei natura, quia Deus sine ratione & sine iustitia nihil facit. Non.n. ad discutionem suam sed ad honorem suũ creauit te, nec iudicem te uoluit esse actuum suorum; sed seruum præceptorum. Boni.n. est domini est omnia prouidere quæ ad utilitatem pertinent serui est fideliter operari, & non discutere domini sui

August. actus. Augustinus insuper. Quare illum trahit & illum non trahit, noli uelle diiudicare si non uis er-

Prosper. rare. Dicit.n. Prosper. Deus resistentem non trahit, inuitumque nõ compellit, sed ex inuito uolentem facit, & infidelitatem resistentis inclinat: ut cor audientis obediendi in se delectatione genita ibi surgat ubi premebatur, inde uelit ubi nolebat. Et licet in speciali non possit assignari ratio, quare illum eligat & illum dimittat nisi eius simplex uo-

Quõ oẽs futuri boni eliguntur a Deo. luntas, generaliter tamen omnes futuri boni ab æterno eliguntur a Deo sua misericordia, qua omnia eorum futura bona uelut sibi presentia uidet & agnoscit. Non tamen propter illa opera bona, tum

quia nondum extant in actu, tum quia parui momenti sunt respectu felicitatis æternæ: sed propter suam misericordiam secundum quam saluos nos facit, quia initium salutis nostræ, teste Augustino, Deo miserãte habemus. At omnes futuri mali sua æterna iustitia reprobantur, qua omnia futura mala pariter prænoscit & intuetur; cum omnia nuda & aperta sint oculis eius.

Et quia dictum est de uocatione humilium, consequenter ponitur huius uocationis medium. Christus enim mediator est Dei & hominum, debitus autem processus est, ut ab extremo in extremum procedatur per medium. Ideo omnis ꝓcessus gratiæ deriuatur ad nos per Christũ, & hoc est quod dicit. *Omnia mihi tradita sunt a patre meo.* In Christo est duplex natura. Secundum ergo diuinam naturam omnia .i. tota diuinitatis plenitudo & quicquid ꝑfectionis in patre est, tradita hoc est per modum naturalis emanationis data sunt filio per generationem æternam, quemadmodum apud Ioannẽ ipse protestatur dicens. Omnia quęcunqꝫ habet pater mea sunt. Et rursus ad patrem. Omnia inquit mea tua sunt, & omnia tua mea sunt. Ex quo innotescit sicut omnia hęc data filio ut in patre permanserint, ita ꝙ idem numero esse, uelle, & posse, in utroque consistat. Et quanuis in patre non sit diuersitas sed unitas simplex, filius tamen pluraliter dicit omnia, quoniam diuinitas patris omnium perfectiones cum infinita plenitudine cõplectitur. Vnde & Paulus pluraliter dicit. Inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt, cognoscuntur. &c. Præterea secundum humanam Christi naturam, omnia creata, data & subiecta sunt ei quantum ad auctoritatem ab exordio incarnationis suę. Nam statim quo eius humanitas

Joan. 16.

Quo omnia tradita sunt xpo secundũ duplicem naturam.

Roma. 1.

unita est uerbo, hypostatica unione, plată est omni creaturę propter quod ait. Pater diligit filium, & omnia dedit in manu eius. In resurrectione uero omnia data sunt homini Christo quantum ad manifestationem, quia ex tunc cepit innotescere & pu
Matt. ulti. blice prędicari excellentia Christi, ipso dicente. Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. In die autem iudicij omnia ei subijcientur quantum ad plenissimam executionem. Loquendo autem de Christo secundum quod est mediator Dei & hominum, sic omnia tradita sunt ei a patre.i. omnia genera hominum saluandorum, seu omnes electi qui
Ioan. 12. per ipsum reducuntur ad patrē, de quibus ait. Ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum.
14. sum. Et nemo uenit ad patrem, nisi per me. Rursus
17. ad patrem loquens ait. Dedisti ei potestatē omnis carnis, ut omne quod dedisti ei. &c.

Sequitur proinde. *Et nemo nouit filium nisi pater, neq; patrem quis nouit nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare.* Nulla creatura potest perfecte cognoscere Deum qui infinitus est, nisi intellectum habeat infinitum, sicut Deus ipse. Vt si linea aliqua esset infinita, oculus nō posset eam perfecte intueri. Siquidem oculus noster finitus est. Ac igitur de causa nemo nisi solus Deus diuinam essentiam perfecte cognoscere po-
Quō Deus est incōprehensibilis a nobis. test. Quia si Deus incomprehensibilis est, sensum omnem superat & excellit. Cogitationes quoque ac intellectum hominis subterfugit. Vnde & Dyonisius, Deum nec dici nec intelligi asserit. Profecto enim cum iudicia Dei incomprehensibilia scrutari nemo queat, ipsam illius essentiam, cognoscere qs
Roma. 11. poterit? Quis enim cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit? Recte igitur clamat
Esa. 45. Isaias. Vere tu es Deus absconditus. Dicit ergo.

Nemo nouit filium nisi pater, nec patrem nisi filius. Sed non excluditur quin filius cognoscat seipsum, similiter & pater. Nec excluditur spiritus sanctus a notitia patris & filij, quia in ijs quę absolute dicuntur de Deo, quod de una persona affirmatur, de qualibet triũ uere accipitur. Vnde Apostolus ait. Quæ Dei sunt, nullus nouit nisi spiritus eius. Quanuis autem Deus in essentia sua infinita, non possit a creatura cognosci, attamen radius aliquis essentię diuinę communicari potest creaturæ, sicut & qui solem intueri totum non potest, potest tamen radios illius aspicere. Ita hic quoq; fieri certum est. Habemus enim cognitionem illam per filium, ipso id attestante cum ait. Deum nemo uidit unquam. Vnigenitus filius qui est in sinu patris ipse enarrauit. Quemadmodũ sapiens dicebat. Fons sapientiæ, uerbum Dei patris in excelsis. &c. *Quō Deus potest cognosci a creatura.* *Ioan. 1.* *Eccle. 1.*

Et quia dixerat saluator sibi omnia tradita a patre, & se patrem perfecte cognoscere, ideo monet nos ut confidenter accedamus ad ipsum dicens. *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos.* Non miremur si nunc dominus ait. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis. &c. Quoniam Deus ab initio mundi & deinceps non tantum per se, sed per prophetas & apostolos, suosq; concionatores, uocat omnes peccatores ad se. Ait enim Sapiens. Ne tardes conuerti ad dominum, & ne differas de die in diem. Rursus. Conuertere ad dominum, & derelinque peccata. Precare ante faciem domini, & minue offendicula. Reuertere ad dominum, & auertere ab iniustitia tua. Thobias insuper. Conuertimini itaque peccatores, & facite iustitiam coram domino: credentes q; faciat uobiscum misericordiam suam. Clamat deinde do- *Eccle. 5.* *17.* *Thob. 13.*

Iohel.2. minus per Iohelem prophetam. Conuertimini ad me in toto corde uestro. &c. Per Zachariã quoq;.
Zacha.1. Conuertimini ad me, & ego cõuertar ad uos. Ideo
Iacob.3. Iacobus. Appropinquate Deo, & ipse appropinquabit uobis. Propterea Christus ait. Venite ad me. s. spirituali accessu, seu mẽtis conuersione. Auertite corda uestra ab his caducis & uanis, terrenisq;, & ad summum bonum dirigite ea, totumq; affectum uestrum & cogitatum in Christum stabilite, omnes uos qui laboratis in uia huius exilij. Ho-
Iob.5. mo namq; ad laborem nascitur, & auis ad uolatũ. Quidam. n. laborant in operibus pœnitentiæ, quidam opere manuum, quidam in diuersis languoribus, quidam in actibus uitiosis. Quocunq; ergo labore laboremus, accedamus ad Christũ, malos labores dimittendo, & bonos continuando. Venite igitur ad me omnes qui laboratis & onerati estis malis culpę & pœnę. Est. n. onus quodã graue uniuersis cõmune ex originali peccato sequutum, de
Eccle.40. quo in Ecclesiastico legit̃. Occupatio magna creata est, oĩbus hominib⁹, & iugũ graue super omnes filios Adæ: a die exitus de uentre matris eoꝝ, usq; in diem sepulturę in matrẽ omnium. Propter quod,
Iob.14. Iob plorans ait. Homo natus de muliere breui uiuens tẽpore, repletur multis miserijs. Venite igitur ad me oẽs q in his miserijs laboratis. O uocationẽ gaudio & consolatione plenissimã. Quia non dicit (ut inquit Chrysosto.) hic aut ille, sed oẽs q dolori bus, q miserijs, q peccatis laboratis, uenite ad me.
Quõ deus uocat peccatores ad se. Nõ ut pœnas luatis, sed ut dolores, miserię, peccataq; uestra, resoluant. Venite ad me, nõ quia glorificari me a uobis opus sit mihi, sed qa salutẽ uestrã maxime sitio. Reficiam. n. ego uos. Et licet (ut inquit Hierony.) huiusce uerba Christi peculiariter

ad peccatores referrantur dicente psalmista, Iniquitates meæ sicut onus graue, grauatæ sunt sup me: nihilominus etiam de Iudæis exponuntur, q ægrotant peccatis, qui onerati, quos premebant onera legis antiquæ, cerimoniæ, sacrificia, traditiones humanæ, & doctrina scribarum & pharisæorum. Qui alligabant onera grauia & importabilia, & imponebant in humeros hoīum, digito autē suo nollebant ea mouere. Venite igit ad me omnes Iudæi, ecce Messias ego sum, reficiam.n. uos gratia & misericordia, peccata condonando ac remittendo, & insuper doctrina uitæ æternæ quod est euangeliū regni & pacis quo onera leuat, noua lege, lege grāæ & libertatis. &c. Per oneratos ēt intelligere possumus gentiles onere peccatorum oppressos idolatria cæterisq; immanissimis sceleribus contaminatos, sicut eorum uitia, hinc inde ipsis Paulus commemorat: quos consimiliter æterna dei patris sapientia uocat per sapientem dicentem. Venite ad me oēs qui cōcupiscitis me, & a generationibus meis adimplemini. Venite inq̄, & ego reficiam uos.i. confortabo & consolabor uos minuendo grauitatem laboris, & opera bona quæ cū difficultate tædioq; fecistis cum feruore & gaudio facere inchoetis, iuxta illud prophetæ. Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum. Hinc dñs per Isaiam. Omnes sitientes uenite ad aquas. Saluator quoq;. Siquis sitit ueniat ad me & bibat. Et in Apocalypsi. Ego sitiēti dabo de fonte aquæ uiuæ gratis. Sic refecta fuit sponsa quæ ait in Canticis. Introduxit me rex in cellam uinariam. Hæc refectio inchoat in uia per gratiam, & consumat in regno p gloriā.

Quō Christus Iudeos et gētiles uocat.

Eccli. 24

Isa 1.

Ioan. 7.

Apoc. 21.

Canti. 1.

Hanc propterea refectionē ēt referre possumus ad omnia bona quæ post resurrectionem conse-

quuturi sunt oẽs electi. Reficiet.n. nos dñs in resurrectione, primo immortalitate & incorruptibilitate. Quandiu.n. uiuimus semper corpus mortale gerimus. Tunc aũt immortale & incorruptibile erit, dicente apostolo. Seminaᵗ corpus animale, resurget spirituale. Seminatur in infirmitate, surget in uirtute. Seminaᵗ in corruptione, surget in incorruptione. Seminatur in ignobilitate, surget in gloria. Et ita liberabitur creatura a seruitute carnis. i. a subiectione passionum & miserie quę accidit ꝓp carnẽ. Et hęc quidem refectio erit in uita æterna. Secundo, qa post resurrectionẽ liberabimur a laboribus peccatoꝝ, qñ electi peccatorem non poterunt, cõfirmati & inseparabiliter adhęrentes ipsi summo bono. Tertio, qa liberãtur boni a sollicitudinibus huius seculi per mortem. Nã sollicitudo est de aliquo quod deesse crediᵗ. Beatis aũt nihil deerit, qa summum bonũ firmiter possidebunt. Ideo de nullo erunt solliciti. Quare post mortẽ ad omni labore liberabunᵗ electi de quibus Ioannes. Ammodo iam dicit spiritus ut requiescant a laboribus suis.

De refectione post resurrectionem.

Deinde subdit. *Tollite iugum meum super uos, & discite a me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris. Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue.* Iugum dicitur a iungendo, & est uox amoris, quia præcipue de charitate dicente dño. Hoc est ꝓceptum meum ut diligatis inuicem. Charitas aũt homines iungit, quia est amor, uirtus attractiua. Vel iugũ, quia iungit Iudæos ad gentiles. Nã xp̃s copulauit, in se omnes, sicut dicit apostolus, ꝙ fecit utrunqꝫ bonũ. Et sic iugum Christi est euangelium, qđ Iudæos ad gentes in unitatem fidei coniungit & sociat. Vel iugũ est lex xp̃i, qa pręmit nos, sicut iugum iumẽta pręmit. Ita & lex suos

Ioan. 15.

Quid iugum, & unde dicitur.

prẽmit obseruatores cohibens eos a proprijs desiderijs, qa iam non est alius modus perueniendi ad uitam æternam nisi per fidem xp̃i & obseruationem mandatoꝝ eius. Dicit ergo. Tollite iugum meũ super uos. i. præceptis meis subijcite uosmetipsos, & euangelicam legem seruate. Vnde inobedienti populo loquitur dñs per Hieremiã. A seculo inquiens cõfregisti iugum, rupisti uincula mea, & dixisti. Non seruiam. Et discite a me, nõ miracula facere, non mundũ creare, sed qa mitis sum. Mititas qppe seu mansuetudo propriẽ dr̃ uirtus moralis iram refrẽnans. Mitis utiqꝫ imò mitissimus extitit Christus qui tanqꝫ ouis ad occisionem ductus est, & quasi agnus coram tondente obmutuit. Sũ etiam humilis corde, inquit xp̃s, quia quicqd ago ad gloriam patris refero, & ei omne bonum ascribo, nullũ contemno, gloriam ab hominibus non accipio, in medio discipuloꝝ sui, sicut q ministrat, pedes eoꝝ laui, eis corpus meũ & sanguinẽ tradidi, in omnibus meipsum humilitatis exẽplũ p̃bui. *Hiere. 2* *Isa. 53.*

De mititate, profundaqꝫ Christi humilitate, ait Ambro. Non dixit, Discite a me quia potens sum, sum deus & homo, saluator sum: Non dixit, Discite quia gloriosus sum & magnus in opere & sermone, sed discite quia humilis sum, in qua me immitari potestis. Augustinus insuper. Fratres mei tota medicina nostra est ista, discite a me quia mitis sum & humilis corde, discite inquit a me non mundum fabricare, non cuncta uisibilia creare nõ in ipso mundo miracula facere, mortuos suscitare, sed quia mitis sum & humilis corde. Bernardus deinde, discite inqt xp̃s a me, non q sobrius aut castus, aut prudens, aut aliquid huiusmodi, sed qa mitis sum. Hoc discite a me, nõ ad doctrinas patriarcha *Ambro.* *Augu.* *Bernar.*

rum,non ad propheta℞ libros uos mitto, sed me ipsum uobis exemplum me formã humilitatis exhibeo.Grego.proinde. Ad hoc namq; unigenitus dei filius formam infirmitatis nostræ suscepit, ad hoc inuisibilis non solum uisibilis,sed et despectus
Grego. apparuit.Ad hoc contumelia℞ ludibria & irrisionum probra passionũ tormenta tollerauit, ut superbum non esse hominẽ doceret deus. Et infra. Quia
De maxima humilitate xpi. enim originẽ pditionis nostræ se pbuit supbia diaboli, instrumentum redemptionis nostrę inuenta est humilitas dei. Quia igit̃ redemptor noster corda regit humiliũ, & leuithã rex dicitur superbo℞, aperte cognoscimus qa euidẽtissimum reprobo℞ signum superbia est,ac contra, electo℞ humilitas. Cum ergo quã quisq; habeat cognoscit, sub quo rege militet inuenit,unusquisq; enim quasi quendã titulũ portat operis quo facile ostendat sub cuius seruiat potestate rectoris. Tanta igit̃ fuit humilitas in humanitate Christi(inquit Cassiodorus)quãta est in diuinitate incomprehensibilis maiestas. &c. Deinde Christus subdit tãtæ humilitatis pmium, dicens. Et inuenietis requiem animabus uestris.i. in me dulciter qescetis. Qui enim mitis est et humilis,ad contemplationem & stabilitatẽ mẽtis aptissimus est, & delectat in multitudine pacis. Hinc
Hiere.6. Hieremias ait.Interrogate q̃ sit uia bona,& ambulate in ea, & inuenietis requiem animabus uestris. Hæc requies perficiet & plena erit in patria. Non enim pfectę quietatur cor nostrũ, nisi summo bono fuerit immediate cõiunctũ. Vnde Augustinus. Fecisti nos dñe ad te, & inquietũ est cor nostrum donec reqescat in te.Dauid quoq; in psalmo. Conuertere animam meã in requiem tuã. Et alibi. Satiabor cum apparuerit gloria tua,per infinita secu-

lorum secula.

Iugum.n.meum suaue est.i.obseruatio pręceptorum suauissima est, qm̄ nulla forma delectabilius uel facilius agit q̄ charitas. Ideo scriptura dicit.Iudicia dñi.i.præcepta uera iustificata in semetipsa, desiderabilia super aurum, & dulciora sup mel & fauū.Etenim seruus tuus custodit ea. Et onus meū leue.s.obseruatio consilioꝝ quæ sicut pigro & frigido extat grauissima, sic feruido amatori leuissima est atq; dulcissima,ita ut cogatur dicere. Quā dulcia faucibus meis eloqui tua sup mel ori meo. Et si quispiam quęrat:si iugum Christi suaue est, & onus eius leue,quō ait,Nisi abundauerit iustitia uestra plusq̄ scribaꝝ & pharisæoꝝ,non intrabitis in regnum cœloꝝ? Rursus.Intrate per angustā portā, arcta est.n.uia quæ ducit ad uitam.Item. Regnum cœloꝝ uim patitur,& uiolenti rapiunt illud. Quō iugum eius est suaue,& sarcina leuis, cum oēs qui subierunt iugū ipsum intrepida ceruice tantis agitantur & exercent̄ difficultatibus huius seculi, ut a quiete ad laborem uocati uideantur? Dicente apostolo. Omnes qui pie uolunt uiuere in xp̄o, persecutionē patiunt̄. Alibi quoq; parabola docet euangelica, qm̄ paterfamilias noster xp̄s a quiete & otio nos uocat ad laborē dicens. Quid hic statis tota die ociosi? Quin potius ite & uos in uineā meā, portate pondus diei & estus. Diu multūmq; sustulit iugū hoc, sanctus Paulus expertus utiq; satis q̄ suaue sit & leue. Vnde nos quoq; docuit ut exhiberemus in omnibus sicut dei ministros in multa patiētia in tribulationibus,in necessitatibus, in angustijs,in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus,in uigilijs, in ieiunijs. &c. Hæc.n.omnia hic a Paulo cōmemorata, grauia sunt sane, tristia

Quō iugū xp̄i est suaue, & onus leue.

Matt. 5. 7. 11.

2. Thim. 3

Matt. 20

& acerba. Cur igitur xp̄s, iugum suū suaue esse prædicat? Respondendū est, unum & idem esse angustum, laboriosum, & graue, incipienti, imperfecto, & spirituale cōsolationem nondū experto. Quod tñ letum, iucundū, est, & leue exercitato, proficienti, ꝑfecto, & in bonis habituato. Deniqꝫ mandata atqꝫ consilia Christi suaptenatura dulcia extant et leuia, quanuis per comparationē ad nostrā fragilitatem & ꝓnitatem in malum non sine modica difficultate in principio impleantur. &c.

Responsio ad questi.

Alia q̄stio. Et si iterū quærat an iugum Christi seu euangelium grauius sit q̄ꝫ iugum legis Moysi, & uidetur legem xp̄i grauiorem esse lege Moysi. Quia quo perfectio maior eo ad eam difficilius homo pertingit. Maior est aūt perfectio nouæ legis q̄ꝫ ueteris, ideo. Rursus. Alibi patuit qūo p̄ceptis legis Moysi xp̄s sua maiora prȩcepta adiecit: prohibens irasci, & dicere racha aut fatuȩ, prȩcipiēs diligere inimicos, ac benefaciendū esse odientibus nos. Quā difficillimum aūt sit hæc prȩcepta adimplere omnibus perspicuū est Grego. quoqꝫ apertè affirmat hoc ipsum. Sed si ita est, quomodo iugum Christi suaue dicit, & onus ipsius leue? Dicendum est ꝙ in ueteri lege erant prȩcepta triplicia puta, moralia, iudicialia, & cerimonialia. Si ergo loquamur de ueteri lege quo ad prȩcepta cerimonialia, difficilius fuisse eam seruare q̄ꝫ nouam legem liquidȩ cōstat, dicente Petro ut in actis scribit apostolorū. Quid tentatis imponere iugum sup ceruicem discipulorum, quod neqꝫ nos neqꝫ patres nostri portare potuimus? Quod de cerimonialibus legis intelligitur. Prȩcepta uero moralia utriusqꝫ legis eadem sunt, q̄ tñ nunc facilius implentur quā tunc temporis propter magnitudinem gratiȩ quæ confertur in noua

Responsio.

Acto. 15.

lege per ecclesię sacramenta. Consilia uera Christi difficiliora sunt quam pręcepta, moralia legis per cōparationem ad nostram infirmitatē. (Sed per collātionem ad gratiam quæ nostram adiuuat imbecillitatem & ad pmium fœlicitatis ęternæ infinitum. Cuius consideratio oēm laborem pręsentis uitę diminuere uidetur, dicente apostolo. Non sunt cōdigne passiones huius temporis ad futuram gloriā quę reuelabitur in nobis:) etiam ipsa consilia facillime adimplentur. Concludendū est igit quod iugum ueteris legis & humanarum traditionum asperū erat, imò asperrimum. Iugum autem xpi quod est nouę legis, suaue imò suauissimū. Onus ueteris legis cui & addebant scribæ & pharisæi graue, si nō etiam grauissimum. Onus autem xpi quod est dei uerbum, non humana traditio, doctrina patris cœlestis ad se colligentis & unientis, leue imò leuissimum. Hoc sua leuitate & cœlesti quadā agilitate refocillatos ad cœlū eleuat. Illud aūt suo pondere oneratos ad inferna deprimit. Quomodo ergo qui laborant & onerati sunt ad eum non ueniunt, qui summę beneuolus, beneficus, & mitis est? Et qd docet euangelium, nisi mansuetudinem quæ est charitas super omnia ad deū, & ad omnia pp ipsum? Quid docet, nisi humilitatem, & fidem quæ est nosce deum? Omnia hæc suauissima sunt & leuissima. Igitur. &c.

Lex xpi facilior ad obseruādū

Rom. 8.

¶ Ex his omnibus aduersus ecclesię catholicę teterrimos hostes palam insinuat quod deus qui dedit legem Moysi & filijs Israel nihil impossibile pręcepit. Christus quoque cuius iugum suaue est & sarcina leuis quæ dilectionem dei & proximi completitur, nihil impossibile potuit imperare. Nam si deus (ut hæretici his temporibn asserunt) impossibi

Contra lutherum.

lia mandauit, igit̃ impossibile est obseruare diuina præcepta. Quare transgredi diuina mãdata necesse est. Duarũ.n. propositionũ oppositarum si una est impossibilis, reliqua est necessaria. Si igit̃ necesse est transgredi p̄cepta dei, eorꝫ transgressio necessaria erit, & ex consequenti non uoluntaria. Siquidem, necessariũ & uoluntarium opponunt̃ in creaturis. Voluntarie.n. uelle est posse uelle, & posse non uelle: Sed necessario uelle, est uelle, & non posse non uelle. Cum igitur transgressio dei sit necessaria & non uoluntaria, non erit in facultate nostra. Quamobrem transgressionẽ præceptorꝫ dei non esse pctm̃, consequens est: dicente August. tertio de libro arbi. Pctm̃ a deo uoluntarium, ꝙ si nõ esset uoluntariũ, non esset pctm̃. Igitur si deus impossibilia mandauit, qui transgredit̃ præcepta dei necessario & non uoluntarie cum talis transgressio non sit in facultate sua, peccare minime potest. Ecce quomodo dato uno inconuenienti, multa impossibilia contingunt. Sed de hac materia satis abunde locuti sumus in apologia. Vide primum tomum disputationum nostrarum.

Achilles aduersus hæreticos.

Sed mistice exponẽdo primã partẽ euangelij, dicendũ est ꝙ quemadmodũ xp̃s dixit, Confiteor tibi dñe pater.i. laudo te, glorifico & grãs ago, ita & nos ipsius exẽplo debemus grãs reddere deo pro oĩbus beneficijs acceptis, eiꝗ nostra peccata pandere. Nã confiteri idem est ꝙ aperte fateri uel asserere. Vt cum quis aliqd indubitate asserit, dicit̃ illud confiteri in simul fateri, quia totũ fatetur nihil negans. Scriptura autẽ illud uerbum transumpsit ad laudem significandam ut illud, Confitemini domino quoniam bonus. Confitebor tibi quoniam exaudisti me. Et ita ferę est consuetudo.

Moralis expositio.

Quid confiteri.

scripturę accipere pro laude. Qui.n. laudat, optat

operire magnitudinem alicuius, cũ laus sit sermo explicans magnitudinem illius qui cõmendatur. Deinde id uerbum transumptum est ad significandum expressionẽ uocalem peccatorum iuxta illud psalmi. Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam. Et dicitur illud cõfiteri.i.simul fateri. Quia qui peccata exprimit, plene exprimere debet, nihil subticendo, sed omnino manifestando. Ex laude etiam dependet hęc confessio. Cum.n. quis sua cõfitetur peccata, Deum laudare uidetur, se illis subijciens & minorem esse cõcedens. Sic dixit Pharao. Deus iustus est, ego & populus meus peccatores. Et ita dicitur Deo gloriam dare qui coram illo iniquitatem suam confitetur. Quemadmodum Iosue cum uellet ut Achan diceret peccatum suũ, ait illi, Fili mi, da gloriam Deo Israel, confitere & indica mihi quid feceris. Qui autem se peccatorem nõ cõfitetur, Deum mendacem asserens eum uituperare uidetur: iuxta illud Ioannis. Si dixerimus quia peccatũ non habemus, ipsi nos seducimus, & ueritas in nobis nõ est. Si cõfiteamur peccata nostra, fidelis est & iustus, ut remittat nobis, & emundet nos ab omni iniquitate. Et si dixerimus quoniam non peccauimus, mendacem facimus eum, & uerbum eius non est in nobis. Et sic ex eadem radice prouenit, ut accipiatur confiteri pro laudare, & pro peccatorum expressione. Dixit ergo Christus, Confiteor tibi domine pater, ad ostendendum ꝙ Deus est ille cui confiteri & quẽ laudare debemus, Deus pater cœlestis qui dat omnibus affluenter & non improperat. Et merito quidem confiteri huic debemus. Aperit.n. manũ suam & implet omne animal benedictione. Est.n. omnium dominus & diues

Exo.9. *Iosue.7.* *1.Ioan.1.* *Q̃uo debemus confiteri Deo.*

est in omnes qui inuocant eum. Audiant hic omnes qui Christiani sunt, qui fidem catholicam profitentur, & discant quoniã Deus creauit eos: Christus sanguine suo redemit, & spiritus sanctus super ipsos in baptismate & aliĳs sacramentis effusus est. Atq; dum credunt omnia bona se recepisse a Deo, tandemq; uitam & felicitatem suscepturos ęternã, ex corde & animo gratias agant illi, sicut fideliter monuit Paulus. Semper gaudete, sine intermissio-
1.Thess.5. ne orate, in omnibus gratias agite. Hoc est.n. uoluntas Dei in Christo Iesu in oĩbus uobis. &c.

De decollatione Ioannis Baptistæ in carcere.
Cap. XXXV.

Matth.14. *IN illo tempore audiuit Herodes tetrarcha famam Iesu, & ait pueris suis. Hic Ioannes Baptista: ipse surrexit a mortuis, & ideo uirtutes operantur in eo.* Post multa a Christo patrata miracula: post concursum turbarum ad Christi doctrinam, audiuit Herodes Antippas filius Herodis Aschalonitæ cuius tempore natus est Christus, qui & infantes occidit. Tetrarcha.i. princeps quartę partis regni, de quo alias dictum est. Audiuit inquã famam Iesu.i. rumorẽ miraculorum, documentorum & operum Christi, & ait pueris.i. satellitibus suis, uel sibi familiariter iunctis. Hic Iesus de quo audio tanta est Ioãnes baptista. Sciebat.n. Herodes, Ioannem uirum sanctũ & iustum fuisse, ut Marchus testatur. Iccirco audiens
Herodes tanta de Christo, putauit ipsum esse Ioãnem, iustũ
quõ de Ioã & sanctum, quasi Deus non haberet nisi unum ex-
ne in trib' cellentem ministrũ in mundo. In tribus.n. errabat.
errauit. Primo in notitia saluatoris, dicens. Ipse est Ioannes

quẽ ego decollaui. Imo dominus Ioannis qui prius dixerat, cuius non sum dignus. &c. Secundo in resurrectione pręcursoris, cum ait. Ipse surrexit a mortuis. Ex quo hunc Herodem quemadmodũ & patrem eius legem Moysi acceptasse cõstat. Tertio in causa operum & miraculorum, cũ subdit. Ideo uirtutes operantur in eo. Quanuis. n. Ioannes ante mortem suam nullum signum uel miraculum egisset, existimauit tamen Herodes eum post resurrectionem miracula facere, quasi ad meliorẽ statum promotum. At quoniam de morte Ioannis iam tactum est, euangelista Matthęus una cum Marcho causam, modum & ordinem suę occisionis describit dicens. *Ipse enim Herodes misit ac tenuit Ioannem & uinxit eum in carcerem propter Herodiadem uxorem Philippi fratris sui, quia duxerat eam. Dicebat enim Ioannes Herodi. Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Herodias autem insidiabatur illi, & uolebat occidere eum, nec poterat. Herodes autem metuebat Ioannem sciens eum uirum iustum & sanctum, & custodiebat eum: & audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat.* Marc. 6. Secundum Hieronymũ Herodias ista fuit filia regis Aretæ de quo Apostolus. Damasci prępositus 2. Cor. 11. gentis Aretæ regis. &c. Qui cum factus fuisset inimicus Philippo fratri huius Herodis Antippę, abstulit eam a Philippo, & ad augendum dolorẽ eius tradidit eam in uxorem isti Herodi qui maioris potentię & famę extiterat. Iosephus tamẽ asserit Herodiadem Aristoboli filiam fuisse sororẽ Agrippę. Ioãnes autem arguebat Herodem, & de adulterio ipsum uehementer corripiebat. Iccirco Herodes per seruos suos tenuit hoc est comprehendit ac cepit Ioannem, & alligauit eum, & posuit in carcerẽ propter Herodiadem uxorẽ fratris sui. i. ad instantiam Herodiadis coniugis Philippi qui fuit frater Hero-

Quo Ioannes argue bat Herodem. dis,cuius legittimã coniugem homine Herodiadẽ abstulit hic Herodes & secũ in adulterio sedit. Vel propter Herodiadem hoc est ob uehementẽ amorem quo ardebat erga eam. Vel propter Herodiadem.i.ad hunc finem ut Ioanne occiso cũ illa quietius & securius delectaretur.

Dicebat.n. Ioannes Herodi. Non licet tibi qui legem Moysi recepisti habere eam in coniugem, quia id prohibet lex,ne quis uxorẽ fratris, ipso uiuente accipiat. Pręcipit.n. dominus,dicens in Leui
Leui.20. tico. Qui duxerit uxorem fratris sui rem facit illicitam, turpitudinem fratris sui reuelauit, absq; filijs
Deut.27. erit. Et in Deuteron. Maledictus qui dormierit cũ uxore proximi sui, & dicet omnis populus. Amẽ. Forte dicebat Ioannes Herodi. Adulterium grãde peccatum,toti regno expiandum, cuius pœna (ut
Gen.20. scribitur in Genesi) est uxorum sterrilitas. Nonne
26. etiam adulterium cõmittens occidendus decernitur a gentili rege Abimelech? Itẽ,scribitur in libro
Nume.5. Numerorum adulterę femur putrescit,exhaustu aquę de sacrificio zelotipie. Ibidem. Adultera mulier deprehensa erit in maledictionẽ, & in exemplũ omni
Iob.31. populo. Dicit etiam Iob qui fuit uir gentilis. Adulterium uxoris nephas est, & iniquitas maxima. Et in eodem capite. Adulterium ignis est usq; ad perditionem deuorans,& omnia eradicans genimina.

Dicebat insuper Ioannes arguens Herodem. Ecce
Esa.57. quomodo dominus per Isaiam clamat. Adulteriũ iuxta me discooperuisti,& suscepisti. Dilatasti cubile tuum,& pepigisti cum eis fedus. Dilexisti stra
Prouer.6. tum eorum manu aperta. Sapiens proinde nonne adulterium abominatur,o Herodes,cum ait. Adulter qui est propter cordis inopiam perdet animã suam. Turpitudiuem & ignominiam congregat

ſibi, & opprobrium illius non delebitur, quia zelus & furor uiri non parcet in die uindictæ, nec acquieſcet cuiuſpiam precibus, nec ſuſcipiet pro redemptione dona plurima. Idem præterea aduerſus adulterium abominabile ita clamat. Adulterorum filij in conſumatione erunt, & ab iniquo thoro ſemẽ exterminabitur. Etiam ſi longę uitę erunt, in nihilum computabuntur. Et ſine honore erit nouiſſima ſenectus illorum. Et tandẽ dico tibi o Herodes ꝙ adulteri regnum Dei non poſſidebunt. Herodes uero correctioni non acquieſcens, optabat Ioannem occidere, ſed timuit populum ne inſurgeret contra ipſum, quia ſicut prophetam eum habebant. Sed ut Marcus teſtatur Herodes metuebat Ioannem ſciens eum uirum ſanctum & iuſtum, & cuſtodiebat eum, & audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat. Quibus uerbis Marcus premiſit. Herodias autem inſidiabatur Ioanni uolens occidere eum nec poterat: cuius impotentię cauſa erat, quia Herodes metuebat Ioannem. Ex quibus manifeſte apparet ꝙ mulier iſta nepharia prius cõceperat odium contra Ioannem, ſue maledictę cõcupiſcentię inimicum. Videns.n. ꝙ Herodes Ioannem libenter audiebat, eoq; audito multa operabatur, timere cepit ne propter ipſius prædicationem, Herodes ab incepto malo deſiſteret, & eam repudiando, primo redderet uiro. Cum autem dicitur ꝙ Herodes Ioannem occidere quærebat, intelligendum eſt id proceſſiſſe ex Herodiadis ſuggeſtione. Effeminatus quippe erat Herodes, & intantum uictus eſt luxurioſę mulieris cõcupiſcentia & inordinato amore, ut contra legem & omne ius, aduerſuſq; proprię rationis iudicium, acquieſceret mulieri. Itaq; inſidiabatur Ioanni, quem antea li-

Ioan. cõtra adulteros. Sapien. 3.

Ordo totiꝰ hiſtoriæ.

benter audierat & timebat.

At Ioannes mortem non timens,nephandũ Herodis,& Herodiadis damnabat inceſtũ. Et ſi hoc in paganis arguit preco Chriſti, ꝗ crudeliter mulctabit inceſtuoſos diuina ſententia Chriſti fideles. Maior autẽ his iniquitas adijcitur,ſi mulieris huius impietas ſedula mente penſatur,Quę maior iniquitas ꝗ nolle corrigi?Quę maior peruerſitas,ꝗ nolle reprehendi?Nam qui corripientem ſe dura ceruice contemnit,huic exemplo ueniet perditio ſua,& eum ſanitas non ſequetur. Nam ſi omnia peccatorum genera cõflarentur in unum coram Deo,nolle corrigi plus eccedit. Caym.n. a Deo premonitus corrigi noluit,iccirco perſiſtens incorrectus fratricidium perpetrauit. Iterum a Deo ad pęnitentiam inuitatus,ad correctionem per impęnitentiam factus eſt contumax.Proinde Iudas Scariotes ſignis & uerbis amantiſſimis inductus a Chriſto cordis ſui & omnium cognitore, ut ſemetipſum corrigeret,permanſit in malitia induratus.Et captato ſibi ad explendam dominantem nequitiam tempore apto,iudeis tradidit magiſtrum. Ad pœnitentiam male inflexum,non ad correctionem erectum,non ad Chriſtum, at ſua infelicitas traxit ad laqueum. Quod ergo peccatum magnum ſine paruum mortale aut ueniale poteſt ſuſcipere ueniam, ſi anima male agens correctionibus,reprehenſionibus,monitionibus,perſuaſionibus factis ab hominibus,uel immiſſis ab angelis aut a Deo quomodolibet inſpiratis uoluntate libera non conſentit?Nullum uero peccatum tam immane coram Deo exiſtit, cui uenia non donetur,ſi correctio & pœnitentia ſubſequatur. Herodes autẽ noluit correctioni acquieſcere, nec pœnitentiam agere, ſed correptus exar-

Aduerſus incorrigibiles.

Gen.4.

Matth.26.

Nolle corrigi excedit omne malum.

descit in odium,ut corripientem aboleri uelit pęnitus super terram, ut agat liberius, quod dispoſuit nequius. Pariter & Herodias Ioanni arguta non acquieſcebat, nec Herodem acquieſcere ipſa ſinebat,cui exodio procurauit necem. Hi enim ſunt de quibus Iſaias dicebat. Arguentē in porta ſupplantabant,& declinauerunt fruſtra a iuſto. Et paulo poſt dicit. Populus ad iracundiam prouocans eſt, & filīj mendaces,filīj nolentes audire legem,qui dicunt uidentibus nolite uidere,& aſpicientibus nolite aſpicere nobis quę recta ſunt. Loquimini nobis placentia.&c. Amos proinde. Odio habuerunt in porta corripientem,& loquentem perfecte abominati ſunt. Ideo ſequitur. *Et cum dies opportunus accidiſſet, Herodes natalis ſui cœnam fecit principibus, tribunis, & primis Galileæ.* Duo tantū in diuinis ſcripturis reperiuntur, qui natalem ſuū celebrarent, uel natalium ſuorum feſta agerent. Scilicet Herodes iſte, & Pharao rex Ægypti. Et ſicut uterq; circa uanitatem honoris cu rioſus extitit, ita & in ipſo natali die cruentum feſtum celebrauit. Nam Herodes Ioannem occidit: Pharao autem principem piſtorum ſuſpendit in pa tibulo. Vnde Hieronymus ſuper Matthęum, nullum inuenimus alium obſeruaſſe diem natalis ſui, niſi Herodem & Pharaonem. Vt quorum erat par impietas,eſſet una ſolemnitas. Sic etiam dicit Beda. Soli mortalium Herodes & Pharao leguntur diem natalis ſui feſtiuis gaudīјs celebraſſe. Sed uterq; rex infauſto auſpicio feſtiuitatem ſuam ſan guine fedauit. Verum Herodes tanto maiore impietate, quanto ſanctum & innocentem doctorem ueritatis occidit. Et hoc pro uoto & petitione ſaltatricis.&c. Dies igitur opportunus nō erat rē aut neceſſitate Herodi,ſed uoluntatis uanitate,

Eſa.29.

Amos.5.

Duo tantū Pharao & herodes natales dies celebrarūt

quia natalis diem conuiuijs honorabat. Melius sibi fuisset si diem mortis gestasset in animo, iuxta illud sapientis. Melior est dies mortis, die natiuitatis. Quia homo nascitur ad laborem. Et homo natus de muliere breui uiuens tẽpore repletur multis miserijs. Ideo Iob deplorans diem natalis sui, aiebat. Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est, conceptus est homo. Dies illa uertatur in tenebras, & non requirat eum Deus desuper. Et infra. Diem natalis mei obscurent tenebre, & umbra mortis, & occupet eum caligo. Inuoluatur amaritudine. Et post pauca, rationem assignat. Dies mei uelocius transierunt, q̃ a texente tela succiditur, & consumpti sunt absque ulla spe. Hieremias quoque idem asserit dicens. Maledicta dies in qua natus sum, dies in qua peperit me mater mea non sit benedicta. Non est igitur dies natiuitatis celebranda, sed potius mors, ac omnium bonorum dies mortis colenda est, dicente Ambrosio. Ne laudaueris hominem in uita sua. Lauda post uitam, magnifica post consumationem. Lauda post periculum, prędica securum. Lauda nauigantis felicitatem, sed cum peruenerit ad portum. Lauda ducis uirtutem, sed cum perductus est ad triumphum. Male igitur Herodes celebrauit diem natalis sui, tot conuiuijs infaustis. Ipse enim sequutus est eos qui huius mundi cum letitia conspexerunt annis multiplicatis ingressum, obliuioni tradentes egressum. Colendus est tamen nostri Saluatoris Natalis, quia sub ipsa dominicæ natiuitatis hora angelus domini apparuit pastoribus apud Bethleem dicens. Annuncio uobis gaudium magnum quia natus est hodie saluator mundi. Et subito facta est cum angelo multitudo cele-

Eccle. 7.

Iob. 3.

Hiere. 20.

Quo dies natiuitatis non est celebranda.

stis

ſtis exercitus clamantium & dicentium. Gloria in excelſis deo,& in terra pax. Natalis etiam uirginis Mariæ ſub eadem ratione colendus infertur, quia per eam totum nobis bonũ aduenit, quemadmodum eccleſia canit. Natiuitas eſt hodie ſanctæ Mariæ uirginis, per quam ſalus mundi credentibus apparuit. Natalis inſuper Ioannis baptiſtæ ideo celebratur, qa multis diuinis miraculis inclitus apparuit, dicente angelo de ipſo. In natiuitate eius multi gaudebunt. Cęterum nullius alterius ſancti natalem diem colimus, quia in eis diuinum aliquid apparuiſſe non conſtat. *Tres natiuitates celebrandæ.*

Præterea aduerſus abominabile conuiuium Herodis ut adiſcamus laudabilia conuiuia celebrare, non eſt ignorandum in diuinis ſcripturis quinque turpiſsima conuiuia reperiri. Primũ, quod ex ſuperbia celebratur, quale fuit illud regis Aſſueri, qui grãde conuiuium pręparauerat cunctis principibus et pueris ſuis fortiſsimis perſarum & medorũ, inclitis & pręfectis prouinciarũ coram ſe, ut oſtenderet diuitias gloriæ regni ſui, ac magnitudinem atq; iactantiam potentiæ ſuæ, multo tẽpore centum uidelicet octoginta diebus. Regnauit namq; ab India uſq; Ethiopiam ſuper centum uiginti ſeptem prouincias. In quo conuiuio propriam uxorem repudiauit. *Heſter 1* Secundũ ex ambitione, ut Adonias qui inſtante regis electione fecit conuiuiũ magnũ in quo aderant amici eius cũ quibus regnum Iſrael uſurpare arbitrabat̃ aduerſus Salomonem, Dauide ignorãte. *3. Reg. 1* Tertium deteſtabile conuiuiũ fuit ex malignitate celebratũ, ſicut illud Abſalonis in quo interfecit Amon fratrem ſuũ, qui Thamar pauloante ſororem ſuam ui oppreſſerat & cubauit cum ea. *2. Reg. 13.* O quot principes, Duces, Cardinales, in ſimili ſcele-

Eccli. 7. ratifsimo conuiuio decedunt. Ideo Salomon clamat. Melius eſt ire ad domũ luctus q̃ ad domum conuiuij. In illa. n. finis cunctorũ admonetur hominum, & uiuens cogitat quid futurũ ſit. Quartũ cõuiuium fit ex gula, quale fuit illud Nabal Carmeli,
1. Reg. 30 de quo ſcribit̃ in primo regum. Et illud idem diuitis epulonis, de quo dñs in euangelio. Homo qui-
Luc. 16. dam erat diues, & induebatur purpura & byſſo, & epulabatur quotidie ſplendidæ. Ideo ſapiens in prouerbijs quemlibet admonet dicens. Noli eſſe
Prouer. 23. in conuiuijs potatorũ, nec in commeſſationibus eorum qui carnes ad ueſcendũ conferunt, quia uacãtes potibus & dantes ſymbola conſumẽtur. Quintum abominabile conuiuiũ ex luxuria celebratur, ut filia Herodiadis annuente matre eius præcipiat ſibi dari caput Ioannis in diſco.

Sed aduerſus hæc turpiſsima conuiuia, alia quinque in eiſdem ſcripturis, honeſtiſsima & deo gratiſsima ſubſequuntur. Primum ex naturali quadã dilectione. Vt illud Iob ac filiorũ eius, qui faciebãt conuiuia per domos unuſquiſq; in die ſuo. Et mittẽtes uocabant tres ſorores ſuas ut comederẽt & bi
Iob. 1. berent cum eis. Iob aũt ſanctificabat illos offerens holocauſta per ſingulos. Dicebat. n. ne forte peccauerint filij mei, & bñdixerint deo in cordibus ſuis. &c. Secundũ ex pietate quadam celebratur, quẽ-
Thob. 2. admodum Thobias, cũ eſſet dies feſtus dñi parauit conuiuium in domo ſua, & dixit filio ſuo. Vade & introduc aliquos de tribu noſtra timentes deũ, ut epulẽtur nobiſcum. Tertium fit ex debito honore alicuius magni uiri, quale fuit illud Leui, qui fecit conuiuiũ magnũ in domo ſua ob honorem &
Luc. 5. reuerentiam dñi noſtri Ieſu Chriſti, qui cum diſcipulis ſuis conuiuio aderat. Quartum ex approba-

ta consuetudine, ut in nuptijs Ioannis Euangelistæ, in quibus xps ut conuiuium & nuptias approbaret conuertit aquam in uinum. Quintũ ex liberalitate & honesta amicitia quemadmodum discipuli Iesu euntes in Emaus. Ibi rogauerunt eum dicentes. Mane nobiscum domine quoniam aduesperascit & inclinata est iam dies. Ibique parauerunt conuiuium: quo circa meruerunt eum agnoscere in fractione panis. *Ioan.2.* *Luc.24.*

Sed dimissis laudabilibus conuiuijs, ad illud funestæ Herodis redeundũ est, inter alia sceleratissima conuiuia detestabilius, in quo saltauit turpiter filia meretricis. Herodes iurauit incaute, & amputatum est caput archiprophetæ Ioãnis, prout subdit euangelista. *Cumque introisset filia ipsius Herodiadis & saltasset, & placuisset Herodi simulque recumbentibus, rex ait puellæ. Pete a me quod uis, & dabo tibi. Et iurauit illi: quia quicquid petieris dabo tibi: licet dimidiũ regni mei.* Assentatores, simulatores, detractores, ioculatores uanitatũ sæpe locũ habẽt in conuiuijs &, oẽs ad suos trahũt aspectus. Et præcipue saltatrices, inter quas hæc puella filia Herodiadis coram rege & astantibus saltat cum tortis membris quia nihil rectũ in mundi uanitatibus est. Et arte quadam inflectitur & reflectitur, inclinatur, & eleuatur corpus, & oĩa membra monstrizant, ut etiam ipsa natura corporis & membrorũ peruersa uideatur ad præsagium scelerũ, quia mundi uanitas & luxuria naturæ ordinem ex omni parte peruertunt. Et saltat in medio triclinij sæua puella filia uiperæ uiperella, ut ab omnibus uideatur, ut omnium pstringat aspectus. Placuit Herodi & simul recũbentibus. Et cur placuit eis? Quia placent mala malis, iniqua iniquis, impudica impudicis, inhonesta, inhonestis, ludi- *Quõ saltat puella in triclinio*

bria,incompositis. Illicita,effrenatis, similiterq̃ uana uanis. Ideo rex ait puellæ. Pete a me quod uis, & dabo tibi. Nempe uilescit regius honor cum dona exactibus improbis pollicetur, & propellit iustitiam,cum munera tribuit criminosis, nec non actiones scelerum promptiores reddit ad nephas, & delinquentibus cæteris tribuit incentiuũ. Væ igitur danti pro turpibus munera. Væ qui de turpitudine præmiũ captant. In utroq; protinus est improbanda & uituperanda condictio eius qui largit̃ & accipit. Promittebat igit̃ Herodes quicquid puella petiuisset illico se daturũ, etiam si dimidium regni sui. O utinam illa oculum suum postulasset, siue linguam,aut membroꝝ aliquod, & ipse seruasset iuramenti uirtutem prout statuit in Ioanne. Vtinam dimidiũ regni sui,aut filij, aut amici sui postulasset exitiũ. Vtinam a sua matre diuortium. Profecto decreuisset potius subiacere periurio,q̃ huiuscemodi seruare promissa. Facile.n.seruantur pollicitationes ab improbis, quibus ꝓpriũ persona nõ læditur,neq; minuit̃ substantia propria. Attamen sapiens nihil promittit incaute, nihil affirmabit fidei iuramento,nisi qđ fas negare non erit. Ideo Salomon. Beatus qui non fuerit lapsus uerbo ex ore suo, & q moderatur sermones suos prudẽtissimus est. Vt prius limam petant uerba,q̃ linguam. Ecce quomodo cuncta uident̃ honesta in conuiuijs peccatorum. Rex a seipso defecerat, regno priuari dignus qui seipsum non nouerat gubernare. Et eo liberior currit iniquitas, cum nemo principem præsumat arguere. Vbi deus non timetur a regibus,cũ homines subditos habeant,audacius peccãt. Et tanto pniciosius,quanto magis assistit impunitas. Et hæc est in gubernatione populoꝝ extrema mi-

Incauta Herodis iuratio.

Sapiens non iurat incaute,

Eccli.14

Cõtra malos principes & rectores.

feria, cum iniqui tenent iudiciariam poteſtatem: et ipſius excluditur equitas, & deplorat expulſa iuſtitia, cum omnes in malo conſentiunt ſceptra tenentibus. Et iuſtum putać quod agitur, ubi ueritas tacet, ubi contra nephas ſilet concionator, ubi cūcta peruerſa decreta nullus inſurgit, ubi pro innocentia nullus eſt tutor, ubi ad incauta dicta prudentia ipſa ſuccumbit. Audiant hæc reges ac principes, et iniuſtum Herodem non ſequantur.

Sed audita ſub regio iuramento pollicitatione puella nequiter prudens, matrem conſulit quid petendum. *Quæ cum exiſſet, dixit matri ſuæ. Quid petam? At illa dixit. Caput Ioannis baptiſtæ. Cumque introiſſet ſtatim cum feſtinatione ad regem petiuit dicens. Volo ut protinus des mihi in diſco caput Ioannis baptiſtæ.* Quibus blandicijs, quibus promiſsionibus, mater filiam fuerit allocuta non eſt per ſingula differendum, ſed totam ſe in petitione dedit, aſſerens hanc ſuoꝝ ſuam ſummā bonoꝝ, nihilq; in rebus ſibi poſſe melius prouenire q̄ ut caput Ioannis expeteret. His itaq; ſuaſionibus monita, ſeq; matri exiſtens obediens, non ſibi ad meliora prouidens, indignationē uerita maternam, uel aliter quoquo modo deluſa, intrauit triclinium, feſtinans ad regem, ut protinus caput Ioannis baptiſtæ in diſco daretur expoſcit. Ecce funeſta petitio, ecce poſtulatio muliebris, ecce petitio ſterilis, ecce petitio ſanguinis innocentis, ex qua nihil aliud ſatiatur, q̄ odioſus mulieris affectus. Vnde Chryſoſtomus. Hæc eſt mulier antiqua malitia quæ Adam eiecit de paradiſi delitijs. Hæc cœleſtes homines facit terrenos. Hæc humanū genus merſit in infernum. Hęc uitam abſtulit mundo propter unius arboris pomum. Hæc malum fecit qd' homines inducit ad mortem. Hæc inuenit uerum

Q̄uo iniqua maternconſuluit filiam peſſimam

laborem & pressuram quę nunc occidit baptistã. Deijcit pueritiã, perdit iuuẽtutem, alliciat & ingerat mortuam senectutem. *Et contristatus est rex. Propter iusiurandum & propter simul discumbentes noluit eam contristari, sed misso spiculatore praecepit afferri caput eius in disco, & decollauit eum in carcerem.* Contristatus est rex, sed non ad poenitentiam, ad quam si accepisset tristitiam dolens de iuramento, cauisset ab homicidio. Cur impię contristaris Herodes? Si male iurasti, muta decretum, & tristitiae siccabitur radix. Si bona iurasti, quid ergo tristaris? Quare uultum tuum confundis in tanto conuiuio? An ignoras ꝙ omnis iuratio contra ueritatem, contra iustitiam, contra charitatem, contra honestatem, aduersus publicos bonos mores, aduersus mandata dei nõ tenet. Nec ut obseruetur astringit, neç obligat qđ promittitur, si rumpitur quod iubetur. Nec obligat priuatum, si destruitur publicum bonum. Nec inepta iuratio illaqueat ubi confunditur decor publicae ac debitae honestatis. Nec sibimet homo tenetur ad fidem. Et proculdubio nemini seruanda est fides ubi uirtuti diuinae ac xpianę fidei derogat.

Contra iuramentũ Herodis execratio.

Agat igitur Herodes & qlibet taliter iurans poenitentiam de stulta cordis deliberatione, aut uerbi emissione. Ad exequendum uero se obligari non credat. Remissius quippe fuisset Herodi non interfecisse Ioannem, quam obseruare promissionem. Nam quod iurauit fuit per liberum uoluntatis arbitrium, quod interfecit, fuit contra diuinum pręceptum. Nec eum excusat regalis auctoritas aut potestas ab imperatoribus collata Romanis, si quod non debuit fecit. Nec alios mundi principes, rectores, ac gubernatores a crimine defendit auctoritas propria, siue ab alijs superioribus irrogata, si quod

Q̃uo iuramentum incautum nõ obligat

non debent, faciunt. Nam mundi huius Imperatores, reges, & principes, iudices, & rectores, Episcopi, ordinarij, aut legati, eo ipso aliqd possunt, quod de iure possunt. Iura uero humana Imperatorum & Regum, prouinciarum, & ciuitatum non tenēt, si a diuinis legibus & iuribus reprobantur. Igitur mala si qua ab hominibus in dignitatibus constitutis fiunt, non credantur fieri per legis diuinę regulam, sed per deprauatæ arbitrium uoluntatis. Quãobrem permaxime caueant mũdi reges atq; rectores, ne auctoritate propria cum Herode pessimo interficiant aut lædant, quomodolibet innocētes, quorũ causam assumpsit deus & pro eis ultor est dominus, quia omnis potestas a dño deo est, in quantum sed suis legibus se tueť, & operatur.

Iura hũmana non tenent contra iura diuina.

Dicit ergo euangelista. Et contristatus est rex. Sed simulata erat Herodis tristitia, nec in aliquo cogebatur implere petitam hominis mortem, neque derogab[illegible]t regie dignitati retractare iusiurandum, quod d[illegible]taxat ad honestas petitiones inne[illegible]ctit. Cuius pol[illegible]icitationem puella male pręmonita conuertit in necem. Mirum est insuper q́ contristari puellam noluit, contristatus Herodes, cum mos sit eorum quorum animos tristitia possidet alios contristari, ut socios habeant huiusmodi passionis. Sic Adam, Euam male suadentē noluit contristari, quæ contra domini pręceptum ipsum inuitabat ad esum. Comedit de uetito pomo, unde omnis patitur humana propago. Siquidem crudelitas est non compassio, malignitas non benignitas, insipientia non cautella, cum male postulatum conceditur. Non compatiuntur quippe parentes diligentes rationabiliter prolem, si aliquid a filijs quæritur, quod eorum destruat, seu minuat bonũ.

Tristitia Herodis simulata.

Alioquin seuirent, non amarent utiq; natos. Medicus infirmo impie compateretur si sibi responderet ad uotum. Et magister indisciplinato discipulo, si ab ipso correptionis auerteret manum, aut si uagationis postulationem admitteret. Et deus omnium uirtus in quo sunt singulæ regulæ agendorum, iratus male postulata concedit, quæ denegat miseratus. Forma male compassiuorum Herodes qui in male petitis, noluit contristari petentem. *Sed misso spiculatore, præcepit afferri caput eius in disco. Et dedit illud puellæ, & puella dedit matri suæ.* Crudelis Herodes rex adulter, misit spiculatorem, q ex officio portabat spiculum, quo amputabantur capita damnatorum. Et decollauit Ioãnem in carcere, occulte pro euitãda populi seditione. Et attulit caput eius in disco cruentans puellas in luxuriosum conuiuiũ, & tam digno ferculo indignũ. Et dedit illud puellę in præmiũ saltationis suæ. Et puella dedit in ludibrium matri suæ. Vt illi mortuo illuderet, q suum incestum reprehenderat. Et ut in sua potestate linguam haberet, quæ illicitas nuptias arguebat. Ecce quattuor crudelia. Magna enim crudelitas: q sanctum caput est decollatum. Maior q allatum & homicidium propalatum. Et adhuc maior, q saltatrici datum. Sed maxima quòd in potestatem adulteræ assignatum. Conuiuante itaque Herode pauloante horã diei nonam, sanctus Ioannes baptista decollatus in custodia, clamando uoce magna. Domine deus meus tibi commẽdo spiritum meum. &c.

Quattuor crudelia in decollatione Ioã.

Consideremus igitur nunc Ioannẽ qualiter reuerenter ad iussum uillissimi spiculatoris collũ parat, humiliter genua flectit, & grãs deo agens ceruicem extendit, & patienter ictus sustinet, quousq;

caput totaliter abscindatur. Sanctus ergo domini præcursor qui ante faciem eius baptismũ in aqua præparauerat baptizando,& baptismũ in lachrimis compunctionis prædicando: modo præparat baptismum in sanguine passionis moriendo. Ecce quomodo uadit Ioannes amicus intimus domini Iesu,& cõsanguineus ac Dei masimus secretarius. Et qualiter talis ac tantus uir imperante nequitia, ac si esset uillissimus malefactor occubuit. O impietas,o crudelitas,iustus decollatur:fit caput eius p̃cium saltationis. In disco affertur,cõuiuantibus apponitur magnum quidem ferculum, sed horribile ad uidendum. Est enim in hoc loco discus uas rotundum desuper extensum. Quandoq; etiam mensa inferior discus dicitur. Interdum mappa seu mensale discus appellatur. Vnde & animalia dicuntur Petro apparuisse in disco, quæ in Actibus apostolorum lintheum uocatur. Per id etiam q̃ in conuiuio iussus est Ioannes decollari ad saltatricis & sue matris adulteræ petitionẽ,ostenditur propter crapulam & mulierũ malitiam multa fieri mala. Ideo Sapiens. Vinum & mulieres appostatare faciunt sapientes. O qualia sunt iudicia Dei,& quomodo permittit Deus iustus & sanctus electos suos in p̃senti seculo tribulari & affligi,a reprobis opprimi, multis iniurijs affici. Sit.n.q̃ salubre & meritorium hoc eis existat. Ecce sanctissimũ uirum consanguineum Christi,preconem,prȩcursorem, Baptistam saluatoris,quo inter natos mulierũ maior non fuit, permissit ad suggestionẽ adulterȩ incarcerari. Ad instantiam petulantis ac uilis puellȩ occidi. Nemo ergo seruorum Christi murmuret,contristetur,aut pusillanimis fiat:dum aduersitatibus iniurijsq; fatigatur. *Quo audito discipuli eius uenerunt & tulerunt corpus*

Meditatio in mortem Ioannis.

Quid discus.

Eccle.19.

Electi Dei in hoc seculo patiuntur.

eius, & posuerunt illud in monumento. Contra Herodis impietatem qui Ioannē propter ueritatem decollauerat, & insepultum reliquerat cōmendatur discipulorum religiosa & officiosa pietas, quia hoc audito, uenerunt & tulerunt corpus eius de carcere, quod rex ipsi reddi iussit, & summa cū reuerentia sepelierunt illud, in Sebaste ciuitate quæ antea dicta erat Samaria, urbs regia in Israel inter Iudeam & Galileam posita, ciuitas ea ab Herode renouata in Augusti gratiam, dicta est grecę Sebaste, latine Augusta, ut auctor est Eusebius in nominibus locorū ex Actis apostolorum: Et de locis hebraicis, atq; Hieronymus super Abdiā. Caput tamen eius deinde translatum est Hierosolimam, ut liquet in historia Scolastica, sed ut Ioannes sepultus sit inter Heliseum & Abdiam. Dicit insuper Hieronymus in epitaphio Paulę. Inde diuertens uidit duodecim Patriarcharum sepulchra, & Sebastē.i. Samariam, quæ in honorem Augusti ab Herode, greco sermone Augusta est nominata. Ibi siti sunt Eliseus & Abdias prophetę, & quo maior inter natos mulierum propheta non fuit Ioannes Baptista.

Sepultura Ioannis in Sebaste.

At quantum sit laudabile opus & omni cōmendatione dignum sepelire mortuos, ac curam gerere mortuorum corā Deo & hominibus aduersus infidelium & hæreticorum dogmata, ex his quæ sequuntur, facile demonstrabitur.

De sepulturis fidelium, nonnulla notatu digna.

Primus error aliquorum.

Sepulchra seu monumenta mortuorum, multæ nationes detestantur. Massagete.n. (ut refert Hieronymus cōtra Iouinianum cap.36.) & Derbices miserrimos putant qui ægrotatione moriantur. Et parentes, cognatos, propinquos, cū ad senectam

uenerint, iugulatos deuorant, rectius esse dicentes, ut a se potiusquam a uermibus comedantur. Tibareni quos dilexerint senes suspendunt in patibulis. Hirchani suos parentes uolucribus & canibus semiuiuos proiciunt. Capsi, bestijs mortuos proiciunt. Scythe, eos qui a defunctis amati sunt, uiuos infodiunt, cũ ossibus mortuorum. Bactri canibus ad hoc ipsum nutritis obijciunt senes. Quod cũ Alexandri prȩfectus Nicanor emẽdare uoluisset, pœnȩ amisit prouinciam. Ægyptij condunt mortuos, & eos domi seruant. Persȩ etiam cȩra circumlitos condunt, ut quam maxime permaneant diuturna corpora. Magorum mos est non humare corpora suorum nisi a fȩris sint ante laniata. In Hircania plebs publicos alit canes, optimates domesticos. Nobile autem genus illud canum dicitur esse. Sed pro sui quisque facultate parat, a quibus lanietur, eamque illi optimam esse censent sepulturam. *Alius error aliorum.* *Errores aliorum.*

At cõtra hos perfidos infideles & inhumanos, sepultura corporum fuit a fidelibus tam noui quam ueteris testamenti seruata. Quoniam pietas non patitur, ut corpus humanũ taliter pertractetur, sed potius abscõsum ab oculis, sepulturȩ ecclesiasticȩ cõmendetur: ut liquet in toto scripturarũ discursu.

Cum magna diligentia emit Abraam agrum in quo erat sepultura duplex ubi fuerant sepulti Adã & Eua ibique uxorem mortuam sepeliuit. *Gen. 23.*

Noluit Iacob sepeliri cum perfidis hominibus in Ægypto, sed adiurauit Ioseph, ut eum mortuum ad patrum suorum sepulturam deferret. Et hoc ipsum repetijt post filiorum benedictione, instante morte sua. Quod Ioseph sollicitus adimpleuit. Et ita Iacob in duplici spelũcha fuit sepultus in agro Ephrõ Ethei contra mambre. *49.*

Exo.13. Exiens Moyses de Ægypto, tulit ossa Ioseph secum ut sepeliret ea.

Deut.34. Moyses mortuus sepultus fuit ab angelis, cuius sepulchrum nō cognouit homo, usq; in hodiernū diem. Cuius oppositū diabolus conabat̄ operari.

2.Reg.4. Sepelitur Abner & caput Isboseth in Ebron.

2.Reg.2. Cōmendauit Dauid plurimum uiros Iabes Galaad, eo q; cadauera Saulis & filiorum eius reuerenter tradiderant sepulturę.

Pœna uiri Dei qui panem contra diuinum mandatum in domo mali prophetę comedit, hæc una fuit q; nō meruit sepeliri in sepulchro patrū suorū. Leo tamen crudelissimus cadauer prophetę quem occiderat non tetigit, ut sepulturæ mandaretur.

3.Reg.13. Quinimo dixit propheta malus filijs suis, qui causa fuerat ipsius mortis, sepelite me i sepulchro in quo uir Dei sepultus ē. Iuxta ossa eius ponite ossa mea.

4.Reg.9. Iehu rex Israel qui occidi fecerat Iezabel, fecit eam sepeliri, eo q; fuerat uxor & filia regis.

Thob.12. Valde cōmendatur Thobias, eo id, q; cum periculo uitę suę corpora occisorum rapiebat, & sepulturam eis sollicitus exhibebat.

Thob.4. Prima admonitio inter illas salubres quas fecit Thobias filio suo, fuit de sua & uxoris suę sollicita sepultura.

2.Mach.4. Iudei accusatores impij Menelai, fuerunt per iudicem iniquū morte damnati. Quamobrē Tiri indignati, erga tamen sepulturam eorum liberalissimi extiterunt.

2.Mach.12 Post pręlium contra Gorgiam cōmissum, uenit Iudas Machabeus ut corpora prostratorum tolleret, & cum parentibus sepeliret.

Matth. 14. Discipuli quoq; Ioannis Baptistę audito q; decollatus erat ab Herode, uenerunt & tulerunt cor-

pus eius, & sepelierunt illud.

Apparet dominũ Iesum de sua sepultura curasse, per quod respondit Iudę de unguẽto murmurãti. Sine inquit, ut in diẽ sepulturę meę seruet illud. Ioan.12.

Sepultus fuit dominus p Ioseph & Nicodemũ in sepulchro nouo exciſſo in petra, in quo nundum quisquam positus fuerat. &c. Luc.23.

Iudei quoq; .i. principes sacerdotum, scribæ & pharisei, licet in cæteris male egerint, in hoc tamen bene egerũt, q de pecunijs quas Iudas sibi retulit, emerunt agrum in sepulchrum peregrinorum. Matth.27.

Sed quid moror, tot de sepulturis scripturarum recensere testimonia? Nonn quidam a Deo in detestationem scelerum eorum puniti sunt priuatione sepulturæ? De quibus Hieremias. Sepultura asini sepelientur. Psalmista proinde, ubi inter cætera horribilia persequentium fideles, dicit. Non erat qui sepeliret. Quasi uelit dicere. Horribile est corpori humano sepultura carere. Hier.22. Psal.77.

Val. [illegible] libro quinto de ingratis, reprehendit Athenienses, qui Melchiadem in carcere mortuum sepelire nõ permiſſerunt, nisi Cimo eius filius pro eo carcerem intraret. De quo Cimo idẽ Valerius ait. Nec te Cimo silentio inuoluam, qui patri tuo sepulturã uoluntarijs uinculis emere non dubitasti. Nam & si maximum tibi postea, & ciui & duci euadere contingit, plus tamẽ laudis in carcere, q̃ in curia aſſequutus es. Laudabile est igitur admodum ualde & humanum de sua suorumq; sepultura curam gerere, quemadmodum sancti Patriarchæ, de quibus supra. Ita de parentum sepulturis curam gerebant: & qui domini nostri officiosiſſime & deuotiſſime sepulturę operam dederunt, satis cõmendantur, & sunt laude digni. Sepultura Val. li.5.

Triplici de causa, sepultura inuenta est.

namq; tribus de causis inuenta est. Primo, ne horror & fętor sit uiuis. Secundo, ad fidem resurrectionis futuræ. Tertio, ex quadam pietate & amore, qui cōpetit defunctis propter humanā speciem.

Et si in ecclesia uel iuxta eā fideles sepeliuntur, id fit ut cæteri uiuentes orent pro eis. Bonum est igitur, & omni laude dignum sepelire mortuos, quemadmodum fecerunt discipuli Ioannis, cuius anima iuit ad lymbum, & eum quem baptizauerat, illis patribus expectantibus nunciauit, quandam conferens de suo aduentu lætitiam, cum uiderent illę animæ breuiter a tenebris extrahendę de lacu. Animam eius qui uiderat, qui tetigerat ipsorum & omnium redemptorem iam carne uestitū, prædicantem resurrectionē morti uicinum, ut mortuos liberaret. Ipsa Ioannis anima ad illa ima descendens, in quibus erat concio tam nobilium captiuorum, sed cito redimendorum, gaudium eis pręstitit, & spem illorum robor[illegible]it temporis breuitate. *Et uenientes nunciauerunt Iesu. Quod [illegible] au[illegible]et Iesus, secessit inde in nauiculam: in locū d[illegible]rtum seorsum. Et cum audissent turbe, secute sunt eum pedestres de ciuitatibus. &c.*

Quō anima Ioānis descendit ad lymbū.

Isti erant discipuli Ioannis, qui ad Christi discipulatum transierunt. Huius enim pietatis officio, transire in Christi societatem meruerunt. Nam tipus legis ueteris Ioannes, & legis nouæ Christus. Igitur sepulta lege uetere, ueniunt ueri discipuli eius ad nouam, nunciantes sepultam uetustatem literæ, confugiendum esse ad nouitatem spiritus. At Iesus cum audisset, licet omnia præterita, præsentia & futura a primo suę conceptionis instanti agnouerit, sed tunc ostendit se illud agnoscere faciendo quod subditur. Secessit inde, uidelicet a patria sua, seu Nazareth, in nauiculam: ut pauper &

Tipus legis ueteris Ioā. & nouę Xp̄i.